





Sew endbands.

Line spine w/ muslin / paste

Three w/ [illegible]

+ pa[illegible]

3

# FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS

Franciſcus Philelfus: Leonardo Iuſtiniano: ſalutem plurimam dicit.

q Vod nihil apud me duxerim antiquiꝰ beniuolẽtia tua: nihil ſanctiꝰ tua fide: facile uľ ex hoc potes exiſtimare Leonarde Iuſtiniane: qđ & Conſtãtinopolin nouã Romam mihi iucũdiſſimã: & regẽ ipſum Ioannẽ palæologũ de me ꝙ optime certe meritũ tua cauſa reliquerim. Non em̃ me mouit ſpes ampliſſima: quã tuis tã crebris: tamq̃ liberaliſſimis lr̃is mihi oñdiſti: ut tibi obſequerer: ſed ipſe tu: cui me chariſſimum eſſe iãpridem multũq̃ cognorã. Nec eſt quicq̃: quod malim: ꝙ & haberi me: & eſſe gratiſſimũ. Nã liberalitas opulenti eſt nõnunq̃: at gratitudo iuſti ſemp & boni uiri. Cum igiť ad ſextũ Kal. Septẽbres ſoluiſſem ex urbe Conſtãtinopoli: hoc die circiter meridiẽ poſt annũ ſeptimũ ac mẽſes quinq̃ poſteaꝙ hinc primum nauigaram in Thraciam: ad uos rediĳ: ductꝰ ſane conſilio tuo: cupienſq̃ & tibi & cæteris patritĳs uiris referre eam quã debeo gratiam pro uirili mea. Nam priſtina ueſtra illa erga me & pulcherrima beneficia neq̃ obliuiſci unꝙ poſſim: nec minus digna cẽſere: quibus ſim obſtrictus perpetua obſeruãtia. V tinam ſæuiens hæc atq̃ phorrenda peſtilẽtiæ uis: qua urbem uideo acerbiſſime laborare: non impediat cogitationes meas. Non em̃ poſſum non metuere huiuſmodi ſagittas q̃les ex Iunone cognitas: hoc eſt ex aere: uirum etiã fortiſſimũ Achillem permouiſſe ſapientiſſimus poeta Homerus docet. Nam ſcimus huiuſcemodi uulneribus cœleſti impetu concitatis: remedia nulla ſatis certa afferri poſſe. Quo fit: ut quid me agere oporteat in tanta pernicie: nõ intelligam. Itaq̃ mihi gratiſſimum ſis facturus: ſi per te certior factus fuero: quid mihi cõſilĳ capiundum cenſeas. Video enim uniuerſam propemodũ ciuitatem ab urbe eminus abeſſe: præter unum te: qui muranı inter uitrea iſta uaſa: quaſi clypeo tectꝰ Vulcani: ictus

Apollinis contēnas. Vale. Ex Venetijs. vj. Idus Octobres Anno a natali christiano. M.cccc.xxvij.

Frācíscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: sal.

r Edditæ mihi sunt litteræ tuæ: & phumanæ illæ quidē ac plane indices amoris summi erga me tui. Qđ aūt mones: bono ut sim aio: qm̄ oīa mihi pro mea opinione: procꝗ inueterata iam & maxima amicitia nr̄a sint abunde responsura: & si non erat monitore opus: non fuit tn̄ ingratum audisse: eo te esse in me aio: quo semp fueris: amico & perbenigno. Faciā aūt qđ hortaris: me domi continebo. Mea oīs consuetudo erit cū musis. Nullius hoīs utor familiaritate aut congressu: qui per hāc tēpestatis calamitatem diutius Venetijs fuerit. Te nō prius adibo: ꝗ iusseris βούλομεγω σαύΤόμ σόομ έμμέμάι ή άπόλέσθάι. De familia mea qđ scire cupis: Mihi est uxor annos nata sedecim: & ex ea puer annū natus unū: mēses duos: dies septē ac decē: nomine Ioannes Marius Iacobus: seruæ quattuor: seruus unus: minister mercēnarius item unꝰ. Vale. Ex Venetijs. v. Idus Octobres. M.cccc.xxvij.

Francíscus Philelfus: Francisco barbaro: sal.

q Vod tibi iucūdissimū ēē puto: nudiustertiꝰ Venetias ex urbe Constantinopoli adueni: unde abesse te: & doleo: quia suauissima tua consuetudine frui nō licet: & gaudeo: ꝙ salutis tuæ rationem habeas. Nā furor pestilētiæ parcit nemini. Nec ullis remedijs: aut arceri pōt: aut reprimi: ne si Aesculapius quidē ipse: huiusue filiꝰ Podalirius & Machaon cū Apide una illo: qui primus medicinā dicitur inuenisse: ꝓpulsatores & curatores adsint. Quare cū uita sis dignissimꝰ: facile & æquo aio patior absentiā tuā: dū tn̄ litteris creberrimis præsentis tui desideriū resartias Vale. Ex Venetijs. iiij. Idus Octobres. M.cccc.xxvij.

Frācíscus Philelfus: Marco lypomano: sal.

a Ccepi litteras tuas: qbꝰ nō dubio declarasti tibi meum reditū in Italiā uoluptatis plurimū attulisse: qppe q dubitasses me nō lr̄aturā solū: sed naturā etiā Græcoꝶ adamauisse: ob idcꝗ factū oīno græcū: præsertim cum græcā uxorē: ꝗ latinā ducere maluerim. Petisꝗ quant̄ libroꝶ

mecũ aduexeri. Demũq; hortaris: ut Venetijs malim age-
re: q̃ alibi usq̃ gẽtiũ. Mihiq; tuã oẽm opẽ: atq; operã ꝓ uete
re nr̃a beniuolentia polliceris. Omniũ primũ tuum libera-
lissimũ ꝓmissũ: quo in lr̃is usus es: & audio nõ inuitꝰ: & am-
plector plibẽter: eoq; mihi semp: quotiẽs opꝰ fuerit: utẽdũ
uolo. Qđ si qua etiã in re meo tibi officio opꝰ est: illud tibi
peculiare ducito. Poteris tu qdẽ bñficijs me supare: at ego
te uolũtatis gratitudine: id qđ eo me puto faciliꝰ cõsecutu-
rũ: ꝙ Venetijs agere uitã institui: quãtũ scilicet ĩ me fuerit.
Hic aũt nõnllã ꝑsæpe offerat̃ occasio: & tibi bñficij cõferen
di: & mihi rursus uel referẽdæ uel habẽdæ gratiæ. Librorũ
ꝟo nõ nihil aduexi mecũ. Est etiã Venetijs multũ: cũ apud
te & barbarũ: tũ apud Leonardũ meũ. Reliquos aũt meos
codices: cũ Venetias reuerteris: nõ mõ uidebis oẽs: sed eti
am his fruere ex sententia tua. Nam ut scis τα τωμ φιλωμ
κοιμα. Et sum latinus: & fui semp. Nec aliud quicq̃ ex græ
cia reportaui: q̃ lr̃aturã atq; disciplinã: q̃q̃ sũt itẽ hoc tem-
pore apud græcos ꝑmulta & utilia & præclara: quæ nõ solũ
ornẽt: sed efficiãt bonos uiros. Nã sine inuidia audiẽda est
ueritas. Sz de uxore qđ ꝑurbane iocaris mecũ: Duxi sane
uxorẽ illiꝰ Chrysoloræ filiã: quẽ nõ latini minꝰ admirant̃ q̃
græci. Accedit ad generis uel bonitatẽ uel claritudinem: ꝙ
nata est mea uxor ea matre: quæ & auria ipa sit & mulierũ
oĩm pudicissima atq; optima. Sed de his hactenꝰ. Væhem-
ter cupio reditũ tuũ: quẽ ut deus maturet: opto. Multa eñ
sunt quæ cupio corã tecũ cõmẽtari. Vale. Ex Venetijs idi-
bus Octobris. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus: Danieli ueturio: sal. di. plu.

Go tibi gr̃as ĩmortal' ꝙ tãta beniuolẽtia me cõple-
a cteris. Nõ eñ sine magna quadã amoris ui me hor-
taris: ut in tãtis pestilẽtiæ ignibꝰ Venetijs eẽ nolim:
sed ul' Patauiũ cõcedã: ul' alio ubi tutiꝰ uitæ meæ cõsultũ sit.
Si dixero me eẽ omino exptẽ metꝰ: plane mẽtiar. Metuo
eñ: sed nõ tã mihi: q̃ cũ infanti filio: uxorisq; adolescẽtulæ:
tũ reliquæ etiã familiæ: quæ minꝰ fortasse sibi cauere norit.
Nec satis scio: qd faciã. Nã patauij quoq; & in reliquis pro-
pinquis urbibꝰ efferatã hãc morbi immanitatẽ audio incru-

descere. Quare aut nusq̃ ē mouēdus pes: aut fugiendū longius: ubi pacatior sit aeris clæmētia. Consiliū tñ tuū nō possum nō ꝓbare. Vale. Ex Venetijs kal'. Nouēbrib⁹. M.cccc.

Frācis. Philel. Victorino feltrēsi: sal'. (xxvij.

EGo te uirū nō solum mei amātissimū: sed & prudētē & bonū iāpridē esse cognoui. Admonitionē tuam nō possum nō ꝓbare. Sed qui mare ingressus sit: nō habet uētos in manu. Aduersus cōtrarios etiā flatus tātisper nitendū est: dum uł fortuna uel de⁹ aliquis portū obtulerit: si minus optatū saltē tutū. Sententiā meā tenes. Vale. Ex Venetijs. vj. kal'. Decembres. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus: Francisco ferreto: sal'.

LItteris tuis sum mirifice delectat⁹. Video em̄ nr̄am Constātinopolitanā illā cōsuetudinē tibi mēte non excidisse. Qđ aūt hortaris: si qñ ad Tholētinates rediero: Ancona ut iter faciā: tibi bona fide polliceor nō antea me ad Tholētinates redituꝝ: q̄ꝫ & Anconā & te uidero. Sed quo ad tempus id sit futurū: nondū satis scio. Vale. Ex Venetijs idibus Decembribus. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: salu.

qVoniā natalis christianus iam propemodū pulsat fores: facies mihi rē gratissimā: si quas arcas anteq̄ꝫ ego forē ex Cōstantinopoli soluturus: p illi⁹ tpis naues ad te misi: mihi reddi curaueris. Non em̄ solū libris nonnullis mihi op⁹ est: q arcis seruanť: sed etiā uestimentis: tū meis: tū uxoris. Et ut de me sileam: me quotidie uxor rogat: ne se diutius priuē uoluptate suarum uestiū. Quare nisi ad ꝓximū natalē huic morē gessero: se ab me deludi existimabit. Nā neq̄ꝫ te latere debet ingeniū muliebre: & ego uxori ea negare nō ausim: quæ uitæ cultui decoroq̄ꝫ debentur: adolescentulæ præsertim mihiq̄ꝫ morigeræ. Vale. Ex Venetijs. xvj. kal'. Ianuarias. M.cccc.xxvij.

Francisc⁹ Philel. Antonio capanorēsi salutē.

qVod meū in Italiā reditū iucūdissime acceperis: ē mihi exploratissimū. Noui em̄ bonitatē tuā: & animū erga me. Qđ aūt certior fieri uis de reb⁹ meis: exponā breui. Vereor in eā fabellā incidisse: quæ de cane dic[illegible] qui

I

umbratilē secut⁹ imaginē: quā ferebat rictu carnē: reliquit. Erant mihi Cōstātinopoli læta oīa & secūda. Dū amicis his obsequor ductus ingenti spe: captusq̄ ꝓmissis: incertā fortunā certis ornatissimisq̄ cōmodis anteposui. Et ne longior sim: mihi delusus uideor. Quo fit: ut aliunde mihi cōsulendū sit. De uersura quod scire uis: dupliciter exponi solet: cū aut fœn⁹ fœnore: aut creditor creditore uertit̄. Et ut apertius loquar: si quando æs alienū nobis cōflatum fuerit: nec tantū nobis pecuniarum sit: ut id dissoluere liceat: aut ubi tempus dissoluendi aduenerit: fœnus additans priori fœnori: aut mutamus creditorē: ab altero scilicet usurariū æs accipiētes: qđ alteri reddamus. Vale. Ex Venetiis. xv. Kal'. Ianuarias. M. cccc. xxvii.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: sal'.

Nolo mea causa quicq̄ patiaris incōmodi. Nam tua mihi uita nō libris solū & uestimētis: sed mea etiā uita charior est. Posteaq̄ id cubiculi ubi mea illa bona continent̄ suspectū est propter eum: qui eo in loco pestilētiali morbo correpṫ⁹ excessit e uiuis: nō solum expectabo: sed diu etiā m'ltūq̄ expectabo: quoad aer ad salubritatē redierit. Sed interea tēporis ut mihi rebusq̄ meis cōsulas: te plurimū rogo. Nam diutius ita agere nec possum: nec uolo. Si ꝓmissa mihi ꝑuant̄: manendū est: id quod eo libenti⁹ sum facturus: quo uideo me tibi cunctisq̄ patriciis esse charissimū. Verū diuturniorē spem precio emenda nequaq̄ censeo: in hac præsertim temporum pernicie. Vale. Ex Venetiis. xv. Kal'. Ianuarias. M. cccc. xxvii.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: sal'.

Quod me hortaris ad patientiā: nō conteno. Est em̄ ea quædā species fortitudinis: qua res arduas difficilisq̄ ꝑpetimur honestatis utilitatisue gratia. Ego me honestati ita uideo satisfecisse in tanta periculoꝝ ac tam intolerabili magnitudine: ut plus mihi honestas iam debeat: q̄ ego honestati. Reliqua ratio est utilitatis: quā in hāc diem scio mihi fuisse nullā: posteaq̄ ex græcia ad uos redii. Nec quæ futura sit: possum augurari. Sū equidē apud uos ꝑlibēter: Sed diu ita esse non possum. Itaq̄ te etiā atq̄ etiā rogo:

ut prospicias rebus meis. Vale. Ex Venetijs ex ædibus nostris. xiiij. kal. Ianuarias. M.cccc.xxvij.

Franciscus Philelfus: Kyriaco anconitano: sal.

s Ingularē tuū erga me amorē si nō uæhement amē: ingrat⁹ sim. Amo te inq̄ mi kyriace cum ob tuā in me beniuolētiā: tū ob eā inquisitionē atq; diligentiā q̄ uteris maxima in earū rerū inuētiōe: quæ ul' nimia uetustate: ul' patrū nroꝝ negligētia apd' nos pierāt. Incūbe igit' ut facis: in tā liberale tāq; laudabile mun⁹ renouādæ uetustatis: ul' ab interitu poti⁹ uēdicandæ. Nō eē parū & uoluptatis & cōmodi præ se ferūt istiusmōi eulogia atq; epigrāmata: quæ tāto cū studio & labore undiq; ex uniuerso ꝑpe orbe in Italiā aduehis. Et hoꝝ quidē grā: nō solū uiuos tibi cōcilias: sed mortuos quoq; reddis obstrictos bñficio sempit'no. Et hac de re satis ac sup. Petis a me: ut tibi declarē: quæ Publij Virgilij maronis snia fuerit in scribēda æneide. Nā cōmunē illā opinionē quā ludi magistri afferunt: uoluisse Virgiliū & imitari Homerū: & laudare Augustū: neq̄q; tibi admodū ꝓbari. Non mediocrē ꝑfecto rē petis: neq; breuis orationis opus a me: præsertim qui hoc tpe ociosus nō sum: & angor animi nō iniuria: tū ob hāc pestilētiæ acerbitatē: qua me Venetijs obsessum intueor: tū quia hic inutiliter tēp⁹ tero: ab his delusus: a qb⁹ minime cōueniebat. Sed ne me difficilē uoces: aut in amore tibi min⁹ rñdentē: dicā breui qd' sentio. Qd' Virgili⁹ uno æneidos carmine melisigenis Homeri Iliada Vlysseamq; imitat⁹: Aeneā laudans: Augustum quoq; laudarit: nequaq̄ inficior: sed diuinū ei⁹ ingeniū altius suspexisse: nesci⁹ certe nō sum. Quippe qui hūanā cōditionē cōtēplatiue actiueq; describēs: eo cogitatus oīs cōsiliaq; direxerit: ut q̄ uia sūmū bonū ī hac uita parari posset: in uni⁹ æneæ sapia uirtuteq; oñderet. Id aūt nō obscure: prima ipa grauissimi hui⁹ sui & elegantissimi opis ꝓpositione significat. Ait eē se canere arma quo ad uirtutes bellicas & actiuas: Nā bellādi pugnādiq; instrumēta sūt arma. Et uiꝝ quo ad uirtutes urbanas intellectiuasq;: in qb⁹ sapia tenet & prudētia principatū. Nā sapia ea mihi uirtus sola uideri solet: qua cæteris animātib⁹ egregie āñcellim⁹.

Qd' em̃ aial in terris eã cõsiderat ueritatẽ: quæ in cælo est?
Hãc: sola sapia ẽ quæ & inqrit & nouit. Prudẽtia em̃ sapiẽ-
tiã ita ut ars naturã imitata ueritatẽ qdẽ inqrit: sed nõ rerũ
supiorꝝ atq̃ diuinarũ: sed inferiorꝝ & hũanarũ. Nã cõsulta-
tio eorꝝ quæ sint hoi emolumẽta detrimẽtaue allatura: qd
aliud efficit: q̃ ut uerũ a falso in hac tpali & momẽtanea mu
tabilitate decernam⁹: hoc scilicet sequẽtes: illud aũt aspnã-
tes? In uita igit̃ ciuili prudẽtia sola ẽ: quæ moralib⁹ cunctis
uirtutib⁹ dñatur: easq̃ sola & moderat̃ & regit. At pruden
tia fracta est & debilis nullorꝝq̃ neruorũ: nisi manet ab una
sapia: ad eãq̃ tãq̃ ad pncipẽ reginãq̃ referat̃. Quare q pru
dentiã a puidẽdo dictã: mediã posuerũt int' moralis intel-
lectualisq̃ uirtutes: eãq̃ iccirco pfectã uoluerũt esse uirtutẽ
in ciuili fœlicitate: qm̃ uirtutũ ciuiliũ oim pncipiũ sit & for-
ma: hi nihil sensisse a ueritate alienũ existimãdi sunt. Cũ er
go pponit Virgili⁹ æneã a se canendũ ut uirũ: hoc est ut sa
pientẽ eundẽq̃ prudentẽ. Quæ quidẽ uirtutes: aut intelle-
ctus sunt ambæ: aut intellect⁹ altera: & rõnis altera. Nã rõ
tpaliũ est: intellect⁹ aũt æt'norꝝ: ita ut hæc tota in cõtẽplã
do sit posita: illa aũt in cõsultãdo. Qua qdẽ ppositione q̃q̃
uisus ẽ Virgili⁹ Homerũ imitatur⁹: nõ solũ quo ad rerũ: ue-
rũetiã quo ad ordinis silĩtudinẽ: nõ tñ exeqt̃ eo ordĩe quo
pponit. Quippe q primũ uirtutes urbanas canit: postea ue
ro bellicas. Et id qdẽ prudẽti⁹: mea snia: q̃ Homer⁹: qui pri
mũ de achillis uirtutib⁹ locutus est in Iliade: postea uero in
Vlyssea de sapiẽtia prudẽtiaq̃ Vlyssis. Natura em̃ fit ut an
tea intelligam⁹: deinde agam⁹. Itaq̃ imprimis sex æneidos
libris: cõtẽplatio maxĩe & cõsultatio locũ habet. In secũdis
aũt libris sex: actionis est laus. Et hoc quidẽ sũmatim intel-
ligi uelim de uniuerso æneidos carmine. Nec tñ negari &
impmis sex libris pmulta inueniri: quæ actionis sunt mora
liũq̃ uirtutũ: & in alteris q̃z sex libris inueniri quædã nõ so
lũ cõsultatiõis: sed cõtẽplatiõis ppria. Et qm̃ dixi a Virgi-
lio marone describi hũanã uitã: hoc ita ĩtelligi cupio ut mo
ralis quã ἠθικὴν græci noiant philosophiã: τῇ φυσικῇ.i. na-
turali cõiuncta sit. Qd' ei⁹ rei ut ppius accedã: illinc ordit̃:
cũ de Iunone & æolo acutissime fabulat̃. Scimus em̃ Iuno-

nē & regno præesse & partui. Quare & lucina dicta ē & regina. Animū trifariā partit̄ Plato: in rōnem: cupiditatē & irā. Rōni loc⁹ datur in cerebro tanq̄ ī arce toti⁹corpis. Hæc æoli noīe iō figurat̄: qm̄ æolus & uariū significat & mobilē & agilē & uersatilē: quæ quidē omnia rōnis sunt munera. Ira præcordia sibi uendicat. Cupiditas aūt iecur. At uentis pturbatiōes significari: qs est q ambigat? Præterea moralium uirtutū formā siqs inqrat: eā nullā īueniat nisi rōnē eē: Perturbatiōes ꝟo materiā. Versat̄ inꝗ circa pturbationes moral' uirt⁹: q̄s rō ipsa cohibet atq; moderat̄. Quare nō absurde legim⁹: Mollitq; aīos & tēperat iras. Aīos eadē rōne ꝓ cupiditatibus poni existimo qua θύμοσ apud græcos: & animū significat & cupiditatē. Quis em̄ ignorat nisi tanta eēt rōnis uis ut pturbationū impetū oēm cōpesceret: facile futurū: ut ab his om̄e sanū a nobis consiliū: oīs recta cogitatio auferat̄? Rex igit̄ his dat⁹ est rōnis p̄ncipat⁹ ab oīpotēti deo: q reꝝ oim & pr̄ est & creator: ea lege: ea ptāte: ut & iubere sciat: & uetare oīa ꝓ arbitrio iussuq; diuio. At uide quæso: quāta cū breuitate & ordie oēm ætatis hūanæ cursum Virgili⁹ est cōplexus. Initiū sumit a ptu infantis: q piculosissim⁹ est: & ei quæ parit & infanti ipsi qui parit̄. Itaq; turbulentissimi uētoꝝ flat⁹ tēpestatesq; describunt̄: quæ qdē aduersa om̄ia naufragioq; obnoxia: iccirco apparente Neptuno cōtinuo cessant: qa cū primū infans e mr̄is utero ueluti enatarit: uterq; om̄i piculo liberat̄. Nec em̄ absurdū cuiq; uideri debet: si Neptun⁹ a duob⁹ uerbis græcis νέιμ qd' ē nare: & πΐάμ qd' uolare significat deduci affirmem⁹. Nā queādmodū tarditas pariētis piculosa est: Ita celeritas & quasi uolat⁹ in lucē leuationē doloꝝ affert salutiferāq; qetē. Nā qd' rursus ad æolū spectat: αἰολέιμ agitare significat & uersare & uariare: quæ oīa ac siīa hūanæ uitæ cōpetere ambigat nemo: ul' æolus quasi æonol⁹: hoc est uitæ deletio. Nā αἰώμ æuum uitāq; significat. ὀλέιμ uero delere. Nascentib⁹ em̄ om̄ib⁹ uitæ discrimen interitusq; imminet. Infantia uero quæ in septimū usq; annū ꝓtēdit̄: tota in alēdo uersat̄: id qd' p septē ceruos illos: quos æneas uenat⁹ fingit̄: nō obscure licet intelligi. Post infantiā pueritia sequit̄: quæ

fabularũ auditione admodum delectari cõsueuit. Hinc Ilij captiuitas uastatioq; narrat̃: & æneæ troianorũq; errores. Deinceps adolescẽtia est: quæ ꝓpter uæhemẽtissimũ sanguinis augmẽtũ atq; ardorẽ: tota ẽ dedita uoluptatib⁹. Vñ quãta sit uis amoris: quãt⁹ ignis: iucũda expositione oñditur. Cõseqñs est: iuuẽta laudis cupida & plane ambitiosa. Quare honorifici ludi cũ pulcherrimis præmijs referunt̃. Post iuuẽtã sequit̃ ætas grauior: quæ in hui⁹ uitæ cõsideratione & in ueritatis ꝑspiciẽtia tota uersat̃. Quo factũ est ut descẽsus ad iferos fieret: eaq; narrarẽt̃ quæ a pythagoricis & platonicis de animis hoim rebusq; diuis disputata sunt. Et hæc qdẽ in sexto æneidos libro. Nã reliqui sex libri circa uitã actiuã distributi: qd ad mores attinet: mirabili artificio cõplectunt̃: ubi cũq; multa de iusticiæ: mlta de pietatis mũere apparẽt: fortitudinis tñ laus imprimis floret. Et queẽadmodũ initiũ sumptũ est a ꝑmo infantiæ ortu: ita ætatis hũanæ finis est mors. Itaq; nõ inepte ultimo loco subdidit: Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub umbras. Turnus eñ q se iniusticiæ fecerat ignauiæq; obnoxiũ: in obscuritate nois mori t̃ sempit̃na. Aeneas ṽo uir iust⁹ & fortis quasi numẽ indies magis atq; magis diuturnitate glřiæ illustrat̃. Et hæc sũt quæ mihi ad tuas lr̃as in hac tpm difficultate rñdẽda occurrerũt. Vale. Ex Venetijs. xij. kl̃. Ianua. M. cccc. (xxvij.

Frãcis. Philel. Ioanni Aurispæ: sal̃.

q Vod mihi gratularis de meo in Italiã reditu: lætor eqdẽ meũ tibi ꝓbatũ iri cõsiliũ. Verũ in hãc diẽ fortuna cõsilio nõ rñdet. Nã quã mihi spẽ apud Venetos amplissimã ꝓpositã sum secut⁹: ea me uideo frustratũ iri. Itaq; me facti mei iã pœnitet: & si consiliũ nequaq̃ ẽ accusandũ. Hic eñ diuti⁹ mihi cunctandũ nõ ẽ: cui neq; ꝓmissa seruãtur: & morb⁹ pestifer quo uniuersa ciuitas ẽ correpta immi nentẽ int̃minatur interitũ. Vale. Ex Venetijs. x. kl̃. Ianua.

Franciscus Philelfus: Federico cornelio: sal̃.

t Vã erga me singularẽ beniuolẽtiã iã mltos annos & ꝑspectã & cognitam habeo. Itaq; nulli⁹ hois testimonio op⁹ ẽ. Qd̃ aũt tua oia i mea ptãte posita eẽ affirmes: hẽo tibi grãs: qñ quidẽ ul̃ uetere illo græcorũ ꝓuerbio: Ꞇᴄ

τῶν φιλῶν κοινά mecũ uti nõ diffiles. Faciat de⁹: ut aliqñ una eẽ possim⁹. Nã uereor fore ut lõgi⁹ disiũgamur ꝙ uellẽ: ita pestifer hic morb⁹ indies magis magisq; incrudescit. Verũ ubicũq; futuri sim⁹: tui ꝓfecto erim⁹. Interim uale: & nos ama ut facis. Ex Venetijs. vj. kal'. Ianuarias. M.cccc. xxvij.

Franciscus Philelfus: Gabrieli mauro: salutem.

Laudo te mi Gabriel qđ te a lr̃is abdicare nolueris: ut solẽt nonulli in uulgo: ubi ad gerẽdã rẽp. se cõtulerint: Lege semp aliqd aut scribe: cũ tibi licet p publica mũera. Magno tibi cõmodo mihi crede: lr̃æ sũt futuræ: si his uti pro ingenij tui magnitudine præstãtiaq; uolueris. Nũc ad id qđ petis. Vis em̃ scire qd int̃sit int̃ feciales & caduceatores. Feciales eos fuisse constat apđ priscos: qui certa iuris solenitate bellũ hostib⁹ indicebãt. At caduceatores esse pacis legatos: dictos a caduceo quẽ manu gestabãt: & caduceũ qdẽ ip̃m Apollinẽ inuenisse & eo donasse Mercuriũ a quo ip̃e lyra donat⁹ sit: De qua qdẽ re apđ Horatiũ mẽtio est in eo carmine qđ incipit: Mercuri facũde nepos Atlãtis. Vbi etiã patet Mercuriũ auctorẽ extitisse: nõ lyræ solũ: sed & eloquẽtiæ & palæstræ & præstygiorũ. Vale. Ex Venetijs pridie Kal'. Ianuarias. M.cccc.xxvij.

Frãcis. Phile. Petro thomasio philosopho ac medico: sal.

Ecce mones & pamice: ut nõ uitæ min⁹ ꝙ cõstantiæ habeã rõnẽ. Frustra em̃ eã eẽ cõstãtiã: quæ simul cũ uita pitura sit. At ego ut tibi uera loq̃r & ex animi sentẽtia: nihil ẽ qđ malim: ꝙ me cõstãtissimũ simulq; gratissimũ & eẽ & haberi. Ml'ta hominũ opinioni: ml'ta famæ cõsentiẽda sũt. Nõ em̃ qđ interi⁹ sit: sed qđ exteri⁹ sæpe homines iudicãt. Itaq; ꝙdiu mihi p hãc cæli intẽperiẽ integrũ fuerit: nõ patiar: uel ab imperitis accusari officium meũ. At dixeris: satis ac sup tuo es funct⁹ officio: cũ nõ ꝓmissiõe minus ꝙ spe tua frustraris. Et id quoq; tibi assentior: uerũ nixius urgẽdũ: quo pudor me⁹ alios in pudorẽ agat ul' inuitos. Itaq; rẽ mihi pgratã factur⁹ es: si qd ex te & meæ & amicoꝝ siml' rei ꝓfuturũ excogitaris. Vale ex Venetijs. iij. Nonas Ianuarias. Anno a natali christiano. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Gabrieli mauro: salutem.

I

q Vod scire a me uis: quot fuerint amicoꝝ paria priscorũ memoria maxime celebrata: ea reperio quattuor numero extitisse. Theseum & Perithoũ: Achillen & Patroclum: Orestẽ & Pyladẽ: Phytiã & Damona. Addũt etiã iuniores apud græcos Epaminundã & Pelopidã. Vale. Ex Venetijs idibus Ianuarijs. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Kyriaco naconitano: sal'.

p Lacuisse tibi lr̃as meas & ea quæ de Virgilij maronis sñia scripsim⁹ in æneida: gaudeo. Qđ aũt petis: q̃ rõne Neptunus ab Ouidio nasone cognominat⁹ sit amphitrites: & fortuna Rhamnusia: paucis accipe. Rhamnusia quidẽ nõ est fortuna: ut uulgo exponunt magistri ludi: sed indignationis dea: quã græci tui μέμεσιμ nemesin uocãt: nã cũ Narcissus formæ bonitate abutereť supbi⁹: recte fingiť eiusmodi dea aduersus illũ indignata iustis precibus assensisse. Est em̃ indignatio: animi ægritudo aduersus eũ: q bonis præsentib⁹ sit indign⁹. Nemesis inq̃ indignationẽ significat. Rhamnusia uero dicta est a Rhamus: q est Atticæ uicus: ubi colebať. Cuius quidẽ deæ simulacrũ eo in loco pulcherrimũ fuisse tradũt factũ a Phidia ulnarũ in altitudinẽ decẽ: illudq̃ marmoreum. Neptunus autẽ nequaq̃ est amphitrites cognominat⁹. Dictio illa deprauata ẽ apđ Ouidiũ librariorũ inscitia. Est em̃ fœminini generis: declinatq̃ more græco. Nominatiuo amphitrite. Genitiuo amphitrites. Fingiť aũt a poetis esse neptuni uxor. Vñ Claudianus de raptu Proserpinæ ita cecinit. Etiã Nereia glauco Neptunũ gremio cõplectiť Amphitrite. Nã amphitrite mare significat: dicta illa quidem ab αμφὶ amphi circũ: & Τρέιμ tirn terrere. Mare em̃ circũ se nauigantis pereũdi terrore insequitur. Ex amphitrite autẽ & Neptuno Tritõ natus fingitur a poetis. Si quid est: qđ aliud a me uelis: nũq̃ frustra requires officiũ meũ. Vale. Ex Venetijs. v. Kalẽ. Februarias. M.cccc.xxviij.

Frãcisc⁹ Philelfus: : Andreæ Iuliano: sal'.

m Aximas tibi gr̃as habeo mi Andrea: qđ oĩb⁹ ĩ reb⁹ mihi gratificaris. Vellem aũt: mihi aliqua te digna offerreť occasio: nõ habendæ solũ sed etiã referẽdæ gratiæ

Intelligeres pfecto me unum oim esse gratissimū. Itaq; eo mihi molestior est: eo inimicior præsentis pestiletiæ uis: q̄ uniuersus populus misere uexat: quo futuꝝ uideo mihi locum sublatū iri: declarandi tibi beniuolētissimi animi mei. Cogor em̄ habere uitæ rōnem. Quare hic diutius esse nō possim: ea præsertim frustrat⁹ spe: qua duct⁹ ad uos reuerterā. Nec est qđ quenq; accusem præterq̄ cū sæuientē fortunam ipsam: tum nimiā meā credendi facilitatē. Vnū tibi tamen psuade me tuū esse semperq; futurū. Vale. Ex Venetijs. iij. Kal. Februarias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: salutē di.

c Vm indies magis atq; magis Venetijs tēpus tero ea duct⁹ spe: quā mihi tot litteræ tuæ cum pulcherrime Constantinopoli agerem: tāta cū charitate fideq; promiserant: ecce nudiustertius repente febris pestira seruam mihi unam adorta ē: quā hodie interemit. Quo fit: ut hic mihi diutius cunctandū nō sit. Intra quatriduum sum hinc Bononiā uersus abnauigaturus: ubi si honestā cōditionē offendero: ulterius profecturus nō sum. Sin min⁹ honestā: ad Florentinos me recipiam. Tu siquid interea tēporis me uis facturū: significato litteris. Nam post quatriduū frustra ad me scripseris. Vale. Ex Venetijs. v. Idus Februarias. M.cccc.xxviij.

Frāciscus Philelfus: Francisco barbaro: salutem.

a D triduū usq; ad summū soluere hinc decreui: idq; nō solū qa eorū mihi: quoꝝ spe duct⁹ reuerterā in Italiam: nihil oīno obseruatū iri intelligo: uerꝫ etiā ꝙ pestilentia iam me intra cubiculum obsedit. Heri una mihi serua eaq; puellula subito morbo & correpta & interēpta sepulta est. Quanto igitur uerser in periculo nō te latet. Nolim: quantum in me fuerit: ante diem constitutam a uiuis decedere: ne qui annorum numerus secundum Pythagoricos utroq; homine mihi sit explendus: altero expleatur. Et ut apertius loquar: uitæ malo q̄ inani spei nulliq; consulere. Nam si uixero: & mihi & amicis usui esse potero. In morte enim boni quid insit: minime intelligo. Vt icunq; autē sum futurus: tuus certe semper futurus sum. Vale. Ex

Venetijs.iiij.Idus Februarias.M.cccc.xxviij.

Frãciſcus Philelfus:Leonardo Iuſtiniano:ſal.

q Vod me hortaris ne ꝓperẽ:neq; deſperẽ.Fore eñ ut melius mihi Venetijs ꝙ uſq; gentiũ cõſulatur. Hortaris tu quidẽ recte:modo nõ ſit precio ſpes emenda. Quare ſi ita certi quicq̃ intra conſtitutũ tẽpus allatũ fuerit ut intelligam non eſſe diutius mihi arandum littus:ſequar conſilium tuum uel in hoc uitæ diſcrimine. Sin aliud nihil ꝙ uerba aiaduertero:faciã ut ſcripſi ad te antea. Meq; aut ad Bononiẽſis recipiam:aut ad Florentinos. Vale. Ex Venetijs.iij.Idus Februarias.M.cccc. xxviij.

Frãciſcus Philelfus:Franciſco barbaro:ſalutem.

e Go qđ fore nunq̃ putaui:hoc ueſperi nauim inſcẽdere inſtitui:Ferrariã uerſus nauigaturus:Inde Bononiam petã. Vbi ſi honeſta mihi cõditio ꝓpoſita fuerit: eã accipiã. Nã ſi ſecus ceciderit: concedã ad Florentinos: quos audio græcæ litteraturæ atq; eloquẽtiæ imprimis ſtudioſos. Quicquid egero:ꝙprimum tibi declarabo litteris: quo meos ad me libros aduolaturos cures. His enim mihi ut ſcis:admodũ opus eſt. Vale. Ex Venetijs Idibus Februarijs.M.cccc.xxviij.

Frãciſcus Philelfus:Ioanni Auriſpæ:ſalu.di.plu.

u Eni Bononiã mi auriſpa ſecũdis:ut aiunt:auib⁹. Eodem eñ die quo urbẽ ſum ingreſſus.Is autẽ fuit tertius: exquo a te abij:tantus eſt concurſus ad me ſalutantũ factus:nõ ſcholaſticorũ & doctorũ ſolum:ſed uniuerſæ prope ciuitatis:ut nihil neq; frequentius neq; honorificentius dici queat. Poſtridie uenit ad me nomine apoſtolici legati Lodouici alamandi cardinalis harelatẽſis: Alberth⁹ Florẽtinus uetuſta ac nobili natus alberthorũ familia:quæſtor apoſtolicus:præclarus iurecõſultus & uir omĩ uirtute præditus. Is ubi me perhumane & perbenigne allocutus eſt: hortatur ut ſecum una ad cardinalem eam: quippe quem diceret eſſe percupidum uidendi mei. Huic ego ubi obtẽperaſſem:ad legatumq; ueniſſem: eſſemq; breui apud eũ: ſed non incõmoda uſus oratione:tanta me is cum hilaritate & cũ tãta uerboꝝ honorificẽtia excepit:ut nihil neq; hi

larius nec honorificentius dici possct. Deinde pmulta est ultro pollicitus: quæ iccirco nō refero: ne uidear cuiq̃ ambitiosior. Et ne te diutius morer: ego Bononiæ sum futur⁹ præfect⁹ annuo docēdæ oratoriæ & moralis philosophiæ muneri cum salario aureum quadringētorum quinquaginta: quorum trecenti soluuntur mihi ex ære publico: centū uero & quinquaginta priuatim mihi legatus ipse daturus est: fecitq̃ iam mihi quinquaginta numerari: addiditq̃ alia plura dono ad usum cultumq̃ domesticum. Quare quantum licet sperare q̃ optime nobis hoc initio consultum intelligo. Vale mi Aurispa: & me ama ut facis: Ex Bononia vij. kal'. Martias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Marco cannetolo equiti aurato ac iurecōsulto: sal'.

q Vibus me laudib⁹ hesterno uesperi extuleris apd' præsulem hunc nostrum apostolicū legatū: plæriq̃ uiri graues & amici mihi renunciarunt. Ego autē & si miratus certe non sum: quod eū ornaueris: qui te & amat: & obseruat plurimū: malo tamē de me posthac partius loquaris: ne te qui grauissimus & habearis & sis: minus consideratum in laudādo iudicent. Non em̄ ipse de me profiteor: at ne sentio quidem: quæ tu tam fideter & tam amplo ore & affirmes & prædices: sed facis tu sane pro magnitudine & benignitate animi tui: qui eos om̄is tui similis esse indicas: quos in amicitiā tuam admiseris. Itaq̃ tibi habeo gratias: q̄ me tuū esse dilucide cognoris. Vale. Bononiæ ex ædibus nostris. xij. kal'. Apriles. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni aurispæ: sal'.

p Ollucē quē petis: dabo ad te ppediē: ea tamē lege: ut cōmodato accipias non dono: hoc est ut cum eo usus fueris mihi reddendum cures. Ambrosius monachus camaldulensis dedit ad me superiorib⁹ diebus litteras humanitatis plenas & officij: easq̃ græco scriptas eloquio. εχὶ τὴν φράσιν βούλομενος λην ὶ ζειν λατινιζει τοῖ πα ράπαν. His me uæhemēter hortatus est: ut Florētiæ q̃ Bononiæ esse malim: seq̃ daturum operā est pollicitus: ut honestissima mihi cōditio offerat. Ad id ego ob eam rem ni

hil respondi: quod & hic ago pulcherrime: & nulla emolumenta cũ grauitate & cõstantia cõferẽda censeo. Vale ex Bononia pridie nonas apriles. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: salu.

i Oannes corbici⁹ mercator florẽtinus meo noĩe te adibit: ut meos sibi des ad me libros una cũ rebus omnibus: quas deposui apud te. Quod ut facias: te etiam atq; etiã rogo. Nã his diutius carere non possum. Vale ex Bononia. x. kalen. maias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Antonio capanorensi: salu.

q Vod iam diu meas nullas acceperis litteras: aliud certe nihil fuit ĩ causa q̃ tuũ diuturnũ silẽtiũ: Quo factũ est ut putarẽ te quærẽdæ pecuniæ magis q̃ colẽdæ amicitiæ factũ studiosũ. Itaq; uerebar: si ad te scripsissem: ne importunus magis q̃ officiosus accederem. Nunc autẽ lecta pulcherrima tua ad me epistola: intellexi rediisse iam musas cum uetere amico in gratiã. Quare nõ possum non gratulari mutuæ nostræ beniuolẽtiæ: quæ uel absentis uicissitudine litterarũ conat̃ præsentis reddere. Quod quidẽ humanitatis ac benignitatis officiũ ne utiq; prætermittam⁹: æque sperare de te debeo: ut de meipso possum imutabilit̃ ꝓfiteri. Qd' aũt laudas meã abitionem a Venetis: gaudeo cõsiliũ meũ oĩe laudari abs te uiro & optio & prudẽti mihiq; amicissimo. Nã qd' scire cupis q̃ me delectat bononiẽs mãsio. Delectat sane plurimũ: Nã & urbs amœna est: & ppl's ꝑhuman⁹: & rerũ oĩm quæ uel ad uictũ uel ad uitæ cultũ attinẽt: magna abũdantia & laudatissimarũ oĩm artiũ studiũ uæhemens. Præterea qd' me maxĩe delectat oĩb⁹ sũ gratissim⁹. Faciat de⁹ ut nobis hoc gaudij sit perpetuũ. Tu uale: & si quid est qd' possim tua causa: scribe. Ex Bononia. iij. Idus maias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Nicolao fabæ philosopho ac medico: salu.

qVæris a me certior fieri: Vtrũ Aristoteles in æthicis ad nicomachũ circa pricipiũ primi libri scriptũ reliquerit apud græcos: ideo bene ostenderũt bonũ esse: qd' oĩa appetũt: an potius bñ ostẽderũt sũmũ bonũ: qd' oĩa

appetũt. Ego aũt &si mihi uideor cõiectare: quid ea me roges: obsequar tñ uolũtati tuæ: & id quidẽ nõ ea ratione: ut sus Mineruã doceã: sed ne uel ĩprudẽtior uel insolẽtior iudicer: ubi min⁹ ad rogata respõdero. Tu uero quæ ab me differenẽ: cõsiderabis oĩa diligeẽ. Dein qđ tibi uisũ fuerit min⁹ recte dictũ: id mihi ut significes rogo. Longe eni discere malim: q̃ docere: præsertim abs te eruditissĩo grauissimoq; philosopho. Omniũ primũ hæc duo audeo ꝓfiteri: nec eẽ uerbũ copulatiuũ ut dialectici uocant: nec itẽ summũ eo loco apud Aristotelem scriptũ inueniri: quorũ etiã alterũ nõ sit admodũ necessariũ: eẽ uero oĩno absurdũ: & ambo quidẽ hac rõne. Proponit Aristoteles in hoc procemij sui principio ea quæ in uniuerso æthicorũ ope præcepturus accedit. Ea uero duo sunt præcipua secundũ duplicem finem eorum quæ expetũtur in uita. Quædam enim expetũtur propter se & propter aliud: Quiddã uero ꝓpẽ se tantũ. Sola fœlicitas ẽ: quæ expetiẽ propter se. Quippe quã cõsecut⁹ qui fuerit: nihil ẽ reliquũ in bonis: qđ sibi expetendũ ducat. At reliqua bona oĩa &si propter se digna sunt quæ expetanẽ: ea tñ natura sũt: ut etiã cui cõtigerint ei nõ satis sint: quo minus aliquid appetat. Nunq̃ eni quiescit hominis desideriũ: quoad non id fuerit adeptus: supra qđ bonũ aliud ẽ nihil. Hoc autẽ cum summũ uocamus & ultimũ & maximũ bonum: tum uno communiq; uerbo uł fœlicitatẽ uel beatitudinẽ. Recte igiẽ Aristoteles in huiusmodi ꝓpositiõe a bonis particularib⁹ rem ipsam aggrediẽ ut ex ijs qđ omniũ ultimum est per inductionem inferat. Quis eni ambigat: si finis cuiusq; artis quo ad uitã actiuam appetitur: tanq̃ bonum quoddam ipsius: & eodem modo quo ad uitã cõtẽplatiuã: finis cuiusq; sciẽtiæ affectaẽ: cõsentaneũ esse: ut quidam sit finis omnium ultimus: ad quẽ reliqui referanẽ: hoc est qđ reliqua omnia affectent. Bonum eni & finis: ut nosti: cõuertunẽ. Actio aũt duplex est: interior & exterior. Et interior qdẽ ea: quã græci ϛηεργειαμ noĩant: nos uero suo proprioq; uerbo agilitatẽ: hanc uos plæriq; operationẽ appellatis: aut actũ primũ: at exterior simpliciter actio diciẽ: ad quã ipsam interior ẽ ueluti dux

ad res gerendas. Idē etiā de electione ostēdit: secundum quā ois ē actio. Cum igit̄ cætera bona oia particularesq; fines ad ultimū finē illū bonūq; referant̄: subdidit Aristoteles: non absurde supiores philosophos pulchre ostendisse bonū illud scilicet summū: qđ oia affectant: id est ad quod inferiora oia referūt̄. Quare si summū etiā appositū min⁹ fuerit: intelligit̄. Itaq; qđ ꝓposuerat latius ac dilucidi⁹ ostēsurus: cōtinuo subijcit differētiā quādam eē finiū: cum alij sint quædā ςнεργειαι: hoc ē interiores actiōes seu agilitates tm̄: ut in speculatiuis scientijs: alij præter illas opa quædā: ut in actiuis facultatibus usu fieri uidemus: & ita multa ꝑcurrēs: tandē docet qui sit agibiliū omniū finis. Nam qđ aiunt ꝑ definitionē dixisse Aristotelē: bonū esse quod oia appetūt: stulta sane definitio uideri quæat: non solū ꝙ nulla ē copula hmōi ī textu græco: sed etiā ꝙ ea definitio non magis boni eēt: ꝙ̄ aliarū rerū ꝓpe inumerabiliū. Q; si definiendi pitiā tenerēt: nunq̄ in tāto uersarent̄ errore. Præterea de hoīs bono loq̄t Aristoteles: nō ignis: nō lapidis: nō pecudis. Et ita infinita sūt quodāmodo: quæ a tuis istis philosophis deprauant̄: corrūpunturq;. Quo fit: ut eo sis dignus maiore laude: ꝙ nullū uelis errori locū apđ te eē. Cæteꝝ qđ modo dicebā: hæc uelim: expēdas argutius: & mihi sententiā tuā liquido declares. Vale ex Bononia ex ædibus nostris pridie Idus maias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni aurispe: sal.

a Dmonitionē tuā libēter admitto: ac ꝓbo. Idem etiam ex alijs audiui. Si res ut cœpit: prospere successerit: nusq̄ hic mouebo pedē. Sin alit̄ acciderit: ꝓpe nauigabo. Nā nescio qd nostri hos inter se ciues alere audio. Qđ ne qd pariat magnæ calamitatis: nō possum nō uereri. Ego aūt in omnē fortunā paratus sum. Vale ex Bononia. vj. kal. iunias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: sal.

n Arrauit mihi Ioannes corbiti⁹: quāta me beniuolētia cōplecteris: & ꝙ̄ de nobis nō modo amice: sed etiā honorifice es locutus. Addiditq; te propediē effectuꝝ: ut ul' uenetijs ul' patauij ꝗ honestissime eē possim

quare nõ eẽ opus: ut libros sibi meos ad me dares: cũ apđ uos sim ꝙ honorificentissime futur⁹. Beniuolentia tua mihi certius nihil est. Itaq₃ mirãdũ nõ est: si de me semꝑ amice atq₃ honorifice & sentis & loqueris. Tibiq₃ habeo gratiam: ꝙ das operã & priuatim & publice: ut oẽs intelligãt me tibi esse charissimũ. De meo aũt ad uos reditu nihil ẽ hoc tempore quod labores. Ea enim mihi apud bononiẽses conditio est: ut hinc honeste abire non liceat. Nosti tu sane iampridem meum ingenium: q̃pluris facio quod honestum est: q̃ qđ utile. Itaq₃ rogo te ꝙ possum diligenti⁹ ut & libros & cæteras res meas cures ire ad me q̃primum. Hoc mihi facere gratius hoc tẽpore nihil profecto potes. Vale ex Bononia kal. iuniis. M.cccc.xxviii.

Franciscus Philelfus Gasperino bergomensi: sal.

g Aleatius mediolanẽsis aulic⁹ ducalis me adiit tuo noie: atq₃ saluere iussit: petiitq₃: te facerem certiorem quo in statu essem: q̄ppe qui id a me intelligere cuperes: Ago grãs tuæ humanitati: qđ tã beniuole mecũ agis: Facisq₃ nihil alienũ a singlari meo erga te aio. Qđ aũt scire de me cupiebas: iccirco paucis oñdi: ꝙ is Galeati⁹ tũ me primũ adiuit: cũ iã esset equũ ascensur⁹. Ego in italiã redii eõ cõsilio: ut Venetiis apud ueteres amicos uitã agerẽ. Existimabãq₃ mihi honestissimã ꝓpositã esse fortunã: sed mea me plurimũ fefellit opinio. Nã longe illic erã deteriore futur⁹ cõditione: ꝙ pro pactis ꝓmissisq₃ deberet. Itaq₃ cœpi ex tp̃e cõsiliũ. Meq₃ Bononiã recepi. Qua in urbe & amplissima & bonarũ oĩm artiũ studiis munitissima: honesta oia secũdaq₃ sunt. Id quod ex optimis filiis tuis Ioanne: Augustio atq₃ Guiniforto cognoscere potuisti. Ex q̄bus ipsis ego de omni re atq₃ statu tuo certior factus sum. Tibiq₃ plurimũ gratulor: ꝙ apud eum es principem: quo hæc ætas nihil habet neq₃ illustrius neq₃ præstãtius. Vale ex Bononia pridie Idus iunias. M.cccc.xxviii.

Francis. Philelfus: Ambrosio monacho camaldulẽsi: sal.

q Vod me nõdũ uisũ tãta humanitate ꝓsequeris ut iã nõ mõ diligere: sed amare etiã uidearis: habeo tibi grãm equidẽ singularẽ. Es eni ingenio & facili

& perbenigno. Quas autẽ mihi laudes tribuis: eas ascribo bonitati & mansuetudini tuæ. Non enim is certe sum: quẽ tanti facere debeas. Itaq; nõ possum te nõ existimare ingẽti uirtute præditũ: qui ea de me prædices: quæ eẽ oportet in eruditissimo eloquẽtissimoq; & sapientissimo quodam uiro ac plane tali: qualẽ te iã binis litteris pspicue esse dinosco. Faciat de⁹ ut aliqñ (qđ tãtope desideras) una eẽ possimus: quo mutuo cõspectu iucundissimoq; affatu uti liceat. Ad cætera uero quæ scribis: cõmodi⁹ dabit respondẽdi tẽpus. Nã i præsentia publicæ occupatiões me lõgiorẽ tecũ eẽ nõ sinũt. Vale ex Bononia. iiij. kal. iulias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Antonio capanorensi: sal.

o Rationẽ quã petis: dedi ad te. Miror aũt tam repẽte ea de re apđ uos rumores increbruisse. Qđ aũt lætaris nomen nostrũ iã late p italiã i oĩm ore uersari: ne me rideas: uereor. Nõ eni is sum: qui mei ipsi⁹ sim nesci⁹. Itaq; tibi cauendũ ẽ: ne aut me aut teipm fallas: quo℞ alterũ iiusticiæ: alterũ ascriberet imprudẽtiæ. Nec præterea te latet rumorib⁹ credi nõ oportere. Ego aũt quantũ anniti potero dabo operã ne secũdi istiusmodi rumores falsi oĩno extitisse uideant. Vale: ex Bononia nonis iulijs. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Victorino feltrensi: sal.

a Ristotelis artem ad Theodecten qđ antea te monui ex Cõstãtinopoli dedi ad uirũ clarissimũ Frãciscũ barbarũ: eo cõsilio ut eam tibi reddendam curaret. Quod ab illo factũ nõ eẽ miror. Itaq; uelim: ad eũ litteras des: atq; libros repetas: quos si min⁹ q̃ primũ ad te miserit: tunc ego iusta utar expostulatione. Qđ de meo statu uis certior fieri: nos hic ualemus perbelle. Suntq; nobis secunda omnia: id quod indies magis fortunet deus. Vale: ex Bononia. iij. kal. Augustas. M.cccc.xxviij.

Francisc⁹ Philelfus: Bartholomæo fracãçano: sal.

t Riplicẽ esse uitã hominibus præcipue expetendã præstãtissimi philosophi tradiderũt. Cõtẽplatiõis: Actionis: Fruitionis. Cõtẽplatiua tota ẽ animi: cui⁹ sapientia dux ẽ. Actiua corpori maxime opitulat: quã prudentia moderat & regit. Quæ uero in fruendo uersat: eam refe-

runt ad uoluptatē:quæ ipsa qnalis sit: difficile est dictu. Et ne id quidē mirū:habet enī magnos oppugnatores. Nam qui ita statuit uoluptatē:ut nihil habeat cū ratione coniunctū:is ab eneruata pecude nihil differt. Sed quæ uoluptas est secundū honestatē:hāc nō multo ea puto inferiorē:si recte uelimus interpretari:quæ uera est uoluptas & christiana. Est enī posita & cōstituta in ea animi securitate trāquillitateq; in qua nulli insunt stimuli:nulli tumultuarij motus: nullæ pturbationes. Et hanc quidem greci:ἀλυπίαν:alypian nominant:quā nos haud absurde appellemus indolentiam. At sunt:qui insimulent uoluptatē esse solius corporis ac turpem:quasi cum dicimus:Tuæ mihi litteræ uoluptatē incredibilem attulerunt:non animū lætari dicam⁹:sed corpus: & id turpiter. Excedat e medio istiusmodi oīs calumniosa interptatio:& ad animū enī & ad corp⁹referr̄ uoluptas. Nec aliā id uerbum significationē apud nos habet: q̄ ἡδονή: hedone habeat apud grecos. Hedone enī & animi ē & corporis:potestq; & honesta & turpis esse: secūdū aut rōnis aut temeritatis usum. Præterea æque inter animi bona uoluptatē reponit Aristoteles ac prudentiā & uirtutem. Nec sane uero:ut mihi uider̄:insimulant Epicurū:quē uoluptuariū ac lasciuū dicūt:cū illū & tēperantē uirū fuisse cōstat & eruditū & grauē:Cuiq; præter crebriora mordacioraq; cauilla:qbus in cæteros philosophos utebar̄: aliud arbitror obfuisse nihil. Cæterū cōstat eū uirū nō de corporis sed de animi uoluptate & sensisse & disseruisse. Sed ut epicurū reliquosq; illi⁹ pristinæ antiqtatis philosophos: qb⁹ uerus deus oīno erat ignot⁹:omittam⁹:ego eā arbitror laudabilē uoluptatē & maxime expetēdā:quæ ex intelligentia ueritatis & ex actiōe toti⁹ honestæ uitæ cōflar̄. Veritatem uero in ijs reb⁹ sitā existimo: quæ sunt incōmutabiles & æternæ. Quid aūt aliud sit huiusmodi præter unū & immortalē deum:haud quāq; intelligo. Actiones uero ad ueritatis intelligentiā ita iudico oportere accōmodari: ut sciamus eas oīs ad imperiū sapiētiæ esse referēdas. Sapientia enī sola est ea:quæ tāq; regina quædam & imperatrix seq; ipsa cōtenta:quo rerum istarū inferiorū & tēporaliū cura

omni soluta:in sempiterni ac supremi illius boni lucē & intendat & figat intutū:cæteris morꝫ uirtutibus prudentiam præficit:quæ præbitoris instar per singulas actiones singulis pro suo cuiusq; officio faciunda tribuat. Moralis igitur uirtutes oīs ad prudentiā referamus:oportet:quæ rationis est uirtus:at prudentiæ sapientia dominat̃:quæ tota est intellectus. Qui autē ita uixerit:qui hūc negat in summa uoluptate uersari ac plane fœlicem & beatū esse: is mihi non stultus modo:sed fatuus & insanus uidetur existimandus. Quid eni huic obesse quæat: quo minus semp̱ sit compos sui:& nō mō nulli seruiat turpitudini: sed honesta semp̱ & cogitet & loquatur & faciat? Gratulor igit̃ mi Fracançane tuis laudatissimis uitæ institutis:qui te ita contēplatiuæ uiuendi regulæ dicaris:ut ab assiduæ actionis morūq; uirtutibus nunq; abhorreas:quin potius unus sis:qui æquæ omnibus prosis & consilio & ope atq; ipsi tibi:tanq; ibi uoluptatem censeas eē maximā: si bonitatis tuæ participes omnis efficias: qui se homines esse q̄ pecudes maluerint. Quos ego de te rumores cū audio:audio autem quotidie: ita lætor pro nostra uetere beniuolētia:ut præ læticia uidear altius attolli atq; exilire. Quid autem futurum putes si detur unq;:ut una esse possimus? Id uero cū hoc tempore nobis sit interclusum:tuæ erit uel humanitatis uel officij: ut uicissitudine litterarum tollat̃ omnis corporum dijunctio. Hoc erit utriq; nostrum non minus facile q̄ iucūdum. Vale. Ex Bononia kal. Augustis. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni aurispæ: sal.

a Ntonius capanorensis: qui a principe lucesi orator it ad uenetos:ē mihi ab ipsa adolescentia coniunct⁹ tāta familiarite:ut uix mihi ei⁹ cōsuetudine sit dulci⁹ qcq;. Nā & patauij ante meā nauigationē i Thraciā fuim⁹ cōdiscipuli:& ea est urbanitate morūq; elegātia:ut uel ipos lapides excitare quæat i amorē sui. Nā qd loquar de præstanti hoīs ingenio & facūdia? qd de liberalitate & animi gratitudine? Dign⁹ est p̱fecto quē ames:qđ si feceris:egregie me nō mediocri abs te bn̄ficio affectū iudicabo. Vale. Ex Bononia pridie nonas augustas. M.cccc.xxviij.

Francis. Philelf⁹: Nicolao fabæ philosopho ac medico: sal.

p Ridie idus maias unas ad te lr̃as dedi: qb⁹ ad id re/spõderã: qđ ex me quæsieras de Aristotelis textu in pœmio primi libri æthicoꝝ ad Nicomachum filiũ: circa pricipiũ. Quæsieras enĩ: sit ne ĩ textu græco: lõ bñ onderũt sũmũ bonũ qđ oĩa appetũt: an potius bonum esse qđ oĩa appetũt. Ipse aũt respondisse memini: neq; summũ inueniri apud græcos: id qđ fœlicitatẽ p inductionẽ signi/ficaret: nec item eẽ quod ipsum uerbum: quandam præ se ferre uideretur uel definitionis uel descriptionis speciem. Multaq; in eam rem sum locutus: quæ tibi audio probari: utpote quæ a philosophiæ præceptis non abhorrent. At ego sane cupiebã te differentẽ audire: quid ea de re senti/res. In præsentia uero postea q̃ admisisse te animaduerto: quæ p id tẽporis scripta ab me sunt: illa ad te epistola: apte loquar ut textus ille apud græcos habet. Dicit enim: Ideo pulchre ostenderũt bonũ qđ oĩa appetũt. Nosti enĩ finem & bonũ iuicẽ cõuerti. Quare cũ proposuisset omnẽ artem & oẽm scientiã: eodẽq; modo & actionẽ & electionẽ bonũ quoddam appetere: ex ĳs cõclusionẽ quãdã inducit supe/rioris: philosophos pulchre ostendisse uel etiam affirmas/se aut statuisse potius bonũ: scilicet illud: qđ omnia appe/tunt. Non enĩ ratione solũ: sed etiã ui naturæ oĩa ferunt̃ ad finem suũ. Hanc autẽ propriã esse ac uerã Aristotelis sen/tentiã patet alio loco: cum in secundo magnorũ æthicorũ libro de uoluptate loquens: quam ipsam bonum esse uult: ita scriptũ reliquit ad uerbum. Propterea uideretur uide/licet uoluptas esse bonũ: qđ hanc oĩa appetũt. Ex quib⁹ qui dem uerbis haud obscure patet Aristotelẽ intellexisse de bono rei sensitiuæ: qđ non cadit neq; in ignem: neq; in lapi dem: neq; in aliud qđ quã quod sensu careat. Sed hac de re alias. Habes tu sane: & qualis sit apud græcos Aristote/lis textus: & quo pacto intelligi oporteat. Nam reliqua tu pro singulari tua eruditione & ingenĳ magnitudine: sum/maq; prudentia si uniuersum Aristotelis procœmium dili/genter considerare uolueris: dilucide perspicies. Inuenies enĩ ex multiplicibus finibus unũ tandem offerri finem: ad

quem cæteri omnes sint referendi. Vale Bononiæ ex ædibus nostris nonis Augustis. M.cccc.xxviij.

Frãcis. Philelfus: Pallãti Stroçæ equiti aurato: sal.

b Ononiẽsis huius reipublicæ status quibus ꝓcellis agitari sit aggressus proximis dieb⁹: & quãtũ iã impẽdeat naufragiũ: quia noui nõ esse obscurũ tibi: illud dũtaxat significabo: rem omnem esse penes cannetulos. Alterius factionis principes magna ex parte uitæ magis: ꝙ decoro consulẽtes: urbem deseruerũt: alij alio se recipientes. Nicolaus Tholentinas: quem sub fœderibus inter paciscẽdum cannetuli cum magna coniuratorũ manuductu Lodouici seuerinatis clam adorti: ingenti detrimento affecerant: Imolam fugiens contendit: ubi etiam esse in hanc diem cũ reliquijs exercitus narratur. Ioannes eius fili⁹: qui a patre datus Bononiẽsibus obses fuerat: ne quid trãseuntes milites aut iniuriæ aut maleficij: in Bononiensi agro inferrent: post has perpetratas insidias in carcerem est coniectus. Hic omnia tumultuaria sunt atq; turbulenta. Cardinalis harelatensis Lodouicus: qui in hac urbe ꝓ Martino põtifice maximo legatũ gesserat: erepta supellectili preciosissima & maxima: amissisq; bonis oĩb⁹: hinc abire ꝑmissus est: uel expulsus potius. Quæ futura sint: ipse coniecttato. Quare sequi institui adhortationẽ & cõsilium de me tuũ. Haud eni debes esse oblitus: quæ mecũ nuper locutus es: cũ hac iter faciens ex brixiana obsidione uel deditione potius ĩ patriã reuertisti. Si honesta mihi apud uos cõditio ꝓposita fuerit: istuc ibo. Vale ex Bononia. iij. kal. septẽbres M.cccc.xxviij.

Francis. Philelfus: Ioãni aurispæ: sal.

f Vnt hic oĩa ꝓcellarũ tẽpestatũq; plenissima ob hãc reipublicæ ab eccl'iastica dicione defectionẽ. Deus bene uertat. Bononiẽses ipsi de se uiderint. Ego mihi atq; reb⁹ meis oĩno cõsulere institui. Nõ eni tutũ est mu/tis inter gladios sicasq; uersari. Iam ciuili cruore madẽt oĩa. Nullus hic ocio: nullus paci relictus est loc⁹ ĩ tãtis discordiarũ seditionũq; fluctib⁹. Itaq; Florẽtiã petã: necesse est. Nec sum oblit⁹ cõsilij tui. Sed necessitati parẽdũ ẽ. Tu si qd melius habes: ostẽde. Vale ex Bononia idib⁹ Septẽbrib⁹. M.

ccc.xxviij. Frãcis.Philel.Pallãti Strocæ eqti aurato: sal.

q Vid sapientis dicto illo admonemur: qm̃ tẽpus cognoscẽdũ est: admittere cogimur conditionẽ quæ offert: præsertim cũ subdideris fore: ut in ꝓximũ annũ plus mihi salarij det. Quare quos trecẽtos aureos mihi recipis in hũc annũ noĩe tuæ florẽtissimæ reipu. ita mihi datũ iri uolo: ut sine quotidianis molestijs ij mihi suis tẽporibus numerent. Existimo tibi cõsuetudinẽ meã non esse ignotã: non modo fœnerari nõ didici: sed ne parcus quidẽ esse. Haud eni cõsueui unq̃ seruire nũmis: sed ijs poti⁹ uti pro seruis. Verũ hæc tu pro tua benignitate q̃amicissime curabis. Ego me interim accingam itineri. Vale. Ex Bononia. xiij. kal. Octobres. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Nicolao nicolo: sal.

q Vod ad cõstitutũ diẽ Florẽtiæ me nõ uideris: aliud nihil fuit in causa q̃ inopia mulionũ. Nam sine mulis qbus & libri & reliqua supellex quã ab usq̃ Constãtinopoli in italiã aduexi mecũ: istuc cõuehat: pedẽ hinc mouere mime decreui. Itaq̃ si hoc laboris ꝓ tua hũanitate capesseris: rem mihi facies nõ min⁹ gratã: q̃ necessariã. Mulis mihi sex opus est. Qđ precium pro conuectione pepigeris: liberrime præstabo. Quæ mihi cosmi medices noĩe polliceris: & audio libent: & ut ei me cõmẽdes: te rogo. Ambrosium Monachũ: ut meis uerbis saluere iubeas: a te peto. Vale. Ex Bononia pridie kal. octobres. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Bartholomæo fracãçano: sal.

qVæris qd ego de uirginitate sentiã: cũ sint nõnulli q eã uirtutẽ eẽ negẽt. Nõ eni tẽperãtiæ esse speciẽ: nec ullũ ei⁹ extremũ: qđ inter parũ nimisq̃ uersatur sed cõtrariũ prorsus. Rem sane quæris nõ paruã neq̃ contẽnendam: ut qui cælibatũ coniugio prætuleris: nam quã in muliebri sexu uirginitatẽ dicimus: eam in uirili nõ uirginitatem sed cælibatum prisci uocãt: cupias pro tua in me singulari beniuolentia tuã animi grauẽ probatissimãq̃ sententiam meis etiã aliquib⁹ rationib⁹ cõfirmari. Itaq̃ altius mihi repetẽdum est: quo non ueritati minus satisfaciã: q̃ tibi homini amicissimo & optimo. Omniũ primũ hoc nobis ꝓpo

ſitum eſſe uolo: ita cõiugiũ uirginitati ſubijci: ut parem numerũ impari. Quæcũq; paria in arca Noe ſeruata ſunt animalia: ea imunda fuiſſe quis ambigat? Et unus eſt deus: & numero deus ipare gaudet. Vt igiẽ impar numer⁹ mũdus eſt: ita paria oĩa imundiciæ ſunt obnoxia. Qđ etiam idem poeta Virgilius Platonẽ Pythagoricoſq; ſecutus: cũ minime ignoraſſet: facit in ſexto æneidos libro Deiphobum talia locutum. Ne ſæui magna ſacerdos diſcedam: explebo numerũ: reddarq; tenebris. Reſpondet inquã Deiphobus turbatæ Sibyllæ: ne ob præſentiã confabulationemq; ſuam iraſcatur: quoniam continuo diſcedet: numerumq; diminuet: imparem ſcilicet & ternarium. Nõ enim huiuſmodi numerus conueniebat apud manes: quibus etiam dum uano gentium more ſacrificaretur: non impari: ſed pari numero aræ dicebanẽ duæ. Nam dijs ſuperis tris aras poni mos fuerat. Verſabaẽ enim ſupſticioſa illa gẽtilitas in eo quoq; errore: ut & bonos quos uocabat: & malos deos uenerandos opinareẽ: alteros quidem ut eſſent profuturi: malos autem ne nocerent. Nonne idẽ Maro platonicus quidem Pythagoricuſq; poeta in animi quoq; partione ternario impariq; numero uſus eſt? Quid enim cum ait: Celſa ſedet æolus arce ſceptra tenẽs: mollitq; animos & tẽperat iras: aliud ſenſiſſe arbitremur poetam prudentiſſimũ: q̃ animi rationem cuius ſedẽ in cerebro tanq̃ in arce eſſe uoluit: eiuſq; & cupiditates & iras ĩ carcere quaſi quodã ĩtra præcordia iecurq; religatas æoli ſceptro: hoc eſt rõnis imperio molliendas tẽperandaſq; ſubiecit: illã quidẽ imparis numeri concluſione perfectam eſſe: duas partis reliquas imperfectas. Totũ autem in ſe numerũ & imparẽ eſſe eundemq; perfectum. Sed quid poetarum: quid philoſophorum: quid gentilitatis illius uane utimur teſtimonijs? Vnde hauriamus aut locupletius: aut uerius argumentum: q̃ ab eo qđ & ſolum & ſemper eſt & idem p ſe ſubſiſtit? Vna ẽ diuia eademq; ſubſtãtia. Hanc in tribus æqualiter abſoluteq; perſonis ineſſe & aperte dicimus: & indubitato credimus. Nam quãquã deus: qui infinitus ẽ: nullo numero capi põt: numerum tamẽ nõ aſpernaẽ. In eo em: quod tris eſſe dicim⁹: ineſſe nu-

merum quis negarit? Qđ si eũ considerare uoluerim⁹ qui sit tres: numerum nõ eẽ inueniam⁹. Nec sane mihi uideor ignorare eos numeros: qui ad seipsos recurrunt in suis ꝑti/bus illis q̃ in sũmã redactæ fuerit ꝑfectos dici solitos: & eos rursũ dici iperfectos: quoꝶ istiusmõi ꝑtes: ubi sil' ducãť: ne queũt eosdẽ iplere numeros: quoꝶ ipsi sũt ꝑtes. Nã quorũ numeroꝶ ꝑtes etiã excedere reperiunť: cũ abũdãtis: tum plusq̃ꝫ ꝑfectos noiari manifestum ẽ. Atq in numero terna/rio: ob quẽ ipsũ quoqꝫ Aristoteles diuinã sanctificationem uenerationẽqꝫ itroductã eẽ testať: eã uideo inesse ꝑfectio/nem: qđ nulla ẽ ꝑte mãc⁹: sed plane tot⁹: qppe qui & princi piũ habet & mediũ & finẽ. Ac ne in re ꝑspicua uideri uolu isse ut iuuenis argutior insimuler: nũ ulla paris in trinitate an iparis numeri ratiõe utimur? At ut oĩs numerorũ pari/tas: ad uni⁹ eius: qđ cui⁹ numeri & principiũ ẽ & causa re/ferť iparitatẽ: ita quæqꝫ pariũ ꝑfectio ipsi⁹ iparis ꝑfectioni subiecta ẽ ut agẽti patiẽs. Ex quo fit ut ꝑfectio cõiugij: qđ aut in remediũ incõtinẽtiæ: aut ad procreandos liberos est inuẽtũ & cõstitutũ: lõge sit inferior ꝑfectiõe uirginitatis & cælibat⁹: quæ ipsa sua quadã ui naturaqꝫ laudať: eoqꝫ pluris duciť: q nõ præcepti ui cogiť: sed offertur ultro. Et matri/monio quidẽ crescit: ac multiplicatur hominum genus ter/raqꝫ repleť. Virginitatis aũt & cælibat⁹ bono chorus quasi quidam angelicus augetur: cælumqꝫ repletur. Itaqꝫ tibi mi Fracançane nõ possum nõ gratulari: qui militare christi & uirginale sagulum coniugali ociosæqꝫ togæ sæculi prætuli/sti: qui humanũ omnẽ fulgorem ne minima quidem coru/scationis scintilla cũ splendore cælestis gloriæ cõferendum existimaris. Induisti te inquam Bartholomeæ mi dilectissi/me christi ueste: & ea quidẽ ueste: quæ unius est imparisqꝫ numeri. Hanc ut incorruptã puraqꝫ tueare: te nõ solũ hor/tor: sed etiã rogo. Verum decepisti Philelfum tuũ: quem olim religionẽ diui Benedicti inire cupientẽ: cũ uenetijs ageret: anteqꝫ in Thraciã nauigaret: ne id faceret hortatus es: cũ diceres frustra me tam lõgũ studiũ suscepisse: si ætatẽ omnẽ in tẽplo diui Georgij cognomento maioris orando cõtererẽ. Nec tñ accuso iudiciũ tuũ. Ita eni uisũ ẽ imortali

deo. Itaq; ut tua tu: ita ego mea sorte cōtēt⁹ sū: quo ipse mia hi faueas apud supos: ego aūt apud hoies tibi. Hoc eni p͛fecto cum omnia amicis communia sint: & cæli uterq; & terræ gloriam consequemur. Sed tu eo es fœlicior iudicais dus: q͂ uirtute quadam heroica clarus eris. Nam ego satn sim habiturus: si cōiugīj lauder apud homines. Quod aūt scire uis: quot ego ī præsentia ætatis sum ānos nat⁹: accipe breuib⁹. Ago ætatis ānū trigesimū: qppe q nat⁹ sim anno a christi natali die trecētesimo nonagesimooctauo supra annū millesimū: & id qdē ad octauū kal. augustas. De hac urbis cōditione nihil est: qđ ad te scribā. Agitant̄ eni oīa p͛cellis ac fluctibus. Nec multū a naufragio absumus. Vale ex Bononia nonis decembrib⁹. M.cccc.xxviij.

Francis. Philelfus Andreæ Cōstātinopolitano theologo ordis prædicato⁊ ac Rhodiorū archiepiscopo: sal.

Itteras tuas ex urbe Roma cū libenter uidi: tū lectitaui q̄iucūdissime. Erāt eni nō grauissimæ solū: sed etiā locupletissimæ testes singularis tuæ erga me charitatis. Q̄ autē me hortaris: istuc ut q̄primū ueniā: id mihi hoc tpe nequaq̄ ē itegrū. Nā florētinis obstrict⁹ sū in ānū docēdi mun⁹. Nec mihi quicq̄ duco honorabili⁹ fide. Quā si paterer meo aliquo emolumēto infirmam fieri: rumores quos increbruisse clarissimos de me scribis apđ sūmum pōtificē: leuissimos redderē ac mendacis. Ve⁊ cū p͛studīj uacationē dabit: ibo ī urbē Romā: & qđ me mones: q̄diligētissime tuebor. Qn̄ aūt hinc mihi mouēdū sit: non satis scio. Dominic⁹ eni Capranican⁹. q elect⁹ firmanus pro Martino sūmo pōtifice legat⁹ aplicus maximis uirib⁹ urbē obsidet: oppugnatq; cōstātissime: nōdū mihi cōcedere uoluit tuti itineris litteras. Quid aūt ī causa sit: ignoro. Tu interea tpis Vale. Et qđ ad tps sis in Thraciā Rhodūue solutur⁹: me tuis litteris certiorē facito. Ex Bononia idib⁹ decēbrib⁹. M.cccc.xxviij. Frācis. Philel. Thomæ Sarçanēsi: sal.

Vam mihi reb⁹ reuerendissimi Cardinalis tui: imo nostri cōditionē p͛ponis apđ nobilissimū istū munificentissimumq; principem Nicolaū æstensem: & si perutilis ē atq; honorifica: eā admittere nequaq̄ possū

Sum eni florentinis obligatus annuo docendi munere: & id quidē ornatissime. Itaq; imortalis gratias uelim agas nomine meo isti hūanissimo patri: cui me si diligētissime cōmendaris: rem facies amicitia nostra admodū dignā. Vale ex Bononia. xiiij. kal. ianuarias. M. cccc. xxviij.

Francisc⁹ Philelfus Bartholomæo fracāçano: sal.

q Vo frequētiores eunt ad me litteræ tuæ: eo maiore afficior uoluptate. In ijs eni lectitādis uideor & eē & loqui tecū. Q̄ aūt mirari te dicis a me uoluptatē laudari: cū a Cicerone in quæstionib⁹ tusculanis: & in libris de finib⁹ bonoꝝ & malorū: apprime uituperet̄: nihil est opus ut mireris. Nā qđ Cicero in alijs reprehendit: in hoc ipse ꝑsæpe peccat. Litigat eni de uerbo: rē negligit: quanq̄ ne de uerbo quidem recte sentit. Nam ꝙ uoluptas nō oīs sit turpis: imo sæpe etiā honestissima: cū alia plæraq; eius scripta: tū epistolarum libri infinitis in locis liquido declarāt. Præterea si bonū est scđm Aristotelē: qđ oīa appetunt: nū min⁹ oīa quæ sensu mouent̄: natura appetūt uoluptatem? Qđ aūt ē secūdū naturā: num id bonū nō sit? Nā de animi uoluptate: quæ ab honestis actiōib⁹ ꝑficiscit̄: quæq; ex cōtēplatione ueritatis & dei capit̄ maxima: Num eā quisq̄ neget eē bonū: & maximū quidē bonū? At referti sūt grauissimorū philosophoꝝ libri: Aristotelisq; in primis subtilissimis & firmissimis quæstionib⁹: quib⁹ & probat̄ prudētissime: & laudat̄ egregie uoluptas. Qua de ipsa pluribus ad te scriberē: si essem ociosus. Sed cui esse ocij quicq̄ possit inter arma bellorumq; fragores? Atqui dabit tempus: ut spero: quo & tibi satisfaciā: & alios nōnullos istiusmōi imprudētia una mecū liberabo. Nūc ignosce breuitati meæ. Vale ex Bononia pridie kal. ianuarias. M. cccc. xxviij.

Franciscus Philelfus: Thomæ sarçanensi: sal.

e Go mi Thoma dilectissime sū Florētinæ reipu. iā obstrict⁹ annuo munere. Itaq; aliā nullā cōditionē possum amplecti. Quid eni dedecorosius: q̄ uel eē uł haberi leue? Nā fidē min⁹ ꝑuare: hois ē nō iniusti solum: sed impij. At scio nō modo Reuerēdissimus pater cardinalis tuus id ab me factum iri nollet: sed nec etiam tu qui specu

lum es imagoq̃ & probitatis & grauitatis. Vale ex Bono nia pridie kal. ianuarias. M.cccc.xxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

d Amnas tu Aurispa cõsiliũ meũ: qđ nolim eã cõditionẽ admittere: quã hũanissim⁹ cardinalis Bononiẽsis Nicolaus: uir sanctissimus mihi ꝓponit: scribisq̃ futurũ: ut me pœniteat mei instituti: si maluero Florentinis q̃ magnanimo isti principi Nicolao marchioni gratificari: addisq̃: ut mihi ante oculos ponã & manuelẽ nostrũ chrysolorã doctissimoꝝ uiroꝝ oim hui⁹ tẽpestatis principem: dũ uixit: & alios nõnullos eruditos ac disertos hoies: quorum nemo diuti⁹ potuit agere Florẽtiæ ꝓpter uarias quorũdam insidias: quorũ iuidẽtia terra cæluq̃ uexat. At ego tibi paucis respondeo: Et oim primũ maximas tibi & ago & habeo gratias: ꝙ amicissime cõsulis rebus meis. Sed qđ mihi faciundũ suades? Nũ ut alicui⁹ utilitatis gratia: qđ honestũ ẽ: negligã? An es oblit⁹ nihil apud me minus habere põderis: q̃ rei pecuniariæ rationẽ? Fidem dedi reip. florẽtinæ: quã certe iuiolate cõstãterq̃ seruabo. Nec ulla patiar utilitatis specie meæ initia hæc iuuentæ cuiusquã leuitatis noie accusari. Inuidentiũ autẽ morsus animi grauitate atq̃ magnitudine me facile uitaturum spero. Quod si min⁹ mihi diu licuerit: operam dabo: ut alioꝝ id culpa factũ iudicetur: non mea. Vale ex Bononia kalẽ. Ianuarias. M.cccc. xxviiij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Arretino: sal.

n Vlla ego i culpa sum Leonarde arretine: ꝙ ad constitutum tempus ad uos nõ ierim. Scis enim urbe hanc non obsideri modo ab ecclesiasticis uiribus: sed die noctuq̃ acerrime oppugnari. Hi primo q̃ reipublicæ præsunt: mihi abeundi nullam dabant facultatem. Qui ubi ab me multis fatigati: tum precibus: tum etiã q̃nq̃ conuitijs expostulatiõibusq̃: ea cessere: tũ legatus apostolic⁹ q Martini põtificis maxi uicẽ i castris gerit: Dominic⁹ capranicacus tuti itineris lr̃as petẽti mihi nll'o pacto i hãc diẽ tribuit. Itaq̃ haud scio: qđ ipe sim factur⁹. Versor ꝓfecto i maximis ai curis: nec qđ consilij captur⁹ sim: nõui. Nisi fortasse

mihi iucundũ putes aspectũ quotidianũ gladio℞ ac sæui-
ciæ cũ aliis laqis gulæ frãgũt: alii obtrũcãt: alii scidũt ĩ par-
tes: alii defodiunt: alii trucidant. Quid pluribus? Oia hu-
mano cruore madet. Iure ne: an iniuria: nõ est meũ iudica-
re. Nã in ciuitate factionib⁹ seditionibusq; ardẽti nihil ẽ tã
iniustũ: tam impiũ: qđ min⁹ det & pietati & iusticiæ. Hac ĩ
re unũ remediũ dari posse ĩtelligo: ut publicis uestræ reip.
litteris cõtendat ab hoc legato apostolico: ut me ad uos li
bere ac tuto ire patiat. Tuũ igit fuerit id ꝙ primũ curare.
Qđ si feceris: fore certo intelligo: ut propediẽ istic mutuo
colloquio & quotidiana cõsuetudine nobis inuicẽ uti lice
at. Vale decus litterarũ & eloquentiæ: meq; ut facis: ama.
Ex Bononia idibus februariis. M.cccc.xxviiii.

Franciscus Philelfus: Gabrieli mauro: sal.

n Ihil mihi fuit iucũdi⁹ tuis litteris Gabriel mi charis-
sime: quib⁹ humanitatẽ tuã ac morũ suauitatẽ bo-
nitatẽq; ingenii ita repræsẽtas: ut te cõrã aspicere:
alloq & cõplecti uidear. Non possum mihi non lætari: qđ
studiis olim meis ac lucubrationib⁹ in te adolescente insti-
tuendo: id me uideam cõsecutũ: ut florentissimus senatus
tuus talẽ sit uirũ te habiturus: qui & amplissimæ patriæ fu-
turus sis ornamento: & amicis adminiculo atq; uoluptati.
Incũbe igitur pro uiribus: teq; amplificãdæ gloriæ totum
dede. Nõ multos habiturus est nobilissimus senatns tuus
similis tui. Noui acrimoniã ingenii tui: noui magnitudinẽ
animi: noui cõsilium: noui probitatem. Nihil habet tuã res
pu. te uno continentius: nil moderatius: nihil ad omnis
præclaras actiones: aut splendidius: aut strenuum magis.
Sed quid ego frustra sim longior: qui ita uidear te adhor-
tari: quasi nõ per te satis sis: qui & ꝓuidẽdo: & cõsultando
& agendo nulli rei deesse possis? De fratris tui Dominici
moribus quæ scripsisti: nõ potui nõ dolere. Sed tu fer oĩa
moderate: ætas eni fortassis eius animi acerbitatẽ aliquan
do ad maturitatem aget. Qđ si secus accidat: tu teipso cõ-
tentus esto. Ego qđ scire uis: bene ualeo cum uniuersa fa-
milia: migraturus breui Florentiã: ubi honorifice & cõmo
de sum futurus. Titum Liuium meũ cõmendo tibi. Vale.

Ex Bononia pridie kal'.martias.M.cccc.xxviiij.

Franciſcus Philelfus: Leonardo arretino:ſal.

i Erũt ad me tandẽ litteræ ex caſtris a legato apoſtolico:quibus tuto hinc ad uos ire permittiť. Itaq; ad triduũ aut quatriduũ Bononia abibo Foꝝ Cornelium uerſus:ita em̃ quã Imolam appellare libet.Nã illud iter lõge tuti⁹eſt hoc tpe ꝑpter hoſtiũ caſtra: quæ a reliqs partib⁹ urbi adiacẽt:q̃ qđ recta Florentiã agit.Intellexi deniq;: qd ĩ cauſa fuerit:ꝙ hæ litteræ ante hunc diẽ mihi negatæ ſunt. Cõſpirarãt nõnulli ciues ac ſacerdos quidẽ ex ordĩe eremitarum pro Martino põtifice maximo contra hãc rempu. Et qa legat⁹ credebat certo urbe ſe potiturũ:nolebat me hinc abire. Sed ea cõſpiratio & detecta eſt:& de coniuratorib⁹ om̃ibus ſuppliciũ ſumptũ. Quare legatus ſpe ſua fruſtrat⁹: ultro lr̃as ad me miſit. Tu me inclytis principib⁹ iſtis tuo more & cõmendatũ & charũ reddito:tibiq; ĩprimis. Vale ex Bononia pridie nonas Apriles.M.cccc.xxviiij.

Franciſc⁹ Philelfus: Franciſco barbaro:ſal.

e X Imola haſce litteras ſeptimo idus Apriles ad te dedi:cũ eſſem poſtridie Florentiã petitur⁹. Quid em̃ diuti⁹ Bononiæ expectarẽ in tanta gladioꝝ ĩpunitate? Me plurimũ miſeret illius afflictæ urbis:quæ omni facinori:om̃i ĩmanitati eſt diritatiq; expoſita. Ibi quicquid cuiq; collibuerit:licet. Nullus eſt clemẽtiæ nullus cõmiſeratiõis locus. Quare & ſi nihil mihi metuendũ erat: quippe q om̃ibus eſſem chariſſimus:tñ om̃ia metuebã in tanta ciuiũ cæde. Spero mihi florẽtiæ fore ſecũda oĩa:ſiquidẽ locus erit doctrinæ & innocentiæ. Qua in urbe cũ fuero:ſcribã ad te pluribus. Nunc ex itinere prolixiori mihi eſſe non licuit. Vale ex Imola.vij.Idus Apriles. M.cccc.xxviiij.

Franciſcus Philelfus: Leonardo Iuſtiniano: ſal.

e Ripui me tandẽ ex Bononienſi naufragio: quo tota urbs perit:petoq; Florẽtiã:quo ſum & honorifice & pulcherrimus quidẽ premijs publice accerſitus. Itaq; nõ mireris:ſi in præſentia paucis tecũ ægi:hæc enim ex itinere ſcripſi tibi. Cum Florentiæ mihi per ociũ dabiť:pluribus tecũ agam. Interea tẽporis rogo te ꝑ humanitatẽ tuã

perq; meã in te obseruãtiam: ut memineris mei: librorũq; meorum q̃diligentissimã curam geras. Vale. Ex Imola. vij. idus Apriles. M. cccc. xxviiij.

Franciscus Philelfus: Marco lypomano philosopho atq; iureconsulto: sal.

q Vod me antea tuis hũanissimis litteris monuisti: ut me ex Bononiensib⁹ fluctib⁹ in tutũ aliquẽ portum reciperem: id tandem cũprimum licuit: feci. Proficiscorq; florentiã. Hæc enim ex itinere scripsi tibi. Scio: maluisses pro tua singulari erga me beniuolentia: apud uos essem q̃optime de me meritos. Et idem ego maluissem. Q̃d si ea mansisset me cõditio: cuius gratia ex Thracia ad uos solueram: a uobis nunq̃ abiissem. Quo factũ est: ut necessitatẽ sequar: non uolũtatem. Vale. Ex Imola. vij. idus Apriles. M. cccc. xxviiij.

## Francisci Philelfi Epistolarũ liber secundus.

Francisc. Philel. Antonio lusco secretario apostolico: sal.

g Ratulatio tua Antoni lusce non debet mihi nõ probatissima uideri: nã & uir es optimus & mei certe amantissimus. Haud enim oblitus sum: & quæ mecum olim Vicentiæ: cum essem constantinopolin nauigaturus: locutus es: & quantam mihi beniuolentiam ostẽdisti. At meam rursus erga te obseruantiã animaduerto te memoriter meminisse. Itaq; maximas habeo tibi gratias: quod me tanq̃ i principiis animi tui inter honestima amicitiæ monumẽta seruare uolueris. Mihi autem non possum nõ iure optimo lætari: cum intelligo me non frustra te meis omnibus ad probitatem actionib⁹ proinde atq; calcem proposuisse: ad quam dirigendi sint oẽs: non bene loquendi solum: sed etiam bene uiuendi cogitatus ac studia nostra. Quod autem me hortaris: ut romanã curiam petam: cum ea sit sola eruditionis & eloquẽtiæ domicilium: ad idq; omne studium tuum atq; operam polliceris: & consilium probo: & adminicula tua oĩa libenter

amplector. Verum nõdum mensis præterijt: postea q̃ Florentiam ueni. Quare necesse est: ut constitutum annuum tempus integre absoluã. Quod ubi fecero: si mihi tua opera & gratia honestum locum apud pontificem maximum proponi intellexero: confestim in urbem aduolabo. Nam hic quantum mihi augurari iam uideor: inter Scyllam charybdinq; nauigabo. Quo fit: ut quib⁹: aut rudentibus malum: aut ancoris nauim muniam: haud facile queam hinc prouidere. At ego ingenuum ociũ malim: q̃ periculosum negocium. Nam hæc urbs non multo minus q̃ Bononia factionibus dissidet: quin eo periculosius: quo acutiora uidẽtur mihi hominum ingenia & ad nocendum procliuiora. Vale. Ex Florentia. xiij. kal'. Maias. Anno a natali christiano. M.cccc.xxviiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

q Vod scire cupis: nihil te cælabo. Florentia me plurimum delectat. Est enim urbs: cui nihil desit: neq; ad ædificiorum magnificentiam atq; uenustatẽ: neq; ad ciuium dignitatem & amplitudinẽ. Adde: quod uniuersa in me ciuitas conuersa est. Omnes me diligunt: honorãt omnes: ac summis laudibus in cælum efferunt. Meum nomen in ore est omnibus. Nec primarij ciues modo: cum per urbem incedo: sed ipsæ etiam nobilissimæ fœminæ honorandi mei gratia locum cedunt. Tantumq; mihi deferunt: ut me pudeat tanti cultus. Auditores sunt quotidie ad quadringentos: uel fortassis etiam amplius: & hi quidem magna ex parte uiri grandiores & ex ordine senatorio. Quid multis? Omnia mihi secunda lætaq; sunt. Ceterũ quo me fortunatiorẽ esse animaduerto: eo magis mihi metuo ab insidijs inuidentium. Nicolaus Nicolus & Carolus arretinus quotidie me publice audituri adeunt una cum alijs ciuibus. Et Nicolaus quidem: quantũ in hanc diem animaduertere potui: homo est loquacior: sed non admodum uafer: quippe qui effutiat facile ac temere oĩa. At Carolus ὥσπερ σύγνοος ὠμ καὶ μισάνθρωπος. Tristis est semper: ac loquitur nihil: Videturq; monstri quippiam intus alere. Et sunt: qui mihi dicant eum cauendum: eo esse ma-

gis:quo magis silet:Id enim non a modestía atq; uerecun/dia ꝓficisci:sed ab inuidentiæ uulnere. Ego tamen in por/tu nauigo. Leonardus aũt arretinus mihi uæhementer af/ficit:quẽ eo puto rerũ mearũ studiosum magis fore:quod aduentu præsentiaq; mea maximo est leuat⁹ onere. Nam & Nicolaus & Carolus:qui ante aduentũ meũ illi plurimũ detrahebant:ab omni eiusmodi calũnia maledictoq; desti tere mea causa:ut existimat̃ deterriti: qđ uidissent ab me Leonardũ publice:& grauiter: & ornate: & pleno ore lau/datũ. Cosmus medices ut humanitatis plurimũ præ se fert adijt me phumane:nec id semel:sed iterũ atq; iterũ: dixit q;: si qua mihi in re opus foret opera sua:ne de se mihi de/essem unq̃:nã sese mihi defuturũ nunq̃. Pallas Stroça splẽ/didissimus eques auratus oĩbus in rebus mihi semp ad/est. Honoriq; & cõmodis meis oĩbus non sec⁹studet: acsi essem filius. Ambrosius monachus uir disertissimus: &si me amare uidet̃ plurimũ:tñ nõ potest mihi nõ suspect⁹ eẽ χάι γαρ έπαιμούμ πομ ημώμ ώσχρη τομ αρρητιμομ λεώμαρδώμ εφι αλλου χαι διασχαλώσ τομ αμδρα. Quæ quidẽ oratio ουχέιμάιμοί δόχει αμδροσ ιέρέωσ χαι αγαθόυ. Haberẽ tibi scribere alia:& qdẽ plura: quæ nunc consulto prætereo. Tu si quid habes de rebus orien/talibus:fac ut sciam. Theodora te salutat. Vale ex florẽtia pridie kal. Augustas. M.cccc.xxviiij.

Frãciscus Philelfus: Marco cãnetulo equiti au/rato ac iurisconsulto: sal.

n E uidear oblitus amiciciæ nostræ:in illudq; ꝓuerbi um incidisse: quo dici solet: Qđ abest ab oculo:id quoq; abesse a corde: uolui uerbis paucis te adire: quæ si diligent̃ cõsideraueris: iudicabis non absurdũ esse cõsiliũ meũ: &si admonitio ẽ poti⁹:q̃ cõsiliũ. Qui em̃ cõsulat iuue nis uiro graui & sapiẽti? V idem⁹tñ fieri sæpe usu:ut qui lu do calculoꝝ intersunt:& si spectatores sunt:nõ collusores: nõnihil acutius uideãt: q̃ ij quoꝝ ẽ ludus. Quis enim igno rat uæhemẽtiore animi affectu plærũq; accidere:ut mẽda/cio cedat ueriras:honestasq; turpitudini? Quo maiore qs dignitate pollet:eo reddit̃ insolentior:si minus recta utit̃

ratione. Ac prudētia q̃dem ē: qua recta rō definit͛. Hæc uero ita sine uirtutū moraliū adminiculis est manca: ut uirtutes reliquæ nullæ sunt sine prudentia. Nec pōt quisq̃ȝ bene uti bonis istis: quæ uel corpori uel fortunæ tribuuntur: nisi uir bonus fuerit. Et uir quidē bonus nunq̃ȝ abutat͛ neqȝ honoribus neqȝ diuitijs nec ullis oīno istiusmodi cōmodis: etiā si id facere īpune quiuerit. At absoluta uirtute q caruerit & cogitet ob licentiā & dicat & faciat secus oīa: q̃ȝ par sit. Quo fieri uidemus: ut istiusmodi hoīes & se tandē perdāt & patriā. Ego sane mi Marce nihil huiusmodi de te uereor: noui enim moderationē animi tui egregiāqȝ prudentiam. Sed cū mecū memoria repeto: quæ tū anno superiore perpetrari apud uos uidi: tū deinde absens & audiui & audio quotidie: nō debeo nō metuere & tibi & tuis: ne aliquādo nimia ista licētia & uobis oībus & Bononiēsi reip. magnā sit cladē īportatura. Quid eñ p deū īmortalē adeo ciuili cruore pfundimini? Vos non alienis modo (q̃ȝq̃ȝ nemo debet alien⁹ duci: qui ciuis sit) sed ne sanguine quidē cōiunctissimis parcitis: q̄nquidē eodē ordine habetis oēs quos ulla uel minima animi offensione oderitis. Offensio aūt istiusmōi oīs nō ab æmulatione uirtutis: quæ charitatē mutuā: nō odiū parit: sȝ ꝙ tua bona: cū uenia dictū uelim: ptim ab auaricia: ptim ab ambitiōe manat. Quæ duæ pniciosissimæ pestes in ciuitate iura diuina oīa hūanaqȝ puertunt. Harū uos inq̃ȝ stimulis agitati: per omnē impietatem facinoris inter uos digladiamini. Et ita in oēs ueluti debacchamini: ut dicionē ecclesiasticā ī truculentā immanemqȝ tyrannida mutaueritis. Nolite obsecro p tantā impotētiā diritatēqȝ aīoꝝ latius ferri. Cohībete iā tandē odiū recordatione ciuilis societatis: Inijcite frænū iræ: pturbationi rō dn̄etur. An illd͛ fortassis estis obliti: Mihi uindictā & ego retribuā? At illud saltē memineritis: hodie mihi: cras tibi. Nec eñ uos latet quanta mutabilitas soleat esse fortunæ. Quo nā clauo: quo robore rotā ei⁹ ita sistatis: ut uobis perpetua sit futura? Quo magis alludit: blandit͛: fauet: eo fallit de improuiso magis: nocetqȝ acerbi⁹. Præterea qbus iason ille phæræus: aut leon: aut phalaris: aut clearch⁹: aut Nero

uel mortuus nō est odio? At clæmētia. G. Iulij Cæsaris: iusticia Traiani: pietas Antonini: grauitas Alexādri seueri idies magis magisq; laudat̄. Quæ ab me fidēti⁹ nūc scripta sūt Marce uir clarissime: hæc amici oēs tui: quos florentiæ pmultos habes: & loquūt̄ & sentiūt. Sed hæc a me plurib⁹ fortasse q̄ oportuit. Nec em̄ ipe docendus es: q & iurecō sultus & uir sapientissim⁹ docere alios cōsueuisti. Cæterū uis amoris: ut hæc audacter scriberem: est me cohortata: quæ scio: ꝓ tua singulari prudentia in bonā ptem accipies. Vale. Ex Florētia. iij. nonas Decēbres. M. cccc. xxviiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Lamolæ: sal.

q Vod fieri certior ab me quæris: qd ipse de me statuerim: hoc est māsurus ne sim florētiæ in ꝓximū annū: an alio cōcessurus: quid tibi respondeam: haud satis scio. Delectat me certe urbs: delectant ciues: delectat etiā cælū ipm: qđ ad præclara dexteraq; ingenia uim plurimā habet. Cæterū terrēt me ciuiles discordiæ: quas hic nō minoris: q̄ Bononiæ uigere: & indiges iualescere magis animaduerto. At in ciuitate seditiosa quæ quies: quæ tranquillitas ulla cuiq̄ esse queat? Quin eo mihi magis hic: q̄ Bononiæ ciuiles discordiæ metuēdæ sūt: qđ Bononiēses tui sibi ipsis nocēt: peregrinis aūt fauēt oēs: At florētiæ secus oia. Accedit ad hāc difficultatem: qđ mihi paratæ sūt priuatæ quædā illoꝶ isidiæ: q uirū hic doctū neminē uellēt q̄ ipsi inter luscos oculatissimi uiderent̄. Itaq; oino hinc mihi alio tandē migrandū ē: si uelim & mihi & reb⁹ meis salubrit̄ eē cōsultū. Sed qm̄ tēporū ē habēda rō: nūc mihi uelificandū est ꝓ uentoꝶ flatib⁹. Quo fit: ut in ꝓximū quoq; annū hic futurus sim. Vis aūt pestilentiæ: qđ nosse uis: iā ꝑpe ois cō tabuit. Vale. Ex Florentia Kal'. Nouēbrib⁹. M. cccc. xxx.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

m Ouerūt mihi risum litteræ tuæ: qbus Macrobium atq; Dionē quos cōmodato accepas: repetēti rn̄de ris eos me tibi dedisse dono: quo tpe Cōstantinopoli sum ꝓfect⁹ ad regē Romanoꝶ Sigismundū. Et ita niteris oratorie mihi ꝓbare tuū cōmentū: ut nisi iuuenis admodū essem: me putare oblitū mei. At uereor: qm̄ senectutē attige

ris:ne ipse obliuiosus sis fact⁹:nā sunt q senectuti ībecillitatē memoriæ ascribāt. Ego em̄ memorit memini:cū essem trireme ꝑpe inscesurus:petijsse te:ut duos illos codices ad reditū usq; meū ex Pānonia tuæ fidei cōmēdarē: tutius em̄ eos apud te futuros:q̄ domi. Cum uero Cōstātinopolin reuertissem:tu aberas in Italia. Qđ si postea q̄ in Italiā redij:illos leri⁹ repeto:nolo ob id putes me eē oblitū mei. Quare te rogo:ut eos iure postliminij uti sinas. Qđ tū feceris:cū liberi ad me reuerterint. Vale. Ex Florentia pridie Idus Septembres. M.cccc.xxxj.

Franciscus Philelfus:Leonardo Iustiniano.sal.

c Vm memoria mecū repeto magnitudinē atq; crebritatē tuoꝶ erga me meritoꝶ: nō possū nō plane intelligere me chaꝶ tibi olim iucūdūq; fuisse. Esse aūt hoc tpe haud sane aīaduerto:adeo em̄ me suspensū & ancipitē usq; tenet tuarū intercapedo lraꝶ:dū nihil oīno rn̄des: ut animū a me tuū alienū quodāmodo factū existimē. Quæ mea calamitas si forte accidisset:id qđ minime oīm uelim: nullo neq; errato meo nec itē tuo accidisse certo scio:sed inuidoꝶ dūtaxat & obtrectatorū malignitatē ac pfidiā ī causa fuisse nō debeo nō existimare:nā ut inquit Sophocles. πρoσ Τoн ἔχoμθo φθoнo ἔπεί. Quare cū hi uiderent me tua singulari beniuolētia atq; charitate palā gloriari: & eā ducere perinde atq; cuiusdā fœlicitatis loco: nō potuerūt hoīes pditissimi ꝓ pestifero suo aī liuore nō uæhemētissime dolere. In idq; maxīe elaborarūt:q̄tū uideor uidere:ut σμίχρoσ ἐγώ μεγάλoυ σoύ χopίσ σφαλεpoμ πύρ γoύ ρύμα πέλωμε μεΐα γάρ σoυ μέλαλoυ βάίoσ αρί ΔέΔpώμ. Quæ quidē insidiæ inuidentiū quāta me sollicitudīe atq; molestia affecerint:potuisti ex alijs nōnullis superioribus nostris lr̄is liq̄do perspicere. Qđ aūt hoc tpe aliud ad te scribā:habeo nihil:nisi ut te rogē atq; obtester: ne obtrectatoribus & maliuolis aures patefacias: sed illum me & esse & ppetuo futurū erga te Philelfum arbitreris:q nulla unq; animi gratitudīe didicit a quoq; supari. Nā qualis in te semper fuerim: iāpridē & pspectū habes & cognitum. Vale. Ex Florentia nonis Ianuarijs. M.cccc.xxxj.

Franciſcus Philelfus: Ioanni Lamolæ: ſal.

n E aut te aut alios: quos huc diſcedi gratia uẽturos ſignificas: ancipites teneã: Ad ꝓximũ mẽſem Iulium maximo cũ toti⁹ hui⁹ ciuitatis cõſenſu ac ſtudio cõduct⁹ſum præmio aureũ trecenoꝝ quinq̨genoꝝ ĩ ſingl'os annos ꝑ toto triennio: cui⁹ quidẽ ſtatuti tp̄is initiũ ẽ quintodecimo kalendas nouẽbres. Qd' tp̄is curriculũ: faciat deus optim⁹: maxim⁹: ut cũ mĩma inuidoꝝ ĩ me moleſtia liceat ꝑcurrere. Vale. Ex Florentia Kal'. Auguſtis. M.cccc.xxxj.

Franciſcus Philelfus: Nicolao arcimboldo iureconſulto: ſal.

e X qua die te bononiæ primũ uidi: cũ legat⁹ præſtãtiſſimi Mediolanenſiũ ducis Philippi Mariæ illac iter faceres: tãta me tibi beniuolẽtia deuinxiſti: ut oĩa me tua cauſa facturũ libent' ultroq̨ receperim. Et tu itẽ contra mihi oĩa tua ſtudia: & officia es pollicit⁹. Itaq̨ tẽp⁹ obtulit: ut ipſe anteuertã: cũ anteuerti libẽti⁹ uellẽ: quippe qui honeſta in re õpa tua opeq̨ uti uelim. Qui meas tibi lr̃as reddidit: iuuenis eſt Seneſis Aeneas Siluius noĩe: honeſta natus familia: mihiq̨ chariſſimus: nõ ſolũ q̨ annos duos me⁹ auditor fuit: ſed etiã qd' ad ingenij acrimoniã dicendiq̨ lepore attinet: moribus eſt ut urbanis & cultis. Cupiditate aũt ductus uiſendi Mediolani: ad uos uenit. Quid ml'tis? Hominẽ tibi tanto ſtudio cõmendo: ut maiore nequeam. Quicquid in hunc uel officij uel opis cõtuleris: in meip̄m collatum exiſtimabo. Adhortationẽ autem illã tuam neq̨ ſum oblitus nec obliuiſcar quidẽ. Quin hac ipſa de re meus Aeneas iſte tecum uerbis meis quædam commẽtabit'. Vale. Ex Florentia nonis nouẽbribus. M.cccc.xxxj.

Franciſcus Philelfus: Antonio panhormite: ſal.

e Go mi Antoni mallẽ iſtic eẽ: ubi quietior mihi: ut exiſtimo: uita offerret': q̃ florẽtiæ: ubi oĩa ſũt tumultuaria: plenaq̨ inuidiæ. Ad qd' animi conſiliũ cũ multi me hortant': tum Guarinus noſter imprimis. Sunt mihi Mediolani amici nonnulli: ſed Guarnerius Caſtellio: & Nicolaus arcimboldus: & Aloyſius crottus omniũ primi. Cum iſtis igit' uelim: de re mea aliquid cõmẽteris: & qd' ip̄i hãc

in sententiã dixerint:ad me & q̃primũ & q̃diligentissime perferendũ cura. Nam si honesta mihi conditio fuerit oblata:eam non detrectabo. Vale. Ex Florẽtia.iij. idus Iulias M.cccc.xxxij.

Franciscus Philelfus:Nicolao Cardinali bononiensi:sal.

t Homas sarçanẽsis uir phuman⁹& erudit⁹ amplitudinis tuæ secretarius:pater clementissime:tuo nomine lr̃as ad me dedit: quib⁹ qđ mihi erat sole: ut aiũt:clari⁹:nõ amice min⁹q̃ eloquẽter ostẽdit:quãta sit tua erga me charitas: dein monuit:ut tibi significarẽ:q̃ me Florẽtia delectat. Præterea si qua ĩ re tua opa opeq; uti uelim: scriptorio calamo ne parcam. Te enim paratũ semp fore ut mihi benefacias. Et habeo tibi & ago ĩmortalis gratias pater humanissime:qđ ex qua die primũ Bononiæ me uidisti:ac tuã excepisti in clientelã:te mihi patronũ semp:te patrẽ:te beneficũ præstiteris:& id quidẽ nullis meis de te meritis:sed sola tua mansuetudine atq; benignitate. Imitatus tu sane eum:cuius crucẽ ꝓ signo geris:Christum optimũ:maximũ:qui ut cunctis mortalibus bñfaceret: sibijpsi nõ pepercerit. Nunc ad ea:quæ uerbis tuis mihi Thomas tuus scripsit:Et de florentia primũ. Quem Florẽtia minus delectarit:is certe nulla bonitate floret: Est em̃ eiusmodi urbs Florẽtia:cui tanq; pandoræ cuiq̃ dij omnes:ut ad poetas redeam:singuli bona singula dono dederint. Nihil em̃ huic urbi deest:qđ ad humanã accedat fœlicitatẽ. Cæterũ inter rosas etiã sunt spinæ:& in terra nihil ẽ tã ex omni pte perfectum:qđ non aliquid habeat qđ offendit. Equidem uniuersæ ciuitati sum charissimus: Meq; uiri omẽs boni ac præstantissimi ciues & colunt & faciũt plurimi. Nec ẽ mihi apud Florentinos optandũ quicq̃ qđ sperare nõ liceat. Vix primarij ipsi ciues in rebus etiã maximis plus hñt auctoritatis:q̃ ipse ego. Omẽs mihi gratificari student:obsequunt̃ omẽs. Nihil ab me neq; mea nec amicoꝝ causa frustra petit̃. Cæterũ quo magis ualeo apud Florentinos uel auctoritate uel gratia:eo magis mihi cauendũ est:ne quid magni mali inuidia mihi aliqñ pariat. Sunt enim aliqui fucati lr̃is:quos mea præsentia iccirco plurimũ turbat: quod

sperent: si ipse abessem: sese in maiore aliquo precio futu-
ros. Itaq; dignitati meæ clam semp insidiant̃. Qui & si mihi
nihil obesse possunt: metuendũ est tñ: Nã ingenia Floreti-
na acerrima sunt: & in oẽm partẽ strenua. Quid mltis? Ni-
si adhuc i ꝓximũ ãnũ publico docẽdi muneri essem obstri
ctus: operã darẽ oino: ut inuidiæ cederẽ: & in aliquẽ tutio
rẽ portũ ex huiusmõi fluctibus me reciperẽ. Nam quanq;
uniuersa me Florẽtina respu. & diligit plurimũ & facit ma
ximi: ea tñ est hoim natura: ut nõ min⁹ pauci atq; imbecil-
li nocere possint: q̃ uniuersa man⁹ potẽtiorũ ꝓdesse cuiq̃.
Miserentur sane oẽs: & permoleste ferũt: si cui bono uiro
inferat̃ iniuria: Succurrit aũt nemo. Nec id de ꝑegrinis so
lũ usu uenit: sed de ipsis etiã præstantiorib⁹ ciuib⁹. Sũt qui
sicarios parauerint: ꝑ quos Nicolaũ Guçanũ uirũ primariũ
in republica interimerent. Detectis insidijs: non mõ nullũ
de his suppliciũ sumptũ est qui sicarios instruxerunt: sed
tentatũ potius: ut Nicolaus ipse plecteret̃: qui & uir grauis
simus esset & in republica potentissimus. Nã sicarij ferun-
tur instructi a duobus soderinis fratrib⁹: Nicolao ac Tho
ma iuuenib⁹ prõptis & audacib⁹: quoꝝ pater fuerat: ut uul
go dicit̃: machinatore & auctore ipso Nicolao: publico iu-
dicio obtruncatus: qm̃ esset insimulatus inijsse cõsiliũ: ne-
scio qđ: aduersus rempu. Qui ergo ipse minus mihi metu-
endũ putẽ: q & iuuenis sim: & peregrinus: & nullarũ uiriũ:
cũ uideã uirũ tantis fræ̃tũ clientelis: tantis opibus: tantis fa
ctionibus in ultimũ prope periculũ adductũ: qm̃ aduersus
sontis causam ꝑsequeret̃. Nã alterius factionis princeps di
citur Cosm⁹ medices: uir ut scis Florẽtinoꝝ oim pecunio-
sissim⁹. Eoq; mihi res uidet̃ per mutua aioꝝ odia irritamẽ-
taq; ꝓcessisse: ut nobilissima hæc ciuitas nõ admodũ lõge
abesse possit in tantis ꝓcellis ac fluctib⁹ a tristi & miserabi
li naufragio. Accedit ad hanc mali suspitionẽ: ꝙ hi qui liuo
re me atq; odio insequunt̃: ipsis Cosmi utunt̃ ueluti patro
cinio. At Cosmus q̃q; uidet̃ amantissim⁹ mei: eiusmodi tñ
uirũ esse aiaduerto: q & simulet & dissimulet oia. Estq; usq;
adeo taciturn⁹: ut ne ab intimis qdẽ familiarib⁹ ac domesti-
cis quæat intelligi. At Laurẽtius huius frater: ingenio ẽ &

aperto & leui: cui Cosmus & si uir est grauissimus: tamẽ ut audio: nequaq̃ audet aduersari. Ego autẽ neutrã pendeo ĩ partẽ. Aeque oĩbus morẽ gero: Illudq̃ Ciceronis studiosissime tueor: non oportere pegrinũ in aliena republica esse curiosum. Cæterum qm̃ in naui obnoxia naufragio nemo potest tuto nauigare: ego hinc q̃ libentissime abfuerim. Duo in Italia loca sunt: quorũ alterutrũ nõ inuit⁹ optarẽ: Mediolanũ & Romana curia: siue em̃ apud pontificẽ maximũ: siue apud inclytũ ducẽ Philippũ mariã honestus mihi daretur locus: eũ nõ modo nõ reijcerẽ: sed cæteris oĩbus iucundissime præferrẽ atq̃ amplecterer. Tenes tu pater reuerẽdissime & studia mea oĩa & cõsiliũ & uolũtatẽ. Quautum mihi prodesse possis: nõ sum ignar⁹. Quãtum etiã uelis: iãpridẽ expert⁹ sum. Quæ cũ ita sint: clæmẽtiã tuã rogo etiã atq̃ etiã: oroq̃ ut huic meo desiderio cõsulas. Quicq̃d ipe de me statueris: indubitato psequar. Operãq̃ dabo: ut tua de me opinio te nunq̃ fallat. Nã neq̃ fidei unq̃ deero neq̃ industriæ neq̃ diligẽtiæ. Valeat q̃ diutissime integritas sanctimoniaq̃ tua pater clæmentissime: Tibiq̃ certo psuade me ita esse in potestate tua: ut omnia de me tibi pollicеri quæas. Ex Florentia. x. kal. Octobres. Anno a natali christiano. M.cccc.xxxij.

Franciscus Philelfus: Thome Sarçanensi: sal.

u T tuis me humanissimis monuisti litteris: scripsi ad reuerendissimũ cõem patrẽ Cardinalẽ tuũ: imo meũ: imo nostrũ: quæcũq̃ honeste tutoq̃ scribi a me poterant. Sed tecum loquar apertius: quæ tu pro nostra uetere summaq̃ amicitia itaq̃ accipies: tractabisq̃ ut magis in rẽ meam conductura iudicabis. Nemo Florentiæ fuit unq̃: ut publice oẽs prædicant: in quo uno ita: ut in me uniuersa ciuitas conquiesceret. Omnium in me oculi & sermones cõuersi sunt. Omnes me magniducunt. Omnes laudibus tollunt ad cælum. Nemo est neq̃ ex præstantioribus ciuib⁹ neq̃ ex ipsa plebe: qui non mihi gratificetur omnia. At ipse quo uideor beatior: eo mihi metuo magis. Quod ut mihi accidat: duo sunt in causa: tum ipsa inter se ciuium seditio: quæ & maxima est & periculosissima: ut ex meis ad

Cardinalem litteris potuisti intelligere: tum inita inuidorũ aduersus me cõiuratio. Nicolaũ Nicolũ nosti: hic loquacior est & leuior. At Carolus arretin⁹: ut est uersuto occultoq; ingenio & eo plane improbo: ita mihi clam maxime inimicus. Is apud medices plurimũ põt: Vereorq;: ne illos obtrectationibus suis & maledictis aduersus me exhulcerarit. Idq; ut credã: plurimæ sunt cõiecture. Quare mihi tutũ non est inter huiusmodi uersari insidias. Proinde Cardinalem hortare: ut q̃ celerrime potest: consulat reb⁹ meis. Tu rem paucis tenes. Vale. Ex Florentia kal. Octobres M.cccc.xxxj.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

q Vo in statu positæ sint res meæ: nõ est difficile iudicatu. Vniuersa hæc ciuitas factionib⁹ tumet: Nec diu abesse põt: quin pariat maximi quippiam mali. Præterea nosti: q̃ mihi aduersi sũt. Vbiq; gentiũ malim eẽ q̃ florẽtiæ. Vale. Ex Florẽtia. iij. Idus decẽbres. M.cccc.xxxij.

Franciscus Philelfus: Francisco barbaro: sal.

n Osti iamprideẽ: quanta mecũ familiaritate atq; beniuolentia iunctus est Antoni⁹ capanorensis. Qui quãq; sua ꝓbitate & innocẽtia tibi debeat esse charissim⁹: tñ ut mea etiã causa aliquid cumuli accedat ad pristinã tuã in eum benignitatem: te etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex florẽtia. iij. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxij.

Franciscus Philelfus: Ioanni aurispæ: sal.

m Ihi polluce meo uæhemẽter est opus: Itaq; rogo te ut eũ ad me ire q̃ primũ cures. Nã illum tibi tantisper usui dedi: donec abs te repeterẽ. Quare fac: ne secundum hac de re ad te scribã. Vale. Ex Florentia. iiij. kalẽ. Ianuarias. M.cccc.xxxij.

Franciscus Philelfus: Ambrosio monacho: sal.

l Itteræ mihi tuæ semp gratissimæ fuerũt: & in præsentia: q̃ antea longe gratiores. Indicant eñ dilucide: ab quibus mihi cauendum sit. Verum utar equidẽ more meo: ut & nemini noceam: & lacessitus iniuria me uirũ esse meminerim. Vale. Ex ædibus nostris Florentiæ. xiij. kal. Februarias. M.cccc.xxxiij.

Franciſcus Philelfus Thomæ ſarçanẽſi ſal.

p Lacuerunt: quæ ſcripſiſti mihi uerbis reuerẽdiſſimi cõiſq; patris Cardinalis. Nec aliud qcq̃ habeo: qd̕ reſpõdeã: q̃ maturato opus eſſe: Nã hic oĩa ſunt turbulenta: & mihi nequaq̃ tuta. Cauſam tibi iampridẽ ſignificaui. Cura igiť: ne fruſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale: & me clæmentiſſimo patri Cardinali & cõmẽdatũ & charũ reddito. Ex Florentia. xiij. Kal̕. Apriles. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philelfus: Karolo Arretino: ſal.

ſ Vnt nõnulli: qui me monuerint: ut mihi a te caueam. Moliri em̃ te mihi: neſcio qs inſidias: ut q eruditione & probitate nequeas: facinore mihi noceas. Sum equidẽ id miratus: qd̕ neq; deũ metues: nec hominũ famã: tanto ſceleri te obnoxiũ ſis facturus: præſertim cũ nullã habeas iuſtã aduerſus nos cauſam. Nõ em̃ mihi uitio dandũ eſt: ſi te doctior exiſtimor magiſq; diſertus: ſed ingenio ignauiæq; tuæ: q ſi ita lr̃is & bonarũ artiũ diſciplinæ operã dares: ut exercendo fœnori & flagitio: eſſes me fortaſſe multo ſuperior. Nam quod iactites ijs ancoris te munitũ ut nullos fluctus: nullos turbines ꝑtimeſcas: uidi ego perſæpe tantũ eſſe uentorum impetũ: ut nullæ ancoræ: nullũ robur: nulla alia munimina ſatis ſint: quæ ualidiſſimas etiã nauis tueantur: quo minus obruantur fluctuũ uorticibus: ac patiantur deniq; naufragium. Itaq; prudentius feceris ſi rationi malueris: q̃ perturbationi parere: quarũ altera excutit ex hominũ mentibus tenebras inſaniæ: perturbatio uero lucẽ ſapientiæ. Tu de me karole nihil habes: qd̕ iure quæas expoſtulare. Nã neq; publice: neq; priuatim nocui tibi unq̃. Quin ut ſcis: nonnunq̃ es a me pulcherrime laudatus: ul̕ tũ maxime: cũ a quibuſdam grauibꝰ integerrimiſq; uiris eſſem cõmonefactus te mihi moliri inſidias. Id em̃ iccirco ab me factũ ẽ: ut aliqñ te puderet tui: atq; reſipiſceres. Sed quantũ poſſum augurari: tanta eſt uis morbi quo inuidentia te excruciat: ut nullis neq; humanitatis neq; admonitiõis remedijs ad ſanitatem redeas. Me tñ nullæ tuæ mouebunt iniuriæ: quo minus ꝑgã ſil̕is eſſe mei. Vale: florẽtiæ ex ædibus nr̃is idibus Aprilibꝰ. M. cccc. xxxiij.

Franciscus Philelfus: Nicolao nicolo: sal.

E Go te Nicolae Nicole uel ex usq; Constantinopoli ex Chrysolora socero meo sapientissimo clarissimoq; uiro: quo esses ingenio: quib⁹ morib⁹: ad unguẽ didicerã. Cũq; postea i Italiã reuertissem: eadẽ ac etiã plura: tũ ex Guarino ueronensi: tũ ex Ioanne aurispa uiris prudentissimis & apprime eruditis audierã. Nec destiti tñ ea præstare oĩa: quib⁹ te mihi summa beniuolẽtia deuincirẽ. At nullis meis nec officijs nec meritis potui te aliũ reddere: q̃ esses & iam factus & diuturna consuetudine confirmatus: quippe qui tibi magnæ laudi ducas: si præstare id q̃ as: ut uiri omnes docti & boni tua opera & industria Florẽtia extrudant̃. Itaq; gloriaris & Chrysolorã Florẽtia esse a te expulsũ: & Guarinũ: & Aurispã ambos turpit̃ eiectos. Reliquũ esse Philelfum unũ: quẽ aut breui exulem facies: aut male afficies. Quid ista sibi tua uelit oratio: non intelligo. Non eñ eiusmodi sunt nerui tui: ut mihi quicq̃ possis incommodare. Nã qd̃ ad Florentiã attinet: ego mea spõte inuidiæ cedere institui: non minis tuis: qui nullarũ es uirium: nulliusq; auctoritatis uir: non metu potentioris cuiuspiã: cui⁹ opibus audaciaq; insanis: sed ut uiuam ipse mihi liber cũ musis. Vides tu sane: nisi penitus mentis luminib⁹ capt⁹ es: q̃ un⁹ Philelfus uniuersæ ciuitati char⁹ ẽ & piucũdus. Nihil neq; priuatim nec publice petit̃ a me frustra. Si lapides ipsi loqui possent: oẽs i meas laudes linguas soluerẽt. Mihi gratificant̃ oẽs: quæcũq; optarim: obsequũt̃ oẽs: inseruiũt oẽs. Quis uir bonus & grauis cuiq̃ aduerset̃ bñ ꝓ merito: ꝓmereriq; assiduissime studẽti? Velim mihi dicas qd̃ est erratũ aduersus te meũ? Nonne oĩb⁹ in reb⁹ tibi usq; morẽ gessi? Quid habes: qd̃ mihi des crimini? Nũ sinis te uirũ iã decrepitũ & rerũ hũanarũ callẽtissimũ seduci a uersuta maleficaq; uulpecula Carolo arretino? Nonne aĩaduertis aliqñ deprauatũ ꝑditissimi hoĩs corruptũq; igeniũ? An pateris eũ uti te ueluti instrumẽto quodã furoris sui? Resipisce: resipisce tãdẽ: Cõsidera ãnos tuos. Quãdiu nobiscũ futurus es? Qd̃ si nullũ putares fore diuini iudicis uel premium uel supplicium: hominum tamen de tua uita

atq; moribus existimatio tibi uerēda esset. Ego: qd' in me erit ut nunq; præstiti: ita tibi præstabo nunq: nō modo inimicitiarum: sed ne minimæ quidem uel simultatis ul' indignationis materiam. Vale. Florētiæ ex ædibus nostris idibus Aprilibus. M.cccc.xxxiij.

Francisc. Philelfus: Thomæ Senecæ: sal.

q Vod te mihi tam submisse per litteras commēdaris: tibiq; ut ignoscerē: petieris: minime opus erat. Nec enim te latet æquanimitas mea: & q; ferre pfacile consueui hominū iniurias: præsertim eorum qui suæ non sunt spontis. Ego idem ergo te sum futurus: quem es iampridē sæpenumero expertus: hoc est & humanus & liberalis. Quare quocunq; in officio mea opera uti uolueris: senties eam tibi nusq; defuturam. Tu si potes: aliquādo tecum habita: atq; resipisce. Vale. Ex Florentia. xv. kal'. Maias. M. cccc. xxxiij.

Franciscus Philelfus: Cincio Romano: apostolico Secretario: sal.

q Vam mihi spem iampridem in urbe Roma corā recepisti: ut eam mihi perducas ad finem: te etiam atq; etiam rogo. Nunq; mihi crede: intermorieť apud me officium tuum. Noui bonitatem animi tui: noui integritatem: benignitatem præsens expertus sum. Scio: non falles opinionem de te meam. Reliquū est: ut cœpta perficias. Vale. Ex florentia pridie kal'. maias. M. cccc. xxxiij.

Franciscus Philelfus: Cosmo medici: sal.

i Mpium illud esse hominū genus arbitror Cosme medices: quorum artibus atq; dolis labefactatur ac soluitur iucundissimum humanæ beniuolentiæ & amicitiæ uinculum. Nam si ex omibus animalibus homo ad societatem maxime natus est: quis illū nō putet ab omi naturæ instituto hūanitateq; alienū: q animorū charitate cōiunctos: qua sine societas eē nulla pōt dijūgere separareq; conatur? Cumprimū Florentiā ueni: nō expectasti tu tantis opib⁹; tāta amplitudine uir: ut te & iuuenis & peregrinus

& paucis admodũ cognitus adirem prius:ut par esse cẽse/
bam:idq3 facere instituerã:sed anteuertens pro tua singu/
lari modestia perbenigne me adijsti:nullũq3 prætermisisti
mun⁹neq3 optimi:neq3 beneficentissimi uiri. Ego item cõ/
tra:quicquid in me erat uel obseruantiæ uel studij : id om/
ne detuli tibi : Neq3 sum ulla ĩ re passus unq̃ desiderari abs
te officium meum. Id certe probãt cum alia permulta mei
erga te beniuolentissimi animi documenta: tũ plæraq3 scri
pta mea:quibus clarissimũ nomen tuũ immortalitati apud
posteros commendaui. Quod em̃ maius munus prodire ĩ
te potuerit:perseuerauit semper æquis:ut ita dixerim:lan/
cibus citro ultroq3 beniuolentia nostra: donec ob pestilen
tiæ uim : qua uniuersa hæc ciuitas cœperat laborare. Ve/
ronam tuendæ ualitudinis gratia cum tota familia cõcessi/
sti. Vtinã ea oĩs morbi contagio Florentiæ muris tanq̃ la/
byrintho quodam sese occlusisset:neq3 longius pestiferu3
uirus suum emisisset. Sed longe secus uidere uideor acci/
disse. Duo enim te sunt sequuti:quorũ anim⁹ om̃i est pesti
lentia pestilẽtior:Nicolaus Nicolus:& Carolus Arretin⁹.
Horum tu consuetudine usus:minus tibi cauens:ea es pe/
stiferi morbi contagione usq3adeo intercept⁹ : ut iam tuæ
spontis haud esse uidearis:sed ꝑinde atq3 in potestate po/
situs aliena:ea si minus facias:at assentiaris oĩa quæ assenta
tores leuissimi ac facinorosissimi nebulones uoluerũt. An
es oblitus Cosme medices:que mihi olim responderis an/
te tuã in urbẽ Veronã profectionem:quo tempore apud
te quererer & de Nicolao Nicolo & de Carolo Arretino:
ꝙ mihi clam detraherent:quod multa aduersus me confin
gerent:quod nihil aliud studerent : nihil molirentur accu/
ratius q̃ mihi incommodare atq3 nomẽ obscurare meum?
Ad ea tu sane leniter respondisti ac subridens:non oporte
re inquiẽs mirari me:nec ægreferre Nicolai Nicoli detra/
ctionem:eo enim esse hominem ingenio: ut neminem do
ctum uirum relinquat intactum mordacitate sua:quiq3 ne
soli quidem ipsi parceret:utpote qui & Manuelem Chry/
solaram sapientem & summũ illum uirũ barbam pedicu/
losam adhuc semꝑ nominet : & Ambrosium monachum:

cui magis affectus est: q̃ propriæ animæ: attonitum ꝑ cõtumeliam uocet: In Leonardũ autem Arretinum qualem se præstiterit: ipsius Leonardi in eũ inuectiua testimonio ẽ. Quid eñ cõmemorẽ aut Guarinum aut Poggium aut Aurispam: quos quotidie maledictis insequit᷑: Quo quis doctior est aut eloquentior aut eruditior aut melior uir: eo magis Nicolai conuitijs & opprobrijs est obnoxi⁹. Quare tibi subdidisti: nõ modo nõ est dolendũ: sed lætandũ potius: ꝙ in Nicolai maledicentiam incideris. Nam quãto is te magis uituperabit: tãto apud grauis illustrisq; uiros laudabilior sis futurus. De Carolo aũt qđ expostulas: nollem tibi materiam expostulandi datam: idq; magis eius q̃ tua causa. Nam ut tibi ille nihil obesse possit: cum nullam in ciuitate auctoritatem habeat: ita sibi plurimum nocuerit: si Nicolai uestigia imitabitur. Hæc tu mecum familiariter & ꝑhumane locutus es: Meq; es hortatus: ut omni in re & te & tuis rebus omnibusq; non secus atq; meis uterer. Te eñi omni in re semper affuturũ mihi. Id quod tu certe facere nũq̃ destitisti: ante eam scilicet: quã modo dicebam: Veronensem profectionem. Te uero absente ab urbe: sum omnia in republica: quæ uolui & facile & honorifice consecut⁹. Vbi autem florẽtiã reuertisti: ĳdẽ Nicolaus & Carolus maiore quadã audacia aduersus me agere sunt aggressi. Nam tuorum & clientium & necessariorum muniti factione: tantũ efficere potuerunt: ut publica doctorũ omniũ salaria diminuerent: opinati ĳ sane: si mihi quoq; ex publica mercede subtraheretur: fore: ut ipse necessario cogerer abire Florẽtia: ut qui sine magno salario uir: qui parcere pecuniæ nũq̃ didicerim: Florentiæ pro dignitate uiuere nullo pacto possem. At hic uidere tu Cosme perspicue potuisti: q̃ uniuersa ciuitas me diligeret. Diminutionem illam constitutæ pecuniæ doctores oẽs tuorũ opera assensi sunt: siue id arte seu uero fuerit factũ: Solus ipse rei indignitatẽ nõ admisi. Qui mihi incõmodasse arbitrabantur: læti atq; exultantes per urbẽ ferebant᷑. Putabant hoĩes stultissimi uoto se potitos: nesciẽtes eẽ uirtutẽ deniq; apud oẽs uenerabilẽ: & eã esse uim eloquentiæ: quæ in liberis ciuitatibus plurimum

ſemper ualeat. Nõdũ ſecundus præterierat menſis: exquo per dominos & collegia: quæ uocatis doctoribus præmia fuerant diminuta: cum ipſe ueni in ſenatũ: ubi cũ ꝓ re mea orationem habuiſſem: & moderatam & ſimplicem: conſurrexere nonnulli familiares: & amici tui: & quidam etiã ſanguine coniuncti: in quibus erat Iulianus medices: Auerardi patruelis tui filius. Hi ſane oẽs aperto Marte cõtra poſtulata mea perorarunt: quantũ potuerunt acrius magiſq; appoſitæ. Tum ego coactus ea neceſſitate: quam mihi res atq; ratio afferebat: nulla itẽ circũitione uſus: ita egi cauſã meam: ut non modo qui erant pro repu. & decoro: ſed tui etiam fere omnes pro me occlta ſuffragia reddiderint. Nã cum omnes in eo ordine ſint ſeptem ac triginta in reddendis ſuffragiis: ꝓ mea cauſa fabæ nigræ trigintaquattuor ſũt repertæ. Qui quidem bene ſentientiũ animus ac fauor & ſi mihi fuit honorificus: cauſam tamẽ præſtitit inimicis: ut ſe magis ad nocendũ excitarent. Non multo enim poſtea ambiendo: rogando: querendo: incuſando: monendo: adhortando: per omne humillimæ ſubmiſſionis munus tantũ ſibi apud tuos ſtudium uendicarũt: ut ſimulatiõe utilitatis publicæ uiri quattuor: ut ſcis: declarati fuerint: quibus præcipuum ius eſt permiſſum ad moderandã publicam omnẽ impenſam. Ii uero omniũ primũ ſalaria quæq; litteraturæ & diſciplinæ: ut rem inutilem & indignã omnino abrogarũt: cum dicerent non eſſe tempus diſcendi: ſed belli gerendi. Quæ quidẽ res &ſi omnibus bonis ciuib⁹ uiſa eſt indigna: tamẽ quia aiaduerterent: eam ꝓbari atq; laudari a tuis omnibus: quieſcebant etiã ipſi: ne in tuẽda reipu. dignitate aliquid paterent̃ indignũ. Solus hic Philelfus in tam florẽti: tam magnifica urbe inuentus eſt: qui cauſam nõ publicam min⁹ q̃ priuatã ac ſuã & ſtrenue amplecteret̃ & fortit̃: Nã ꝓuocatione uſus ad ſapiẽtes ciuitatis: qui uocant̃: abrogatio ea omnis ſapiẽtibus ipſis pro uſitata a priſcis uſq; annis conſuetudine demãdat̃ publico decreto. At ii: ut erant uiri grauiſſimi atq; optimi: re mature & q̃ diligẽtiſſime cognita: q; quattuor illi uiri de impenſa ſtudii litterar̃ diſciplinarumq; liberaliũ abrogarãt: uanũ eſſe atq; fatuũ decernẽtes:

non me solũ qui prouocaram: sed etiam reliquos doctores omnis pristinæ dignitati atq; emolumentis cum ingenti totius ciuitatis lætitia ac plausu restituerunt. Tum inuidẽtiũ animi ardentioribus irarum ignibus inflammati: non clam ut antea: sed palam & tanq; aperto Marte in aciem prodeuntes dictitare minitariq; cœperũt: non oportere posthac uti magistratuum adminiculis aut alicuius obtẽtu iuris: sed armis potius & cruore: cum subderẽt: turpe esse principẽ ciuitatis ab homine peregrino totiens superari. Ad quem uocant illi principem ciuitatis Cosme medices? Si te unũ illi non uocant: quem alium possint: intelligo neminem. Nam & uiri nobiles cæteri semper mihi fauerunt ac fauẽt: & populus uniuersus me plurimum diligit. Tui uero: si p̱ te licuerit: non modo mihi non sint aduersi: sed maxime omnium propitij: id quod ex oculis suffragijs quandoq; patuit. Quod ferrum autem cruoremq; minẽtur: nulla ratione adduci possum: ut credam te passurum: ut quisq; potentia tua frætus tantum scelus: tantum facinus audeat machinari. Nam sine consensu tuo pugna sit aquilæ a graculis inferenda. Non enim istos pluris facturus sim: q; pygmæos Hercules. Ad hæc uelim tecum animo uolutes: quid in Nicolao & Carolo præcipuum uides: quapropter abs te mihi præferendi sunt. Num ingenium? num doctrina? num eloquentia? nũ morum elegãtia? num uitæ integritas? Quod si non ita frequento ædis tuas: ut isti quotidie faciunt: id occupationibus meis dato. Scis enim publico docendi muneri satis me facere oportere. Præterea pudor uitæ parasitum me esse non sinit. Non blandiri: non adulari: non assentari unq; didici. Si quid me uelis facere tua causa: modo me feceris de tua uoluntate certiorem: factum puta. Nihil profecto frustra iusseris. Et prius q; uenissem Florẽtiam: diligebam te plurimum. Et Florentiam posteaq; ueni in hãc usq; diem: nullum prætermisi unq; officium amoris summi erga te mei. Itaq; rogo te atq; obsecro: ne patiaris cuiusq; inuidentiam plus apud te ualere: q; meam in te & fidem & obseruantiã. Vale. Florentiæ ex ædibus nostris kal. Maijs M.cccc.xxxiij.

Franciſcus Philelfus: Ambroſio monacho: ſal.

d E re mea te multũ habuiſſe ſermonẽ cũ uiro clariſſimo Coſmo medice: & eũ de me amiciſſime ſentire uæhemẽter gaudeo: præſertim cũ tibi ut ſcribis: ſãctiſſime receperit mihi nõ mõ nõ eẽ formidãdũ mali qcq̃: ſed ne cauendũ quidẽ. Non eni poterã nõ ſubuereri: ne qd aduerſus me inſidiarũ inſtrueret. Verũ miror: quid Laurẽtius coſmi frater: quotiens in me incidit: ſemp obliquat faciem: ſalutatuſq; a me: reſpõdet oĩno nihil. Sed qm̃ Coſmi fide debet mihi certius eẽ nihil: aliorũ mores ferã æquo aĩo. De Diogenis aũt laertij uerſib⁹ qđ perurbane expoſtulas: ne mihi ſuccenſeas: rogo. Nam ptim occupationibus meiſ: partim animi moleſtia ob cõtinuas inuidorũ in me inſidias factũ ẽ: ut uerſus illos latinos facere: ut iuſſeras: diſtulerim in hanc diẽ. Sed gerã pfecto more uolũtati tuæ: idq; prope diẽ. Diodorũ ſiculũ ad te dedi. Vale. Florẽtiæ ex ædib⁹ noſtris. vj. nonas Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciſcus Philelfus: Bornio ſalæ iureconſulto: ſal.

e T te & uniuerſam familiã tuã: imo noſtrã ualere pbelle: libẽter accipio: atq; deũ oro: ut ita q̃diutiſſime habeas. De me aũt qđ ſcire cupis: in freto nauigo ſiculo: inter ancipites æſtuãtiſq; pcellas & turbulentiſſimos fluct⁹. Exiſtimarã Bononiã ſolã ciuilib⁹ factiõib⁹ diſſidere: ſed Florẽtia lõge magis diſcordijs ac ſeditiõibus feruet. Vtinã huc aut ueniſſem nunq̃: aut abire liceret pro dignitate. Sed neutrũ mihi integrũ eſſe uideo. Nũcius mihi fuit ĩpedimẽto: quo min⁹ tibi potuerim oĩa explicare. Ignoſce: ac Vale. Ex Florẽtia. v. nonas Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciſcus Philelfus: Franciſco barbaro: ſal.

a Ccepiſſe te mihi nõ cõmode eẽ florẽtiæ: ita ẽ ſane ut accepiſti: Idq; qđ recte auguraris: nulla mea culpa. Ad uos aũt redire nõdũ mihi eſt integrũ. Cum licebit: te faciã meis litteris certiorẽ. Nã totũ hunc annũ id qđ pmoleſte fero: obſtrict⁹ ſũ reipu. florẽtiæ. Occupatiões meæ faciũt: ut tecũ hoc tpe longior eſſe nequeã. Vale. Ex florentia. v. nonas Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciſcus Philelfus: Leonardo Iuſtiniano: ſal.

I Audari abs te uiro amicissimo eodēq; & sapiētissimo & optimo cōsiliū meū qd' me tādē ex urbe Florētia tanq; ex officina sicariorum eripuerim nō debeo nō lætari. Ac feci id sane tēpestiue: Nam si ad reditum Cosmi medices in tanta gladio℞ ipunitate continuissē me Florentiæ: actū eēt & de musis & de Philelso. Si enim qua tēpestate minus uiriū habeat Cosmus: impune sicarius est paratus qui me trucidaret: quid factū tū foret: quo tempore eiectis oībus uiris optimatibus: omne ius reipublicæ ad unū Cosmū delatū est. Sum autē nūc Senæ inter humanos atq; bonos uiros: Apud quos mihi conditio pro temporū fortuna satis honesta est. Soluunt̄ em̄ mihi quotannis ex ære publico aurei qūquageni ac treceni: Quadringēti quīquaginta in hunc annum mihi Florentiæ fuerant constituti: Sed malo minorem pecuniā quiete & sine uitæ discrimine: q̄ multo maiorem inter gladios & uenena. Væ urbi illi quæ tāto amplissimo℞ ciuium splendore orbata est. Quod aūt me hortaris: ut ad uos me recipiam: consiliū de me tuū & probo & laudo: id qd' etiā sequar: cū honeste fieri a me poterit. Nunc em̄ haud licet: Nam bienniū Senēsibus sum obstrictus. Vale. Ex Sena pridie kal. Februarias. Anno a christi natali. M.cccc.xxxv.

Franciscus Phielfus: Leonardo arretino: sal.

I Apus Castelliunculus auditor & familiaris me⁹ renunciauit mihi tuo noīe abitionem istinc meam & permoleste tulisse te: quoniam priuatus esses iucūdissima nostra cōsuetudine: Et rursus probare: quia istic eē nō possem sine certissimo uitæ periculo: adeo quosdā aīaduerteras īuidiæ flāmis aduersus me indies magis magisq; æstuare. Vtrūq; certe qd' mihi significasti: præ se fert pspicuum argumentū singularis tuæ beniuolentiæ erga me. At ego sane mi Leonarde: quāq; libenter agebam florētiæ: cū ob alias plærasq; causas: tum etiā propter te eruditissimū & optimū uirū: tn̄ eo magis æquo aīo florētia careo: quod inter istos flores mltæ uiperæ delitescūt: & eæ quidem uenenosæ ac pestiferæ. Nec enim te latet: quanta moderatione animi: quanta etiam patientia semper tulerim inimicorum

insidias. Itaq; ne semper impendenti naufragio subiacerē: ex istis quotidianis & turbulentissimis fluctibus in ꝓximā Senæ urbis statione hanc me recepi: ubi tādiu futurus sum donec aliquis secundior flatus in tutiorē portū aliquē me cōuexerit. Nam ne hic quidē satis tuto me agere posse uideo: propter istorū propinquitatē: quibus uitā meam odio esse aīaduerto. Sed hac de re satis. Tu uelim me facias certiorem de omni tuo statu. Vale. Ex Sena. iiij. idus Apriles. M.cccc.xxxvj.

Franciscus Philelfus: Alberto Zancario: sal.

T recte quidē tu mi Alberte & peramice facis: qđ de me nunq; desinis aliquid cogitare & agere: qđ honorificū mihi & fructuosum sit. Conditio: quam mihi ꝓponis noīe tuæ florētissimæ reipublicæ: talis est: ut eā nō modo nō improbē: sed & probē potius & laudē. Cæterū breui respōdebo tibi. Vale. Ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvj.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: sal.

llentiū tuū tam diuturnū tanq; inusitatū suspitionē mihi affert: nescio quā. Itaq; si tibi bn̄ est: ut & opto & uolo: scribe ad me q̄primum: quo tecū una gaudeam. Sin secus est: id quod minime omnium uelim: scribe etiam mihi: quo tibi cōsilio saltem ꝓdesse possim. Vale. Ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvj.

Franciscus Philelfus: Ioanni francisco gallinæ: sal.

Vm supioribus diebus splēdidissimus eques auratus Petrus Michael Senensiū legatꝰ istinc Senam reuertisset: Barnabas humanꝰ ac modestus iuuenis qui cū illo Mediolanū petierat: mihi uerbis tuis renunciauit: bono ut essem aīo ac fiducia. Fore enim: ut ad paucissimos usq; dies tua & hūanitate & opa: qđ maxime semper cōcupierā atq; exoptarā: tandē assequerer. Pergratū em̄ eē desideriū studiūq; meū magnanimo isti inuictissimoq; principi. Fuit profecto mihi huiusmodi nuncius iucundissimꝰ. Expectaui igit̄ cōplusculos dies: rursusq; expectarem si uel per inimicorum florentinorumq; insidias uel per calamitates temporum liceret. Sed uides tu: quanta arte quibusq;

conatibus hi pditissimi & facinorosissimi homines:qui flo/
rentiæ tyrannida nūc gerūt:cū aliјs uiris optimatibus ꝓscri
ptis omnibus:tū mihi imprimis uitā eripere moliunt̃.Qđ
eo facilius sibi factu fore arbitrant̃:quo propter loci ꝓpin/
quitatē me oportuniorē habent in quē desæuiant. Mouet
me secūdo loco nō minus aeris inclæmētia:quæ indies ma/
gis atq; magis cū multorū pernicie & interitu increbrescit
incrudescitq;.Fuerit igitur humanitatis tuæ: ut quod mihi
iampridem hac iter faciēs coram receperas:nuperq; uel ni
xius confirmasti:iam tandem persoluas.Nam quanq; mu/
nificentissimus iste princeps ꝙplurimis abundat & prudē
tibus & eruditis uiris:tamen fideli & innocenti deesse ne/
mini potest apud eum locus.Atqui si is unus essem qui ꝓ
uolūtate iter capere atq; expedire possem: aduolassem ad
uos iampridem. Sed quæ aliјs uoluptatem afferre consue/
uit:familia mihi hoc tempore sollicitudini est. Nam neq;
hanc deserere debeo:neq; mecum sine certa spe possū ad/
ducere.At ne dubitem quidem:si quid accuratius elabora/
ris futurum:ut & ꝙprimum & recte huic meæ piētissimæ
uoluntati tuo beneficio mos geratur.Id autē æque te uelle
pro tua humanitate ac posse exploratissimum habeo.Pro/
inde reliquum est:ut curriculo transigas:omninoq; cōficias
quod cœpisti.Hac una re me tibi summo & ímortali mune
re deuinxeris:& animū in te meū non ingratum experie/
re.Pudet me profecto hac de re pluribus ad te scribere: ne
de tua uel beniuolentia in me uel beneficentia erga om̃es
diffidere uidear.Sed quæ me urgēt:intelligis.Rogo te eti
am atq; etiam:ut quicquid in me officiј collaturus es:es au/
tem plurimū:breui id conferas & cūprimū facultas datur.
Facultatem uero non minus cōsilium & industria ꝙ aut tē/
pus offerat aut locus.Et hac de re satis.Erit cum hisce litte/
ris satyrica quædam exhortatio uersibus a me scripta ad in
clytum istum principem pro Genuensibus & exulibus Flo
rentinis.Hanc uelim:cures is aut intelligat aut saltem uide
at.Nec enim dubito: quam uiderit:daturum etiam operā
ut intelligat. Vale.Ex Sena idibus Aprilibus.Anno a Chri
sti natali die.M.cccc.xxxvj.

Franciſcus Philelfus: Antonio panhormitæ: ſal.

t Erentiũ: quē eſſe apud me uoluiſti: illi ad te dedi cui tu ꝑ litteras dari iuſſeras. Lucreti⁹: quē tantopē flagitas: ſi me⁹ eēt: cõtinuo ad te iret. Sed de re aliena irreqſito dño: nihil mihi agendũ exiſtimo. At nõ requiſiui modo: uerũetiã rogaui: atq; oraui dominũ ei⁹ Codicis ut ſineret me in re ſua liberalē eſſe: Saxei eſt capitis ac plane inexorabilis. Nullo pacto induci pōt: ut Neapolin Lucretius nauiget: ueritus: ne qui ob poculũ amatoriũ furuerit: rurſus ſirenis parthenopes ueneficio interceptus: inſaniat. Vale. Ex Sena. iij. idus Octobres. M.cccc.xxxvj.

Franciſcus Philelfus: Petro perleoni: ſal. dicit.

q Vas unas dediſti ad me litteras: eo iucundius lectitaui: quo diutius eas deſideraram. Et ut quæ tibi ſecus ac uolueras: acciderũt: mœrore me affecerũt: ita quæ ex ſētētia cõtigerũt: mirificã mihi uoluptatē attulere. De⁹ tibi cœpta indies magis magiſq; ſecũdet. Tũ interim facito: ne tibi ipſe defuiſſe uideare. Dicteria Plutarchi ad Traianũ Cæſarem: quæ in latinũ uertimus: propediē dabo ad Ioannē Corneliũ hominē clariſſimũ. Et cũ his orationē quoq; & acrem & longiuſculã mittã ad te: & quidem talem qualem nõ poggius modo: ſed Coſmus etiã ipſe medices multo magis doliturus ſit. Nũc uero ad id quod petis: Cupis tu quidē a nobis ſcire: an lachryma aſpirationem admittit. Reuocas nos ad grãmaticos. Mos tibi tñ gerendus eſt. Si uim naturæ rõneq; attendim⁹: nulla conſonans in latinis dictionib⁹ aſpirat. Fecit tñ doctiſſimorũ hominũ cõſuetudo: idq; iãpridem: ut quorũdã uerborũ cõſonãtes aſpiratiõnē reciperent: ut inchoare: pulchrũ: ſepulchrũ: lachryma. Et id ſane ob eã rē factũ exiſtimo: quo eiuſmodi conſonãs uæhemẽtius ſonet. Tam&ſi inchoare ſi a chaos deſcēdit: id qđ nõ ab re dictũ a quibuſdã puto: ab ſua ipſius origine aſpirationē ſeruat. Quod autem mones dictitare iſtic quoſdam: nõ lachryma eſſe apud. A. Gellium: ſed latrina: & ita quodã in codice legiſſe te. Profecto codex iſte latrinarius quiſpiam eſt: Nam hi omnes quotquot in tuſcia ſunt Gellij codices: habent lachryma non latrina: qui & emēdatiſſimi

sunt:& istorũ omniũ:ut ita dixerim:parẽtes.Præterea duo me ad hãc rẽ plurimũ mouẽt:qđ & Romæ in quodam ue-tustissimo monumẽto:& in illo meo:quem nosti:de natura deorũ antiquissimo Ciceronis codice lachryma & cũ aspi-ratiõe & per.y.tenue scriptũ aduerti.Quo fit:ut etiam græcũ esse nomẽ:hoc ẽ a græco ductũ:qđ illi Δάχρυομ uocant nequaq̃ dubitẽ.Quod aũt.d.in.l.mutata sit:nihil est quod miremur.Nã &.l.in.d.& rursum.d.in.l.plærũq; mutari in-uicem cõsuerunt.Quippe & μελέταμ meditari dicimus: & allido pro adlido.& mediusfidius pro eo qđ ẽ p Iouis fi-lium.Videmusq; apud uetussimos latini eloquij auctores nõnunq̃ lachruma pro lachryma usurpari.Nec id ea ratio-ne:qua optumus & maxumus:pro optimus & maximus di citur:sed potius ut fuga p φύγά.tu pro τύ.mus pro μιο. sus pro σιο.thus pro θίο.& id quidẽ doriensiũ more: qui pro.y.proferre.u.cõsueuerunt:q̃uis placuerit & Varroni & Prisciano nomẽ hoc non a græco:sed a latino uerbo qđ tũdo est deriuari:cupientib⁹ ijs quidem:ut existimo: blan-dius hac uia latinis uti:quibus admodum gratificari uolue runt:quasi nostris etiã armis ius nostrũ tueri possimus. Si-quis autẽ mireẽ quur lachryma aspireẽ:cũ Δάχρυόμ sit in-aspiratũ:repetat memoria ipse secũ etiã άγχύρά χάί τόρ πάιομ χάί πύθιοσ apđ græcos non aspirari.At anchora: & trophæum:& phythius apud nos uulgo aspirãt. Idemq; & in horchus:& in lurcho intueri licet.ορχοσ enim nunq̃ aspirant græci:nec itidẽ λάρχοσ:qđ ẽ cophini genus: un-de lurcho deductũ est.Fit id inquã sæpe:ut ualentius sonet dictio.Nec in cõsonantib⁹ solũ:sed in uocalib⁹ quoq; inue-nias idem obseruatum.Sic mihi dictũ ẽ:sic ahenũ:sic hallu cinari:sic honus: sic honustus: quod tñ pmulti uolũt nõ ab onus:sed ab honos descendere:sic helluo & helluari:quod ab edo manat:sic uæhemens qđ ex uæ & mens cõponi ar-bitror: tam&si uæhemens eo quidã dictum uelint:quo ue-hatur eminẽtius.Permultaq; huiusmodi inueniri licet:qui-bus eruditissimorũ usus:qui ipse rationem facit: aspiratio-nem suo quodam iure addiderit.Itaq; nõ est mirandũ tra-here & uehere aspirari.Fit eñ non solũ differentiæ causa:

ut quibuſdã uidet̃:ſed etiã magis ut augmẽto ſpiritus ſonã tius ꝑferant̃:ſicuti etiam in prehẽdo:uæhemẽs: aha: uaha: ohe:& in ſimilibus patet. Nã cohors a cohortãdo dicitur: nihilum uero ex ni & hilum compoſitũ eſt. Sed de his hactenus. Qđ de ſtatu noſtro certior fieri cupis. Nos hic ualemus recte: & cõmode: Sane & honeſtiſſime agimus. Id unũ eſt: quod uirtutẽ ocioſam eſſe nõ ſinat: Quotidie puccini homines impuriſſimi per ueneficos ac ſicarios uitæ noſtræ inſidias tendũt. Ego autẽ nõ modo intrepide me conſtanterqꝫ defendo:ſed omni etiam cura & induſtria molior efficioqꝫ:ut ꝑmagno ipſi detrimẽto ꝑnicieqꝫ premantur:ac extremo conficiant̃ exitio. Id quod breui diuina benignitate futurũ ſuſpicor. Qua in re illud eſt:quod me unice perturbet: Venetos iuſtiſſimos ſanctiſſimoſqꝫ uiros quib⁹ omnia iure debeo:puccinorũ ſocios appellari:ſiqua fortaſſe rationi & cõſtãtiæ cũ temeritate & furore:ſi fidei cũ perfidia: ſi pietati cũ ſcelere eſſe ſocietas ulla poſſit. Vale. Ex Sena idibus ſextilibus. M.cccc.xxxvij.

Franciſcus Philelfus: Leonardo iuſtiniano: ſal.

n Eſcio quo tandẽ iure te adeo offirmaris: ut contra omne uel amicitiæ uel humanitatis ius meos mihi libros ac ueſtis nõ reſtituas. Tuæ eñ iuſticiæ fuerat qui te iuſtinianũ cognomines:ut quæ apud te depoſueram tuæqꝫ fidei cõmendaram:mihi pro tua fide tuaqꝫ innocentia reſtitueres. Quare te & hortor & moneo: ne me diuti⁹ uana ſpe ludas:ne iniuria me afficias:ne me ueteris amicitiæ noſtræ obliuiſci cogas. Vale. Ex Seua idibus ſextilib⁹. M.cccc.xxxvij.

Franciſcus Philelfus: Lapo florentino: ſal.

p Etis a nobis:q apud Homerũ uerſus ille intelligat̃: quo Agamemnon ueluti cõuitio a Calchante acerbius laceſſitus reſpõdet βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Dicis enim Ambroſium monachum ita interpretatũ: Volo ego populũ ſaluum eſſe: aut populum perire. Et inepta hæc ſane interpretatio eſt & falſa. Subdis Carolum codrum interpretatum aliter: quippe qui ab Ambroſio diſſentiẽs ita expoſuerit: Volo ego populũ ſaluum

esse:aut meipsum perire. Et inepte is rursus & praue. Errat autem uterque. Ac ne id quidem mirum: Non enim ii sunt qui græcæ orationis significationem: proprietatem: differentiam: elegantiam teneant. Et ut reliqua omittam: is omnis error est inde: quod illius dictionis ἤ significata nō norūt. Significat enim uel: significat an: & hæc quidem uulgo. Significat item quam: pro ut eo in comparatiuis aduerbiis utimur: & quemadmodum apud nos quam significat interdum & nō: sic etiam hoc loco ἢ cum tenui spiritu & accentu graui significat: & non. Respondet enim Agamemnon uelle se populi salutem & non perniciem atque interitum. Quod quidem si minus Philelfi auctoritati stare decreueris: & apud Aristarchum: & apud Aristotelen & apud Porphyrium commentatores in Iliada eosdemque diligentissimos doctissimosque uiros perdiscere plane queas. Quæris secundo loco: an ἀεὶ aliud quam semper significet: Nam eosdem Ambrosium & Carolum affirmare eam dictionē aliud prorsus nihil quam semper significare. At inuenisse te plærunque apud Thucydidem eandem ipsam dictionem ἀεί: quæ eiusmodi significatum recipere nullo modo possit. Recte tu quidem dubitas: Significat enim non solum semper: sed quandoque diu: ut Homerus. ἔχων χότον ἐμμεμαὼς ἀεί. Et Sophocles ἐλελοίποτα χειμὸν τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξέπιστασο: hoc est diuturnam senectutem: diuturnam uitam. Quandoque autem significat usque unde. Thucydides in procemio οὕτως μὲν οὖν μοι δεῦρ ἀεὶ τεῖμεῖλογοίσ. Quas equidem easdem significationes inuenias usque apud nos habere. Vale. Ex Sena pridie nonas Septēbres. M.cccc.xxxvii.

Franciscus Philelfus: Ambrosio monacho: salutem.

Redditæ mihi sunt litteræ tuæ: quas uidi libenter & legi libentissime. Quod autem significas meas ad Lapum litteras Florentiæ interceptas: incidisse in manus tuas: & in iis lectitasse te meam in exponendis dictionibus quibusdam græcis sententiam: quam minime

reprehendas:sed meum in te conuitium ægerrime tulisse. Fateor litteras a me scriptas:& eas dictiões expositas. Qd' autē cõuitiũ putas:cauillũ fuit:quo propterea sum usus:ut aĩaduerterē:ꝙ æquo aĩo laturus esses:qd' uel iure ac uero dici mordaciꝰ in re posset. Non igiť uitio des si ego summis iniurijs & cõtumelijs lacessitus:familiaribꝰ istis tuis & orationibꝰ & satyris par pari:ut diciť:retulerim. Qd' aũt polliceris te meũ & esse & fore:gaudeo. Nulla in re desiderabis officiũ meũ. De Cosmi medices in me aĩo nihil ē:qd' minus credam:Nam ꝙ me sit exosus:iãpridem expꝰtus sum. Istius in me beniuolẽtiã Philippus sicarius declarat. Itaqꝫ de recõciliãda gratia mihi posthac uerbũ nullũ facito. Scis ipse ueneniſqꝫ utatur:Ego aũt ingenio & calamo. Vale. Ex Sena kal. Octobribus. M.cccc.xxxvij.

Franciscus Philelfus:Ambrosio monacho:sal.d.p.

p Aucis respõdebo tuæ ꝓlixiori epistolæ. Ego amicitiã Cosmi medices nolo:inimicitias cõteno:Nã & infensi animi simulatã beniuolẽtia nihil est ꝑnitiosius:& ego ita prudẽtiæ armis muniui me:ut nll'as insidias ꝑtimescã. Vale. Ex Sena. v. idus Decẽbres. M. cccc. xxxvij.

Franciscus Philelfus:Mediolanẽsiũ ac ligurum principi Philippo mariæ:anglo:Sal.d.p.

f Vnt qui Alexandrũ regẽ Macedoniæ magnũ illũ eo magis laudandũ censeant: quod alium neminẽ neqꝫ uiderint nec audierint nec legerint:quem ulla cum illo liberalitatis ac munificentiæ uel magnitudine uel splendore comparandum esse arbitrenť. Et profecto nulla omnino alia uirtus est:quæ magis summis uiris singularem hominum beniuolẽtiam paret ac seruet:ꝙ oportuna quædam & eximia benificẽtia. Quod quidem propterea fieri existimo:quia tanta sit præstantis huius diuinæqꝫ uirtutis raritas:ut uix tandem rariores phœnices putem:si quis tãdem phœnix esse possit. Atqui quãto aliqd in bonis rarius sit:tãto est pulchriꝰ:tanto admirabilius:tanto chariꝰ. Cogitanti igiť de te mihi & immortalis tuas iauditasqꝫ uirtutes aĩo uolutãti:nõ solũ Alexander ille oĩm litteris atqꝫ sermonibꝰ celebratꝰ plane absolere: sed oĩs etiã humani generis

memoria: ois ætas uidet indigna:quæ cũ ulli⁹ tecũ excellẽtiæ laudibus conferat. Vt enim reliquas uirtutes tuas quæ multiplices ſane & obſtupendæ ſunt:omnes: in præſentia omittã:quantũ hac iſta illuſtri:munificẽtiſſimi regaliſq; animi tui præclaraq; uirtute mortalis cæteros ſuperes atq; longiſſime anteeas: ſatis ſuperq; teſtant inclyti Aragonum reges: & tot præterea ac tanti illi & ex utraq; Hiſpania & ex Italia & e Sicilia prĩcipes inuictiſſimiq; duces:quos ad Caietam nuper una fœlici illa & maritimi & terreſtris prœlij formidabiliq; uictoria in triũphũ egeras: imo cum in triũphum agere nõ ſecus poſſes q; deberes:nõ modo nõ egiſti:ſed ijs honorib⁹ & ſplẽdidiſſimis muneribus cumulaſti: quibus nihil eſſet illuſtrius:nihil magnificẽtius:nihil deniq; regalius:Adeo ut qui ſeruitutẽ ꝑpetuã iure optimo meruiſſent:non modo ſe liberos tua benignitate:ſed mlto maioris potentioriſq; factos intellexerit q; unq; antea fuiſſet. Quis igitur fuerit ita ſaxeus:ita ferreus:ita ois humanitatis atq; ſenſus expers:qui minus ijſce te laudibus proſequendum exiſtimet:quæ & iuſitatæ ſint & apprime imortales? Sed quid nũc præterita:quid aliena cõmemoro: ea præſertim quæ & multa dicendi uolumina expetunt:& de quibus nulla gens:nullæ litteræ:nulla poſteritas cõticeſcet? De me ipſo habendus eſt ſermo:hoc eſt de præcipua facilitate erga me tua liberalitateq; ſingulari. Redditæ enim mihi ſunt ad tertium Idus quintiles perbenignæ litteræ tuæ: quibus tum debitam meam erga te fidẽ atq; obſeruantiam magni facis mirificeq; extollis:tum ut ad te ueniã ac munificentiã tuam præſens experiar:q; humaniſſime inuitas:q; ſtudioſiſſimeq; hortaris. Quæ res quantã mihi attulerit uoluptatẽ uel fœlicitatẽ potius:nõ facile expreſſerim. Viſus ſum em: deũ teſtor:tuis litteris deum aliquẽ audire. Pro quo tuo te benefico:tam excelſo erga me animo:quid referam: quid pollicear:nihil habeo. Nam meã fidẽ & pietatẽ iampridẽ dedicaui tibi:ac deuoui. Itaq; ſi uitã:ſi animũ tibi meũ deditum eẽ aiaduertis:quid ẽ qd' hoc tẽpore ul' te ul' bñficẽtia tua dignum recipere ab me quæras? Ni fortaſſe illud deſideraris:ne patiar tantam hanc iſtam & tam excellentem

benignitatem tuã: ubi ea minus utar fruarq;: perituram in uentos. Quod ingratitudinis teterrimũ crimẽ ne unq̃ mihi obijciendũ sit: utar equidem istiusmodi tua benificentia ac fruar & libenter & tempestiue. Nam quid mihi gratius possit diuiniusue contingere: q̃ uel tua uti benignitate: uel tuo aspectu frui: quem æque atq; numẽ aliquod in terris colo. Cumprimũ igitur licuerit per eas occupatiões: quibus publico munere sum obstrictus: ibo ad te. Vale. Ex Sena idibus quintilibus. M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni palæologo regi & imperatori Romanorũ ac semper Augusto: sal.d.p.

g Ræce prius respõderã græcis litteris tuis. Nunc latine tibi locuto per litteras latine respõdeã: necesse est. Vellẽ equidẽ liceret mihi obire quod iubes. Nã nihil est apd' animũ meũ antiqui⁹ q̃ tuæ obsequi uoluntati. Cui nihil est qd' post deũ nõ debeã. Tua in me multa cũ apd' te Cõstãtinopoli agere: & maxima beneficia nulla unq̃ deletura est obliuio. Quib⁹ me munerib⁹ nõ donasti: quib⁹ honorib⁹ nõ ornasti: Verũ qd' fieri nõ potest: qui ab me fiat: ignoro. Sum annuo munere Senensibus obligat⁹: Si ante cõstitutã diẽ decederẽ: fidẽ meã desiderarent: sibi uerba data diceret. Qd' ais daturũ te operã: me fide Senẽses liberẽt: Nõ em̃ existimare te futurũ: ut hi tam pio unionis quã uulgo noiant: operi aduersent̃: quin potius cũ mea istic præsentia ob interpretãdi mũnus tam uæhementer sit opus: nec alius quisq̃ ad rem tantã satis idone⁹ reperiatur: accessum istuc meũ facile & æquo aĩo patiantur: soluerent me fide fortassis: & abire Senenses paterent̃. Nec petenti tibi aduersari auderet: Ego autẽ hoĩm aĩos & in cute & intus noui. Arte me usum uel occultis iudicijs insimularent: aut cupiditatis: aut leuitatis accusarent. Quare noli obsecro rex optime & imperator maxĩe: quod multis meis per magnisq; laborib⁹ & fidei mihi & grauitatis nomẽ ab ineũte ætate uẽdicaui: id breui maxĩa cũ labe amittã. Adde etiam qd' nec istic quidẽ eẽ sine uitæ piculo unq̃ possim. Nã hi qui nunc florentiæ tyrannida gerũt: sunt mihi uæhemẽter infensi: Idq; nullam ob meã culpam: sed ob id dũtaxat:

quod me uiris optimatib⁹ quos patrio solo exterminarũt: affectum impurissimi homines norant. At quantũ Cosmus medices factionis princeps reliquiq; puccini apud Eugenium ualent & opibus & gratia: poteris cum uoles: nõ obscure perdiscere. Itaq; ut & salutis & incolumitatis meæ rationem habeam: te non uelle modo: sed etiam iubere nõ sum nescius. Quod hortaris: Ioannem marium filium ad te mittam: faciam id quidem nequaq; inuitus. Quid enim mihi optatius cedere possit: q̃ meũ dilectissimum filium uel hospitio tuo uel disciplina uti: qui omniũ Christianorũ principum & dignitate sis maximus & uirtute primarius? Vale mi Auguste. Et me illum fore tibi persuade: quo cum uoles: pro tuo iure omnibus in rebus usurus sis. Ex Sena. xij. kal. Septembres. M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus: Eugenio quarto sũmo pontifici: sal.

m Eus erga te animus & integerrima fides pater sanctissime esse tibi debet permultis argumentis iampridem & perspecta & cognita. Quare si hoc tẽpore minus præsto quod iubes: non mutatæ meæ in uoluntati: quæ eadem est quæ semper fuit: sed necessitati poti⁹ dato. Non enim te fugit: quo est in me animo & Cosmus ipse & factio Cosmiana. Sine maximo meo uitæ discrimine diutius istic uersari non possem. Quod autem mones tuæ fidei credam me: credo equidem: scioq; tua fide tuaq; sanctimonia nihil innocentius: nihil constantius. Verum inimicorum proditorumq; perfidiam iampridem expertus sum permagno meo cũ incõmodo. Patere igitur obsecro: ut bona tua cum uenia uitæ meæ ac saluti consulã. Non enĩ in tanta eruditissimorũ & disertissimorũ hominũ copia: q & græca latine: & latina græce perpulchre interpretentur: tibi deesse poterunt. Vale. Ex Sena. iij. Nonas Septẽbres. M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus: Senatui & populo perusino: sal.

e T hũanitatẽ erga me uestrã uæhemẽter amplector & liberalitatẽ maximifacio. Doleo aũt & ꝑmoleste

fero qđ his tēporibꝰ litteræ mihi ueſtræ redditæ ſint: quibꝰ iam aliꝭs fidem dederam. Hanc uero inuiolatā ut præſtem & ipſe cogor & uos idētidē uelle nō dubito. Qđ ſi tēpeſtiue ueſtræ ad me litteræ aduolaſſent: eſſem profecto deſiderio ueſtro: incredibili mea cum uoluptate obſecutus. Ornaſſemq; ueſtram iſtā ſplendidiſſimā iuuentutē ꝑ uirili pte: nō mō eloquēdi: ſed etiā uiuēdi laudatiſſimis artibꝰ. Quoniam igitur honeſtatem cauſæ intelligitis: ignoſcite mihi: ſi minus hac in re expectationi ueſtræ reſponderim. Valete. Ex Sena idibus ſeptēbribꝰ. M. cccc. xxxviij.

Franciſcus Philelfus: Senatui & populo Bononienſi: ſal.

i Ngratus certe ſim: ſi tot a uobis & litteris & nūciꝭs inuitatus: ut pulcherrimis & ampliſſimis ꝓpoſitis premiꝭs: apud uos annuū oratoriæ ac philoſophiæ tradendæ munus: q̄ apud alios hac tēpeſtate obire malim: Ingratus ſim inquā ac ſummope accuſandus: ſi minꝰ uobis ī amore reſpondero. Animaduerto em̄ non ſine incredibili quadam beniuolētia aduentū uos meum tam mirifice cupere. Non em̄ is ſum: cuius in urbem ueſtrā aduentu acceſſio ulla nobiliſſimo laudatiſſimarū omniū artiū diſciplinarumq; gymnaſio iſti ueſtro fieri quæat: Sed quantum intelligere coniectura poſſum: meā erga uos ueſtrāq; rēp. pietatē: uel ex eo uſq; tēpore uobiſcū repetitis: quo iam anno undecimo & amplius primū Bononiæ docui. Ac profecto nihil in hanc diem mihi Bononia gratius: nihil iucūdius uiſum eſt. Nec me recēs hæc inuaſit opinio: Idētidē em̄ iudicari ſemper. Sed reip. iſtius ueſtræ uæhemētiores ꝓcellæ turbulentiſſimiq; fluctus: qui ṗ id tēporis cōtinuo ſunt ſecuti: inuitū me iſtinc renitentēq; eiecerunt. Verent̄ muſæ naufragiū: quietē amāt: oderūt tēpeſtatē ac fragorē omnē. Quāobrē cum pacata uos rep. trāquillaq; ciuitate uti intelligo & ueſtræ gratulor & meæ lætor fœlicitati. Habeoq; immortali deo ſempiternas gratias: ꝙ meis de uobis optatis fortuna tandem reſponderit. Quæ res facile me induxit: ut ueſtro deſiderio ſatiſfaciam. Propediem igitur ad uos ueniā ea animi ſententia: ut futurus tamdiu apud uos ſim: quoad

per Philippum mariã anglum: cui ſponſione fidei ſum ob/
ſtrictus:mihi licuerit. Valete. Ex Sena idibus ſeptẽbribus.
M.cccc.xxxviij.

Franciſcus Philelfus: Antonio panhormitæ poetæ.ſal.

b Ononiæ hoc ſemeſtri futur⁹ ſum:hoc ẽ a kal.Ianua/
rijs ad kal.q̃itiles:tametſi ante kalen.Ianua. Sena
decedere nõ poſſũ. Decreuerũt aũt nobis Bononi/
enſes in id tpis ducatos quadringẽtos quinquaginta:quod
præmiũ antehac nemini unq̃:nõ bononiæ modo:ſed neq̃
uſq̃ in italia cuiq̃ datũ ẽ. Id qđ tibi ꝓ noſtra beniuolẽtia uo
luptati fore certo ſcio:quippe qui amicorũ cõmoda & ho/
nores tua cõmoda honoreſq̃ eẽ ducas. Poſtea uero ad cõ/
ſtitutã kalendarũ quintiliũ diẽ bononienſibus relictis: con
cedam Mediolanũ ad noſtrũ illũ diuinũ principem Philip
pũ mariã anglũ. Is eñ me ſuis ornatiſſimis & munificẽtiſſi/
mis litteris ad ſe deuocauit. Quare ſiquid me uis facturũ:
in te eſt: Tu me optimo regi Alphõſo cõmẽdato. Vale. Ex
Sena idibus Septẽbribus. M.cccc. xxxviij.

Franciſcus Philelfus: Rhaphaeli fuſcherario:ſal.

t Vam in me ſingularẽ beniuolẽtiã magnifacio. Qđ
aũt hortaris: ꝓpediẽ ad uos eã:ueniã eñi nõ medio
criter ab oĩbus expectatus. Hortaris tu quidem:ut
aiunt:equũ lydũ in campũ. Quare & ſi Senẽſes deceſſioni
meæ moleſti ſũt:faciã tñ:intelligas:quãtũ apud me pondus
tuæ amiciſſimæ litteræ habuerint. Vale. Ex Sena idibus ſe/
ptembribus. M.cccc.xxxviij.

Franciſcus Philelfus: Lapo Caſtelliunculo:ſal.

n On poſſum tuã diligentiã nõ ꝓbare & fidẽ pietatẽ
q̃ erga me. Mones: inſidias caueã: eſſe eñ quoſdã
quos mei nõis ſplẽdor offendat: & iccirco mihi exi
tiũ machinari. Ego aũt quãq̃ nõ ſum ignarus: qđ uulgo di/
citur apud græcos Τὸ εἱμαρμένον ἥξειν: nihil tñ omitto
qđ meæ ſalutis intereſſe putẽ. Nã prudẽtis cõſilio fieri poſſe
cẽſeo: ut oĩs uis neceſſitatiſq̃ fatalis: aut repellat̃: aut diuer/
tat̃: aut leuius ſaltẽ offendat. Tibi autẽ gratias habeo: quod
omni in re te mei ſtudioſiſſimũ præſtes. Vale. Ex Sena pri/
die kal. Octobres. M.cccc.xxxviij.

Franciſcus Philelfus:Leonardo Arretino:ſal.

q Vanq̃ ſcio meos oĩs familiares uł nr̃a mea cōmendatiōe tibi eē cōmēdatiſſimos:non tñ omittã:quin abs te petã atq; contendã:ut ſi me ames:Lapũ nr̃m ꝑdoctũ & perdiſertũ uirũ quibuſcũq; rebus poteris ita tractes:ut intelligat meã apud te cōmēdationem plurimũ ualuiſſe. Vale. Ex Sena pridie kal. Octob. M.cccc.xxxviij.

Franciſcus Philelfus:Leonardo arretino:ſal.

q Vicquid ſaxolus pratēſis auditor noſter uerbis tibi meis expoſuerit:ſic habeto acſi coram ipſe tecũ loquerer. Nihil eſt enim dicturus tibi: quod ab me nō dicendũ acceperit. Vale. Ex Sena kalen. Octobrib⁹. M.cccc.xxxviij.

Franciſci Philelfi: Epiſtolarum Liber Tertius.

Frãciſc⁹ Philelfus Frãciſco Sphortiæ impatori:ſal.

q Vod antea inſtituerat conſilium magnanime Impator:feſtinat hoc tempe neceſſitas. Nã cũ ab humaniſſimo ſocero tuo Philippo Maria diuino principe eſſem nuꝑ ornatiſſimis litteris ut ad ſe irem q̃ liberaliſſime inuitatus:& id me facturũ ipſe recepiſſem: decreuerã equidē antea q̃ Mediolanũ concederem & te uiſere & patriam:quo beniuolum in ſe alter: altera gratum me eſſe experiret. Etenĩ patriæ oĩa debeo:ab qua genitus: altus:educatuſq; ſim. Tibi uero ob præſtantē animi tui probitatē inauditãq; magnitudinē iampridē incredibili quadã beniuolētia obſeruãtiaq; afficior. Sed mea hæc aĩ ſententia turbatur his rumoribus ac nuncijs: qui de tua in Tholentinatis meos ira obſidioneq; afferuntur. Nunciatur eñ uulgo te infeſto agmine ingentiq; rerum omnium & formidabili apparatu proceſſiſſe in Tholentinatem agrum: Eoq; igni ferroq; uaſtato obſidere oppidum:atq; ipſis ciuibus non captiuitatem & ſeruitutem modo: ſed omnē contumeliam cædemq; minitari. Quæ quidem ipſe audiens ſum æque miratus: ac dolui. Qui enim fieri poteſt: ut tanta & tam eximia uirtus tua quicq̃ audeat uel perpetrare uel moliri:quod non ſolũ ab animo magno elatoq; abhor-

reat:uerum etiam iniquũ sit & tetrũ & immane? Nũquid ludibriũ illis necemq́ꝫ miniteris:qui & forti animo & inuicto patriã salutem dignitatemq́ꝫ tueant? At eos omnis qui se pro patria deuouissent:in magnis uiris habẽdos esse uniuersa canit antiquitas. An id facturus es:quoniã tibi Tholentinates aduersi sunt: tuosq́ꝫ uæhementissimos conatus pertinacius remorant? At nõ solũ quid tibi cõmodum sit: sed quid illis cõueniat:debes considerare. Nam quorũ fidẽ putes in te certã fore: si eos perfidos in se fuisse cognoris? Quod si apud barbaros etiam uirtutem interdũ uenerabilẽ extitisse accipimus: quid tibi faciundũ sit:cogita: qui ad laudem:qui ad gloriã natus sis. Es ne oblitus longe magis arte atq́ꝫ beneficentia:quã aut minis aut etiã ui & parari & conseruari regnũ? Quibusnam rebus Cyrus a Medis imperiũ ad persas transtulit? Nõne industria:& animi magnitudine? Quibus Alexander ad gangẽ usq́ꝫ penetauit? Nõne prudentia:ac benignitate? Quibus tandẽ.G.Iulius Cæsar orbis terræ principatum adeptus est? Nõne consilio: & clæmentia? Nam Romulus q̃diu humanum sese & mãsuetum præstitit: quasi numen in terris est habitus: Cumprimum imperiosius uoluit rebus uti: ab ijs in illum sæuitũ est: quibus charior esse iucundiorq́ꝫ debuerat. An ultio te delectat:qđ aliquid fortassis aduersus te:id qđ tamẽ haud cõcesserim: Tholentinates conati fuerint? At ulcisci fœminarum:philosophi:non magnanimi principis: non Francisci Sphortiæ esse uolunt. Audi quæso sapientẽ illum Macedoniæ regẽ Phillippũ Alexãdri patrẽ:qui cum urbes græciæ: quæ malo in eũ aĩo esse uiderent:atq́ꝫ nouis rebus plærũq́ꝫ studerẽt:quidã cõsuleret presidijs esse cõtinẽdas: respõdit malle pulchrũ se longũ tẽpus:q̃ herũ breue appellari. Intelligebat enĩ rex prudẽtissim⁹ ea esse tutissima præsidia munitissimasq́ꝫ arces:quæ in hominũ beniuolentia charitateq́ꝫ fundatæ ac firmatæ forẽt. Nã aduersus iustũ idemq́ꝫ cõmune omnium odium nullæ uires esse:nulla ingenia satis possunt. Quare idem Philippus eos qui amarius Atheniensibus utendum esse consulerent: insanire dicebat:qui hominem: qui ad gloriam omnia agendo patiendoq́ꝫ referret:

gloriæ theatrũ iuberẽt amittere. Non enim quoniã se libe-
ros Athenienses: q̃ seruos mallent: dignos rex præstãtissi-
mus censebat: in quos grauius aiaduertendũ esset. Merito
is igit̃ optimoq; iure a Theophrasto tradit̃: nõ solũ gene-
re & dignitate regia: sed etiã cũ fortuna: tum moribus ma-
ior cæteris regibus ac moderatior extitisse. Idẽ qm̃ popu-
lorũ ingenia moresq; callẽt: admonebat nõ absurde Ale-
xandrũ filiũ: ut & blande sese utendum Macedonibus gra
tioseq; præstaret: quo multitudinis sibi uires compararet.
Capiunt inquã animi populorũ nõ minis: non terroribus:
nõ ui: sed cũ aliis nõnullis humanitatis officiis: tũ blãditiis:
maxime quibus cum minus apte Scipio ille posterior Af-
fricanus olim uteretur: repulsam habuit consulatus. Itaq; si
quid præter uoluntatẽ tuã princeps inclyte Tholetinates
ausi fuerint: tuũ esse duco: nõ modo nõ ulcisci: sed & igno-
scere potius: & eorũ tibi aios mãsuetudine: facilitate & be-
neficiis deuincere. Sin aũt nihil fuerint ausi: quid tibi faciũ-
dum rear: intelligis. Nũquid es oblitus: quid Romanis Pri
uernatiũ legat⁹ ille respõderit: cũ a quodã tristioris senten-
tiæ auctore interrogaret̃: quã pœnã meritos Priuernatis
censeret: eam nihil ueritus inquit: q̃ ii merent̃ qui se liber-
tate dignos cẽsent. Rursusq; ubi consul mitius subdidisset:
Quid si pœnã remittim⁹ uobis: qualẽ nos pacẽ uobiscũ ha-
bituros speremus? Tunc idẽ legatus eadem animi uultusq;
cõstantia: Si bonam inquit dederitis & fidam & perpetuã:
sin malam: haud diuturnã. Quibus quidẽ ferocioribus di-
ctis: nõ modo nõ sunt ad iracundiã ultionemue incẽsi Ro-
manoꝝ animi: sed Priuernatis poti⁹ oĩs dignos iudicarunt
quibus ciuitas daret̃. Intelligebant sane uiri ꝑmagni illi &
sapiẽtes: tantã esse uirtutis uim: tantã maiestatẽ: ut in hosti-
bus quoq; gratiã mereret̃. Num metui tu fortasse q̃ diligi
malis? Optime natura prouisum est: ut metũ semp odiũ cõ
sequat̃. At diligi & amari nunq; possis: nisi & iustissimũ te
beneficentissimũq; præstiteris. Iustus uero ac bñficus esse
nequæat: qui aut aliis ultro nocuerit: aut modum reb⁹ suis
statuere uel noluerit uel neglexerit. Quare te Francisce
Sphortia ꝑ magnitudinem animi tui præclarasq; uirtutes

oro atq; obteſtor: ut irã hãc iſtã oẽm:ſi quã tãdẽ in Tholen tinatis meos irã cõceptã habes:mitiges ac places. Et omnẽ deniq; ꝑturbatõnẽ:quæ cõſilio prorſus rationiq; aduerſat̃: ꝓſternas atq; abijcias. Nemo ſcit alijs impare qui ſibi ipſe nõ põt. Nulla uictoria maior eſt:nll'a illuſtrior:q̃ ſeip̃m uincere. Violentũ nihil eſt diuturnũ. Principatus ille & firm⁹ ſane & ꝑpetuus eſſe cõſueuit: quẽ tũ ꝓbitatis egregiũ æquitatiſq; exẽplũ pepérit: tũ ꝑgrata placabilitas animi munificentiaq; munierit. Quis illud Alcamenis dictũ nõ iure laudarit:qui cũ a quodã rogaret̃:quonã pacto regnum optime quis ſeruauerit:ſi multi: ait:lucrũ nõ fecerit: Nã neq; certe magni eſt animi admirari diuitias: ſed ſũmi potius uiri eſt oĩa:quæ uel corpori uel fortunæ ſubiecta ſũt:infra ſe ducere. Anim⁹ eñ nobis diuin⁹ eſt ideq; ſempitern⁹. Cætera uero mortalia quæq; ſũt: & ad breue tp̃is curriculũ duratura. Rationi ſemp̃:nõ cupiditati parendũ ẽ. Illa eñ oſtẽdit imprimis:quãtũ nos reliquis aĩantibus antecellimus. Nihil recte geri põt:quod cupiditatis gerat̃ ductu. Is ſol⁹ in magnis uiris habẽdus eſt:qui qđ deceat:quod oporteat:facit. Qđ ſiquis a me quæſierit:quid facere oporteat bonũ principẽ: facile cõſtãterq; reſpõderim:nõ qđ temere uulgus ſolet & amicis benefacere & malefacere inimicis:nam id tyrannorum eſt ꝓpriũ:ſed quod prudentiſſime Ariſto ille lacedæmoni⁹:qđ ſapiẽtiſſim⁹ Socrates aliq̃n cõſueuit:tum amicis benefacere:tũ inimicos reddere amicos. Buſyris: Ariſtotimuſ:Phalaris:nõ amicis ſed inimicis ſoliti ſunt malefacere. At iſtos iſtorũq; oĩs ſimiles:inter impios immaniſq; tyrannos reponimus. Auguſtus uero &.G.Iulius Cæſar cæteriq; hmõi qui in amicos benigni:& in ipſos inimicos clæmẽtiſſimi extitiſſent:diuinos honores meruere. Nõne Chriſtus Ieſus humani redẽptor generis:etiã ꝓ ijs orauit:a quib⁹ traditus morti eſſet? Quibus certe ipſis uel rõnibus uel exẽplis &ſi facile adducebar:nihil de te tali ac tãto principe aduerſus meos Tholentinatis uerẽdũ eſſe:quod a ſapiẽtia & grauitate:qđ a iuſticia & æquitatæ:qđ a moderatiõe & mãſuetudine:qđ ab aĩo excelſo ac benefico alienũ fuerit: meas tñ partis eſſe cenſui: ut & ꝓ mea in te fide:& ꝓ ea quam

patriæ charitatē debeo:qd tibi optimū factu existimarem: qn̄ quidē præsēs corā qꝫ nō poterā:litteris saltē ondere: Sic em̄ nō ut mihi mēs fuerat:sed ut necessitas atqꝫ tēpus tulit: & uisere te quodāmō ac tecū loq sū uisus. Tu uelim: quæqꝫ ab me dicta sūt:in bonā ptē dicta interpreteris. Nō em̄ me tua min⁹: q̄ꝫ patriæ cā:ut hæc tā familiariter ad te scriberem hortata est. Nā & amo te unice & delector mirifice tuis laudibus:quas ne qua:nō dicā infamiæ:sed ne suspitiōis quidē labe pollui patiare:sūmis precibus abs te peto. Vale princeps florētissime:& si quid in me esse aīaduerteris:quod uł usui tibi aliqn̄ uel uoluptati futurū putes:id om̄e tibi deditū deuotūqꝫ itellige. Ex Sena pridie nonas. Octobres: Anno a natali Christiano. M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus: Leonardo iustiniano:sal.

i Gnosce breuitati litteraꝝ meaꝝ. Nā repētina tabellarij abitio nō ē passa:ut tecū lōgior fuerim. Qđ aūt ad rē atttinet:uera tibi renūciata sūt de mea ad Philippū ducē abitiōe. Nō eni Senæ sine p̄iculo eē possū propter sicarios florētinos:q nllā mea culpa meæ uitæ insidiantur. Verū anteaq̄ꝫ p̄ficiscar Mediolanū:sū Bononiæ cōplusculos mēsis actur⁹. Inde ad te dabo & crebriores & longiores lr̄as. Vale. Ex Sena idib⁹ octobrib⁹. M.cccc.xxxviij.

Francis. Philelf. Catoni sacco iurecōsulto & oratori:sal.

r Edditæ mihi sūt litteræ tuæ Cato mi dilectissime:nō Senæ:sed Bononiæ:quo uenerā ad. xvij. kal. Februarias. Vt mature ad uos aduētū meū:nō ē ī me:sed ī principe isto nr̄o:q si fecerit:ut id mihi facere liceat p̄ Bononiēsis:qb⁹obstrict⁹sū:ad Augustum usqꝫ:cōtinuo te uidebo. Vale. Ex Bononia idibus Februarijs. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus philelfus: Aeneæ siluio:sal.

e T bn̄ ualere te:& secūdiorē iā tibi aspirare fortunā lætor maiorē ī modū. Qđ aūt scire cupis:qd in causa fuerit:ut relicta patria tua Sena: ubi & pacatissime agebā & cōmode:inter discordiarū Bononiensiū digladiatiōes me receperim:dicā tibi. Qualis quātosqꝫ inuidentiæ æstus florētiæ paterer:præsens ipse olim corāqꝫ uidisti. At ludus erat:qđ per id tēporis patiebar incōmodum: ad

eas erumnas:quas quasi Alcides quidē:perferre postea sum coactus. Nā posteaq̄ nulla aut iuris:aut æqui simulatiōe p-ditissimorū hoīm rabies nocere mihi potuisset:ad arma cō-cursum est. Paratoq̄ sicario ære nō paruo:mane cū in publicam illā:quā nosti Academiā docendi gratia pergerem:ex occultis insidijs in me nihil tale neq̄ cauentē neq̄ cogitantem impet⁹ factus est. Erat sicari⁹ togatus florentini mercatoris more:ne posset agnosci:q̄ educto repētē lōgiore gladio:qui toga tegebat:cuspidē mihi direxit in pect⁹. Transfodissetq̄ me oino:nisi dextera manu facto pugno in ei⁹ pectus ilico magna ui irruissem. Itaq̄ a pposito loco ictus ille aberrans in sinistrum brachium me percussit omni illæsum uulnere. Elanguerat em ictus:qm̄ ille a me reiectus pugno paululum esset amotus. Qui rursus sublato gladio:quo me acie feriret in caput:in faciē me pcussit. Qui fuerit sicarius: notū est:a quibus aūt conductus & si nihil habet certi: infamia tn̄ in medices repit & Cosmū:qm̄ nō solum eius factio mihi semp aduersaret:sed etiā Laurētius frater apte multa aduersus me ageret. Paucis post mēsib⁹ ob ciuilis discordias idē Cosmus in carcerem primo coniectus est:dein relegatus ad Venetos sine alia prorsus ulla ciuium offensiōe. Et ita ciuiles discordiæ tātisper quieuere:donec in posterū annum ijs pecunia corruptis qui sūma reipu. præerant Cosmus in urbē reuocatur. Tum iura diuina omnia humanaq̄ confundunt. Optimates omnes alij:relegant:alij pscribuntur. Hic direptiōes:latrocinia cædesq̄ sequunt. Quæ ipe intuens aiaduertesq̄:quāto cū piculo in tāto florētiæ naufragio fore:qui antea in sūma:ut ita dixerim:malachia naufragus extitissem:subduxi me:& ab iminetibus:tātorū fluctuum uorticibus in Senēsis tuæ reipu. tanq̄ in portū aliquem maxime oportunū deuolaui. Hic autē cū & trāquillæ & honorifice uitā agerē:neq̄ de re florentina ulla mihi prorsus cura esset præter humani cōmiseratione ingenij:mense decimo ex quo florentia decessera:nulla mea neq̄ culpa neq̄ culpæ suspitione:tantum potuit inimicorum coniuratio:ut ipse quoq̄ inter proscriptos ciuis optimatis pscriberer. Id quod ut accepi:uniuersæ ciuitati fuit molestissimū auditu.

Quin in ꝓximũ inde annũ missus est Senã:ut me interime ret:idẽ ille sicari⁹:q ab eadẽ ordinat⁹ cõiuratiõe i faciẽ mihi uuln⁹ inflixerat.Hic Philipp⁹ ẽ uocat⁹:patria nat⁹casale flu/ minẽsi:& p̄re Thoma:& auo Bruno:q etiã ipsi ambo notis/ simi habiti sũt sicarij. Aberã p id tp̄is ad petriolanas balne/ as:idq; nõ tã ulla mea uel necessitate uł delectatiõis quidẽ grã:q̃ diuino quodã cõsilio:ut certo puto.Nã eo sũ ꝓfect⁹ sola uisendi cã.Solet.n.plærũq; oipotẽs de⁹:quo de ꝑseue/ rãtib⁹ in malignitate facinorosisq; hoib⁹ aliqñ suppliciũ su/ mat:certas q̃sdã easq; occłtas ꝑare uias ad uidicãdũ.Cũ eius mõi ergo tp̄e sicari⁹Philipp⁹ Senã uenisset:neq; me usq; ui deret:adit præclaꝝ in philosophia uiꝝ ac medicũ prudẽtis simũ Petrũ Ioãnetũ:q ex patria Bononia pulcherrimis pre/ mijs accersit⁹ medicinã docebat:ut nũc etiã docet in ei⁹ ur/ bis publico studio.Ex eo quærit & q̃ in uicinia ip̄e habita/ rẽ & ubi docerẽ & quot mecũ ducerẽ comites & quãtũ ua/ lerẽ grã apud ciuis.Ad quæ ille:ut est uir callẽtissim⁹ æque atq; acerrimo strenuissimoq; ingenio:inspecto hois uultu & cõsiderata uerboꝝ temeritate:singillatim ea rñdit: quæ mihi usui fore arbitraret̃.Eodemq; die litteris me de ea re om̃i cõmonefecit.Quare Senã ubi continuo reuertissẽ:ex illoq; liquidi⁹ rẽ oẽm corã didicissem:mox adeo præfectũ præsidij:quẽ capitaneũ uocãt:Honofriũ tifernatem cogno/ mẽto uirilẽ:hoiem subdolũ & fallacẽ.Huic rem ip̄am ut ha bebat:expono:& omnia sicarij signa do: qualia & a Petro Ioanneto didicerã:& ipse quoq; dũ illũ inter ambulãdũ ob/ uiã habeo:agnosco.Rñdet cõtinuo ueterator ille & fraudu lentus latro:Grates habeo sempiternas mi pater obseruan/ dissime Philelfe ĩmortali deo:qui mihi cãm præstitit: quo tibi aliquo officio meo rẽ dignã gratificarer.Nã iãpridem cupiebã occasionẽ offerri mihi morẽ gerẽdi tibi . Hominẽ actutũ comprehendã:cõprehẽsumq; torquebo:ita ut uł cõ coctũ cibũ omnẽ ei eruã e stomacho.Quẽ si cõscium cuius/ piam aduersus te ꝑpetrandi facinoris offendero:uita priua bo.Sin min⁹ offendero:missũ faciã inquiens: aberrasse me in se capiũdo:nõ eñ illũ esse quẽ quærebã. Fateor equidẽ mi Aenea uel ex ijs uerbis me ilico de homine suspicatum

monstri nescio quid. Cæterũ qm̃ satis mihi de sicario compertũ uidebat̃: egi homini gr̃as de optima erga me uolũtate. Capit̃ sicari⁹ eodẽ uespi. Capt⁹ torquet̃: & mei interimẽdi cã se missũ cõfitet̃. Idq; Honofri⁹ cõtinuo palã facit. Sed ab quo missus foret: reticescit. Nec sicariũ plectit: Sed differt aĩaduersionẽ: mõ aliã cãm obtẽdẽs: mõ aliã: at uerisit̃em nullã. Interea tp̃is increbrescit: nõ solũ apd' me: sed apd' nõnll'os grauissimos ciuis tuos: Honofriũ tifernatẽ cõmutasse Philippũ sicariũ cũ prætura florẽtina. Nihil est em̃ apd' florẽtinos usq; adeo secretũ atq; arcanũ: qd' minus q̃ primũ effluat: ita sũt oẽs tãq; rimar̃ pleni. Quod rumorib⁹ fuerat diuulgatũ: ipsi⁹ tãdẽ rei euẽt⁹ approbat. Nã paulo postea florẽtiæ prætor declarat⁹ ẽ Houofri⁹ tifernas. Sed redeo ad sicariũ. Mulctauit hũc Honofri⁹ libris quingẽtis. Erãtq; ml'to antea paratæ pecuniæ quib⁹ ille carcere liberat⁹ remitteret̃ florẽtiã. Et qd' ridiculosi⁹ fuerat: in s̃nia quã ĩpudẽtissim⁹ latro aduersus sicariũ tulerat: dicebat illũ ad id facinoris ꝑpetrãdũ fuisse corruptũ grãdi pecunia & magna remũeratõe: ab quo aũt ab q̃busue corrupt⁹ fuisset: subticuerat. Cæterũ lõge se sua de sceleratissimo sicario liberãdo fefellit opinio: Nã ego iniuriar̃ agẽs ꝓuocatõe sũ usus ex tuæ patriæ institutis ad prætorẽ. Itaq; ea oĩs cã ab Honofrio latrone deuoluta ẽ ad Iacobũ Cõstãtiũ siculũ ex Mesãna: qui uir ĩnocẽtissim⁹ & grauissim⁹ ea tẽpestate prætorẽ gerebat Senæ. Hic si potuisset cãm ex integro cognoscere: nõ obscure patuisset & qui fuisset auctor florẽtiæ uulnerãdi mei & a quo idẽ sicari⁹ missus Senã eẽt ad me iterimẽdũ. Nã florẽtiæ quoq; patuit de sicario: patuit de licitatore conductoreq; sicarij. Is em̃ fuit hõ ĩpurissim⁹ ac nequã Hieronymus brochardus imolẽsis. Sed q̃ fuerint facinoris auctores: q̃ mercedẽ quam pepigissent sicario dissoluerint: in obscuro sunt: cũ tamẽ nouere plures Laurẽtiũ medicẽ una cum Nicolao & Carolo frequẽtare ꝑsæpe solitũ oĩm scelerũ officinã infames ædis Hieronymi brochardi ꝑ id tp̃is: quo sicari⁹ est conductus. Ideq; Laurentius medices Hieronymũ cõiectũ ob id scele ris in uincula: carcere liberauit: & ab oĩ pœna tutatus est in maxĩa etiã totius ciuitatis offensione: quæ tota eam iniuriã

publicã suãq; ducebat. Sed uis magnitudoq; pecuniæ lõge plus potuit ac polluit: q̃ leges: q̃ eqtas: q̃ oĩe iuris p̃ijq; ul' officiũ uel sanctitas uel decorꝝ. Sed redeamus ad prætorẽ. Is inquã Iacob⁹ cõstãtius cũ non posset ex institutis patriæ tuæ eã de itegro agitare cãm: quã præfect⁹ cognorat: sed augere pœnã dũtaxat: qd' potuit solũ eã Philippo sicario dextrã abscidit publico iudicio quæ me floretiæ uulnerarat ĩ faciẽ: obtrũcassetq; hoiem quo nece sua reliquis sicarijs eẽt exẽplo imanitatis suæ: nisi ego id factũ iri ꝓhibuissem: utpote q̃ maluissẽ uiuere illũ uitã inutilẽ atq; dedecorosã: q̃ per expeditã mortẽ liberari animi cruciatu. Vt eñ magni est animi paruas suasq; iiurias obliuisci: ita iusti & sapientis de publico humani generis hoste dignã aliquã cape ultionẽ. Cũ igit̃ neq; pacate: ut audis: nec itẽ cõmode agerẽ Senæ: uiderẽq; quãto cũ uitæ p̃iculo int̃ gladios uenenaq; uersarer: Nõ.n. defuere: q etiã domi ausi fuerũt me ueneno p̃dere: Bononiã eo cõsilio me recepi: ut paucos post mensis Mediolanũ petã: futurus apud unicũ nostræ tẽpestatis solẽ Philippũ mariã principẽ sane oim: qui aut sunt aut fuernnt aut futuri sũt munificẽtissimũ & optimũ. Apd' hũc eñ nullæ mihi iimicoꝝ artes: nullæ insidiæ oberũt. Totus ero cum musis: totus cũ amicis: totus mecũ. Qd' aũt me hortaris: ne deserã ipse me: ne cedã malignitati fortunæ. Hortaris tu q̃dem & amice & recte. Iãpridẽ animũ meũ nosti. Nõ is certe sum: q me nesciã uirũ esse. Itaq; bono sis aio: per me licet. Nunq̃ me ignauiæ accusabis: nec itẽ insolẽtiæ. Quin horatianũ præceptũ illud in uniuersa tuebor uita: Oĩe tulit pũctum qui miscuit utile dulci. Tu uero quod ad te attinet: facito me de omni re tua statuq; certiorẽ. Vale. Ex Bononia. v. kal. Apriles. M. cccc. xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni tuscanellæ: sal.

d E me qd' flagitas scire: ad ꝓxias studij uacatiões q̃s uocãt: Mediolanũ sũ petitur⁹: eo qdẽ consilio: ut si quã mihi nobilissim⁹ ille princeps spẽ litteris maximã pollicet̃: re ipa iuenero: apd' neminẽ malim: q̃ apud eũ uitã agere. Sin sec⁹ offendero: ad Venetos me recipiã. Nã nihil incertius: q̃ Bononiæ res secundæ. Quãto eñ fortuna

blādi⁹ uidet̃ aſpirare:tāto magis aduerſi uētoꝝ flat⁹ metuē di ſūt. Vale. Ex Bononia idib⁹ Aprilib⁹. M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus: Alberto Zancario: ſal.

n On uanū extitiſſe me ſomnij cōiectatorē:res ipā liquido oñdit: Ioannē mariū filiū fugiſſe ab me: noſti. Quo aūt cū neſcirē: ubi ꝑ noctē:quæ diē fugæ uigeſimaqnta ſubſecuta ē:eſſem uidere uiſus eū Placētiæ agere inť milites quoſpiā:poſtridie ei⁹ diei inſcēſo equo cū duobus famulis uerſus Placētiā iter capio:quo cū ad biduū peruenio:incido nō lōge a porta urbis in Floriū quēdā Mediolanēſem:cognomīto Nouatinū:q cū fili⁹ Mari⁹ una eqtabat. Flori⁹ cū primū me uidiſſet:equo deſcēdit:Et me honorifice ſalutato:dixit putare ſe nullā mihi feciſſe iniuriā:qđ meū filiū eripuiſſet ex ꝑditoꝝ quorūdā militū manibus:eo ſane cōſilio:ut eū ageret ad Antonellū Arcimboldum:qui mihi ob clariſſimū iure cōſultū Nicolaū arcimboldū fratrē ſuum meiꝗ amātiſſimū:uæhemēter foret affect⁹:ob idꝗ nō ſecus fili⁹ me⁹ ei charus futur⁹ eēt atꝗ mihi patri. Egi homi grās: ut par erat:filioꝗ recepto Placētiā ſū ingreſſuſ:paulo ſupra meridiē:ea mēte:ut reliquū ei⁹diei:qm̄ forē ex itinere fatigat⁹:cōſumerē in Cauponula quo diuerterā. Venit ad me ueſpi ſalutatū Petr⁹ platea:q ea in urbe ꝓ inclyto Mediolanenſiū duce Philippo maria ciuitati præeſt. Qui ubi multa mecū & familiariť & ꝑhūane locut⁹ ē:quæſiuit: q̄ hora uellē in poſteꝝ diē Mediolanū pĕtere:Cui cū rn̄diſſem nō eē me ꝑ id tp̄is Mediolanū petituꝝ:ſed Bononiā poti⁹ repetiturū:& ad ꝓximas dein uacatiōes ſtudij iturū Mediolanū: inſtitit ille mltis rōnib⁹ne pri⁹ Bononiā reuerterer:q̄ iſſem ad Philippū mariā ducem & uiſendi & ſalutandi gratia:ab quo certo futurū ſciret:ut & libenť excipet & honorifice. Quare cū eius uerbis colligerē optere me oīno ire ad principē:neceſſitatē i uolūtatē uerti. Itaꝗ nudiuſterti⁹ Mediolanū ſecūda hora noctis ingreſſus ſum itinere facto ꝑ agrū Ticinēſem. Hodie nō multo poſt meridiē adiui principē: ab quo tanta cum humanitate ac tā honorifice ſum except⁹:ut me oblitum mei pene reddiderit: non tamen quod ob eam rem inſolentior factus ſim:q̄ antehac conſuerim.

Quin potiꝰ cũ tãta me honoratiõe indignũ existimo:facit ut mecũ ipse cogitẽ:quid nã facere me oporteat:ut quã habet de me opinionẽ: ea se nõ fallat oino. Cæterũ & hæc & alia plæraqꝫ oia propediẽ una cõmẽtabimur. Vale. Ex Mediolano.vj.nonas Maias.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Aloysio Crotto:sal.

q Vo diutius hic sum:eo seriꝰ ad uos redibo.Itaqꝫ rogo te:ut ab humanissimo nostro principe mihi facultatẽ abeũdi exores. Nã & hic a me agit̃ nihil & familia mea me absente nõ potest Bononiæ nõ agere incõmode. Vale.Mediolani ex Cauponula ceruiæ idibꝰ Maijs M.cccc.xxxviiij.

Francis.Phiel.Gerardo Lãdriano cardinali Comẽsi: sal.

a Dhortationẽ tuam pater modestissime libẽter admitto:& si mihi habẽda ratio est nõ fidei minus q̃ grauitatis.Quo fit:ut æque nolim iniusticiæ accusari atqꝫ leuitatis.Bononiẽsi reip.sum obstrictꝰ annuo docendi munere.Cui me satisfacere oino oportet: si uolo is esse qui debeo.Itaqꝫ rogo te atqꝫ obtestor:ut mihi iã tandem abeundi ueniã impetres:ne dũ apud uos grauitatis laudẽ cupio:habear apud Bononiẽsis & iniustus & leuis. Nõ em̃ te fugit fundamentũ iusticiæ fidẽ esse:qua sublata: oẽ iusticiæ munꝰ corruat:necesse est. Vale.Mediolani ex cauponula ceruiæ.x.kal.Iunias.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Raphaeli fuscherario:sal.

q Vod diutiꝰ distulerim meũ ad uos reditũ:nulli culpæ mihi ascribitote:Nã ego iãpridẽ hinc soluissem si liber eẽt padi trãsitꝰ. Sed cũ id sine litteris ducalibus nemini liceat:atqꝫ eas in hãc diẽ exorare nequiuerim: factũ est ut serior fiat mea hinc abitio.Quid aũt sit in cã:nõ intelligo.Quotidie mihi a principe rñdet̃ q̃primũ se mihi morẽ gesturũ.Sed hmõi q̃primũ:nõdũ usqꝫ apparuit Qui apud principẽ & auctoritate ualet & gratia:me monẽt ne sim ĩportunior.Nõ em̃ temere fieri.Itaqꝫ meijpsiꝰsum nescius.Nõ desistã tñ ois obtũdere:q principi assistũt: donec liberã abitionẽ ĩpetraro.Interea uero tpis cõmẽdo tibi familiã meã:siqdẽ arbitraris me fũctuꝝ egregie meo erga te officio. Vale.Ex mediolão pridie kal.Iunias. M.cccc.xxxix.

Franciscus Philelfus: Alberto çancario: sal.

e Go mi Alberte ad triduũ hinc soluã & ꝑpulchre q-dẽ & ꝑbenigne ab hoc humanissimo principe: tũ donatꝰ: tũ honoratus. Litteras tuis occlusas meæ di-lectissimæ Chrysolorinæ continuo reddito. Vale. Ex Me-diolano. v. idus Iunias. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Guarnerio Castellioni iurecõsulto ducaliq; senatori: sal. plu. dicit.

s I Mediolani pridie nõ ruri fuisses; cum istinc essem Bononiã reditur ꝰ: pluribꝰ tibi corã respõdissem: qđ nũc paucis feci. Erã em̃ iã fere ascensurus equũ. Pe-tieras em̃ ab me tu: quotupliciter eẽntiã putarẽ accipi opor tere. Ad qđ tibi cũ essem responsurus: accersitꝰ a principe: omni meo sermone interpolato: ex oculis tanq; euanuisti. Accipe igit̃ rẽ cõpẽdio. Essentiã: quã & οὐσίαμ: usian græci & latinorũ eruditissimi substãtiã noiant: tribus modis accipiẽdã existimo. Nã & materiã & formã: & qđ ex utraq; cõstat: substãtiã dicimus. Horũ aũt trium materia quidem quam ὕλημ: hylen græci dicunt: est potentia: quæ a græcis uocatur δύναμις: dynamis: forma uero qđ εἶδος: idos græcæ nominatur est perfectio: quæ ab Aristotele dicta est nouo nomine ἐντελέχεια: entelechia. Quod autẽ cõstat ex utroq;: uocamus hoc quiddã: & qđ iam cõpositum est. Ego iam iter ingredior. Vale. Et me nostro inclyto princi-pi assidue redde cõmendatissimũ. Ex Placentia pridie idꝰ Iunias. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Alberto çancario: sal.

e St a te sane prudenter factũ: qđ mihi ex itinere fa-tigato lac coagulatũ miseris. Egebã em̃ istiusmodi refrigeratiõis genere. Itaq; nõ minꝰ te laudãdũ exi-stimaui perinde atq; egregiũ coagulãdi artificẽ quendã: q̃ Aristæus fuerit a priscis arcadibus laudatus. Is em̃ cũ in ar-cadia late regnasset: quo sibi maiore beniuolentia arcadas deuinciret: ꝑmulta: ut erat princeps nõ somnolentꝰ & ob-tusus: sed acri strenuoq; ingenio & excogitauit & adinue-nit: quæ ad cõem hoim uel utilitatẽ uel uoluptatẽ accede-rent. Quare is omniũ primus cũ apum atq; mellis: tum etiã

lactis usũ ad coagula iuenit & hoibus tradidit: quis mellis auctorem Naso affirmet Liberũ patrẽ extitisse. Tuum rus igit nõ possũ nõ amare: cui⁹ consuetudine id te uideo asse/cutũ: ut ad urbanas lauticias ruralẽ fœcunditatẽ adiungas. Nã cũ lac solũ ex oibus cibis ad hois naturam sit satis: tum idem coagulatũ delectat etiã plurimũ. Qđ aũt scire uis: qd egerim apud excellentissimũ principẽ Philippũ Mariam: cũ in præsentiã ueneris: oia narrabo tibi. Vale. Ex Mediolano. xvj. kal. iunias. M. cccc. xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Frederico cornelio: sal.

q Vem nũciũ de tuo fausto fœlicicꝫ cõiugio nũc primũ audiui: Is me ꝑfecto plurimũ delectauit. Necꝫ ẽm te latet: ꝙ ego ꝑsæpe tecũ ꝭmonẽ multũ habuerim præsens: & ꝙfreqnter etiã absens te scriptis meis: tum blãdi⁹: tũ seueri⁹ ad cõiugiũ sum hortat⁹. Qđ certe faciebã nequacꝫ inductu patris tui grauissimi & clarissimi uiri: ut tibi tu ꝑsuadere uidebaris: sed qm̃ tibi bene esse cuperẽ. Nã cũ duo sunt uiuẽdi genera lege cõstituta: alterũ cælibatus: alterũ matrimonij: qui horũ neutrũ adamarit: haud satis in magna uersat̃ laude. Fecisti igit̃ recte: qđ & paternæ uolũ/tati morẽ gesseris & tuæ florentissimæ reipu. consulueris: quippe qui ĩ filijs ꝓcreandis seminario reipu. satisfacies: & ordinẽ illũ senatoriũ reddes etiã ampliorẽ. Cæteꝝ quæ tibi præcepta seruanda censeam: paucis accipe. Et omnium primũ hoc unũ tibi aio insideat: uolo. Cætera sacramenta esse hũana lege morecꝫ cõstituta: at mr̃imoniũ solũ diuino ore & inuentũ esse & ĩperatũ: atcꝫ id quidẽ nõ in Aegypto per Vulcanũ: nõ in attica per Cecropa: nõ Romæ per Romulũ: sed in horto illo delitiarũ: ubi primis parẽtib⁹ præcepit de/us oipotẽs ut crescerent ac multiplicarent̃ terrãcꝫ replerẽt. Quod autẽ & deo auctore & in paradiso & in nostris pri/mis parẽtibus inueutũ ẽ sacramẽtũ & tancꝫ lege sancitum: quãta cũ animi integritate & ĩnocẽtia nobis tuẽdũ sit: Vi/des præsertim ꝙ triplicia illa bona matrimoniũ præ se fert: quæ maxie expetunt̃ in uita: honorẽ: utilitatẽ: uoluptatẽ. Vt ẽm in societate ciuili nihil est adulterio necꝫ turpi⁹ necꝫ ꝑniciosius; ita cõiugij sanctitate nihil honesti⁹: nihil unde

maiora emolumēta bonaq̃ ꝓueniant. Quot adulterijs iuo/luti uel pr̃imonia cõsumpserũt uel patriã ꝑdiderũt ul' perierũt ipsi? At in cõiugij fœlicitate oia sũt secura: oia fructifera: omnia plena iucũditatis. Qui amor uel diuturnior uel dulcior: q̃ qui uirũ uxorẽq̃ cõiũxerit? Quæ amicitia ueriõr esse quæat: q̃ quæ mutua & corpoꝝ & aïoꝝ beniuolẽtia cõiuges deuïxerit? Tu mihi ex oï hoïm ætate tria aut quattuor aut ad sũmũ quiq̃ amicoꝝ paria in mediũ referas: qui amicitiæ sibi nomẽ uẽdicarint: qualis 'extitisse græci uolũt Theseũ & Perithoũ: Oresten & pyladẽ: Achillẽ & Patroculũ: & Phythiã & Damona: & ultimos Epaminundam & Pelopidan. At horũ nemo se amici cã interemit. Quid ẽm morte horribili⁹? At uir clarissim⁹. T. Gracch⁹ tãta est amoris uel sanctitate uel uæhemẽtia cõiugale munus ꝓsecutus ut ultro ipse mori sustinuerit: quo uxor Cornelia superstes foret. Quid ẽm meminero Quintũ Planciũ? qui cũprimũ audijsset uxoris obitũ: pectus suũ transfixit gladio. Cunq̃ domesticorũ interuẽtu ne qđ ꝑpetrare esset aggressus: ꝑficere potuisset: paulopost qđ uulnus fuerat alligatũ: scissis fascijs soluit: & eo imiti dextra cõstantiq̃ diuulso mortẽ sibi cõciuit. Et. M. item Plancius ob horestiliæ quoq̃ uxoris obitũ: quæ illũ sociorũ classẽ sexagita nauiũ in Asiã reducẽtẽ ad Tarẽtũ usq̃ ꝓsecuta: morbo est oppressa: int̃ ei⁹ osculãdæ ungẽdæq̃ officiũ: tãtũ potuit cõiugal' amoris charitas: ut districto gladio incũbẽs uitã deseruerit. Nec minoris ui res cõiugalis amor oñdit in Portia Marci Catonis uticẽsis filia: quæ ubi primũ accepit. M. Brutũ uiꝝ suũ: apud philippos uictũ atq̃ interẽptũ: ardẽtis carbones hauriẽs: qm̃ ferri ptãs oïs surrepta eẽt: e medio sese ultro sustulit. Vt autẽ cæteras nobilissimas fœminas breuitatis gr̃a missas faciam: quis lacedæmonias illas nõ maiorẽ in modũ admiret̃: summisq̃ laudib⁹ ꝓsequi studeat: quæ exorato a custodibus in carcerẽ aditu ad uiros minias: extremo spiritu alloquẽdos quos Lacedæmonij noctu morti destinarãt: ꝑinde atq; regnũ affectãtis: cõmutatis cũ illis uestib⁹ uelatisq̃ capitibus ꝑ doloris simulationẽ: eos abire passæ sunt: sese ultro morti exponẽtes. Quid Elissa Dido: Nõne ut extincto uiro: fi/

dem pudicitiãq; seruaret: in ardentissimũ rogũ se ꝓiecit? Nã Artemisia regina chaꝶ uiri mausoli obitũ tãta tulit acerbitate: ut nõ cõtẽta illd' ædificasse monumẽtũ Halicarnasi ĩ ꝑpetuã illi⁹ memoriã: qd' inter septẽ orbis terræ miracl'a nobilissimũ numerat̃: uerũetiã ex ei⁹ caluaria facto poculo se uiri sepulchrũ & haberi & esse uoluit: utpote quæ illi⁹ corp⁹ in pulucrẽ uersũ paulatim totũ ebiberit: & assiduis fletibus doloreq; cõfecta ꝑ tabẽ e uita discesserit. Sancta est ꝑfecto peneq; incredibilis mr̃imonialis beniuolẽtiæ charitas: quã qui caste ĩpolluteq; seruarint: digni habẽdi sunt: de quibus nulla posteritas cõticescat. Nã utilitas quãta ꝓueniat ex cõiugio: qd attinet prædicare? Vt eñ est prudẽtis patrisfamilias augere quotidie substãtiã suã quãtũ honestas patit̃: ita diligẽtis atq; frugi matrisfamilias mun⁹ est eã domi & dirigere & tueri. Qd' ubi fit: pr̃imoniũ indies magis atq; magis amplificat̃. Et est sane mr̃imoniũ uiri mulierisq; cõiunctio ẜm legẽ ob ꝓcreãdos liberos. Nõ eñ ad lasciuiæ illecebras titillãtisq; uoluptates institutũ ẽ mr̃imoniũ: sed ut regenerati õi generatio præparet̃: ob eã scilicet rõnẽ mr̃imoniũ noiatũ: qd' iccirco mľier debeat uiro nubere: ut mr̃ fiat. Debet inq̃ dec⁹ mr̃imoniale id officiȷ́ præ se ferre: ut & rẽ domesticã regat & liberos suscipiat. Nã hic subsistit hũani generis ꝓpagatio amicabilisq; societas. Et cõiugiȷ́ qdã bona triplicia eẽ uolũt: fidẽ: ꝓlẽ: sacramẽtũ. Atq; fidei qdẽ ẽ: ne præter copulã cõiugalẽ aut cũ altera cõcubat̃ aut cũ altero: sed ut æque uir sua uxore cõtẽtus sit atq; uxor uiro: quod tum certe fiet: cũ pari se charitate ꝓsequent̃. Ad quã quidẽ rem haud scio: an uxor longe q̃ uir debeat esse propensior. Nã si pudorẽ mulier pudicitiãq; amiserit: quid reliqui habeat in se boni: non intelligo. Q̃ me delectat Thertiæ Hæmyliæ Africani supioris uxoris præcipua illa fides & egregia charitas: qua in uirũ usa ꝓhibet̃. Hæc enim nõ modo æquo animo pertulit uiri adulterium in ancillulã dum esset in uita: sed eam quoq; post illius obitũ libertate donatã liberto suo in matrimoniũ dedit. Quãto uero æquanimitate splendidissimũ cõtinẽtiæ exemplũ Liuia Tiberiȷ́ atq; Drusi mater erga uirũ Augustũ fuerit & græcæ & latine decantant

historiæ. Volutabat enim Augustus per oem incōtinentiæ fœditatem. Qđ si pari fidei sanctitate se coniuges adamarint: nulla huiusmodi labes matrimoniū polluat. In prole uero aliud est matris: aliud patris officium. Debet enim liberos mater cū charitate suscipere: benigne alere: religioseq; educare. Pater aūt illud meminisse: duo esse hominū genera: alteꝝ doctū & urbanū: alteꝝ indoctum & rusticū: Et hoc quidē pecudum esse simillimū: illud uero nō diuinum minus: ut ita dixerim: q̄ humanū. Est igit officiū boni patris filios iis instituere disciplinis: quæ libero homine digne sunt: quo nō indocti & rustici: sed & doctissime eruditi elegantesq; uideant. Velim hac ī re mi frederice ad te ipm oculos menteq; cōuertas. Teq; ac cæteros æqualis tuos diligentius despicias: consideresq;: quantum inter te & illos intersit. Nonne cū aliquid more tuo loqueris & grauiter & diserte: te omnes taciti admirant ac sese ignauiæ inertiæq; accusant: quod nihil sciant: qđ quid a se dici & q dici oporteat: ignorant. Itaq; alii parentes incusant: qui nullā gesserint curā sui: alii seipsos accusant: q tempus per secordiam & desidiam labi passi fuerint. Quo fit: ut & honoreris ab æqualibus tuis: & a maiorib⁹ natu mirifice lauderis. Tuum igitur fuerit: cum primū a matre liberos acceperis: eos erudire iis artibus: quibus & sapiāt recte: & bene perpoliteq; loquant. Non enim te præterit: quantā uim habeat copia ornatusq; dicendi: si ab ingenio proficiscitur & cōposito & bene morato. Qđ aūt ad sacramētum attinet: ea coniugibus cura uel maxima est adhibenda: ne diuortium fiat: ne dimissus dimissaue cā prolis alteri coniūgatur. Sanctum inquā & impollutum matrimoniū esse debet. Quod ut in omni uita mutua dilectione tueamur: illud est præceptum nobis assidue memoria repetendum: nec maritū habere potestatem sui corporis: nec item uxorem sui esse arbitrii: sed utrūq; alteri pari quadā charitate obstringi ad ꝓcreandā prolem: cum neutri liceat continere sese: ubi alter uter nolit. Quo quidem iure & hic uxoratus & hæc maritata non recte modo sed & latine & eleganter dicitur. Ita inq; cōiugatos esse oportet: ut sui similes gignāt. Et id sane

fit non ſolum hominum inſtitutis : ſed naturali etiã quadã lege. Sic eñ & arbor arborẽ generat: & ſeges ſegetem : & animal ex ſe animal. Itaq; omni eſt opera diligentiaq; ſtu/dendum: ne quid in præcellẽtia maritali: nõ agatur modo: ſed ne cogitetur quidem: qđ ab ei⁹ decoro deoq; abhorre at: ſed omnia & pudice gerant̃ & pie. Idq; eo magis curã/dum eſt: quod in bene conuenienti coniugio ſitum ueluti ſeminarium eſt quoddam florẽtiſſimæ & pacatiſſimæ rei/publicæ: & eius quidẽ reipublicæ: quæ cenſet̃ optima. Sci/mus eñ tria eſſe genera adminiſtrandæ ciuitatis: populi: optimatiũ: regis: ſecundũ triplicẽ ſocietatem rei domeſti/cæ: Heri & ſerui: patris & filij: uiri & uxoris · Et hæc quidẽ ſocietas regiã: quæ præſtat cæteris : repræſentat. At patris & filij eã: quæ dicitur optimatium. Nam populi principat⁹ æque habet: atq; heri & ſerui. Et ueſter quidẽ reipublicæ ſtatus ita ex optimatibus conſtat: ut a regio differat nihil. Eum enim dignitatis locum dux apud uos tenet: quẽ apđ Lacedæmonios rex ſolebat. Sed hac de re alias. Nec illud mihi uidetur prætereundum: quod apud Lacedæmonios Lycurgi legibus conſtitutum legimus. Is enim cum eos q nubere uoluiſſent ſpectaclo intereſſe gymnicis in ludis ꝓ hibuiſſet: addidiſſetq; præterea eam ignominiã : ut hono/re illo atq; obſeruantia : quæ a iunioribus præſtabatur in cõſeſſu ſenioribus: priuarentur. Lege tamen cauit : ne uir una cum uxore in eodem cubaret lecto: & id quidem: quo plurimum diei cum æqualibus una eſſet: ac noctis quieſce/ret totas: cũ ſponſa uel ad procreandos liberos & clam con grederẽt & cũ pudore. Quod ea etiam rõne Lycurgus cõ ſtituit quo & corporibus melius ualerent : utpote quæ ni/mio coitu langueſcunt atq; ægrotant & amor cõiugalis aſ/ſidue recẽtior redderetur & partus ipi robuſtiores fierẽt. At ipſe tecum rem hanc nõ ita ad unum reſeco. Sed illud ſane te admonitum uelim: nimium iſtiuſmodi cum uxore cõgreſſum: nõ ſolum eſſe pernicioſum & ad uires & ad bo nam ualitudinem: uerũetiã ad procreandos mares. Nam quo eſt ſemen calidius: eo eſt ad maris filios procreandos accommodatius. Quare uſu fieri uidemus: ut ſenes magis

q̄ iuuenes gignant mares: In causa uero id esse puto q̄ senes rarius coeunt q̄ iuuenes. Hinc fit: ut qđ natura in iuuētute potētius est: id nimio ueneris usu reddatur frigidius: & ob eam rem ad marium procreationē imbecillius. Sed hæc tu pro tua prudentia moderabere. Cæterum tibi maiorem in modum gratulor: qđ eam duxeris uxorem cui nihil desit ad coniugij dignitatem. Duxisti enim puellam tū probam & pudicam: tum etiam pulchrā ac nobilem & cū dote non uulgari. Quo fit: ut uix sciam utri magis gratulādum censeam spōsæ ne: an tibi. Nam & ipse in tua republica uirtutis præstantia cedes nemini: & bonitate formæ nō mediocriter uiges: neq; deteriore Cornelius es genere q̄ illa Contarena: nec minus q̄ illa opulenta. Efficiat igitur deus optimus: maxim⁹: ut proprium sit uobis matrimonium uestrum ac idē fœcunditate liberorū & iucundū & fœlix. Vale. Ex Ticino idib⁹ Octobrib⁹. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Aloysio Crotto: sal.

a D sextū idus octobres Ticinū huc perueni: ut ex nostro Catone sacco eloquentissimo iureconsulto accepisti. Itaq; p tuas litteras certior fieri cupio: quid facere me oporteat. Nam ego hinc prius pedem nō mouebo: q̄ cōsiliū tuum audiero. Vale. Ex Ticino. xvij. kal. Nouēbres. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Saxolo pratensi: sal.

q Væ tibi ex Bononia ob subitā abitionē meā respōdere nō potui: Nam cū inde soluerē: redditæ mihi sunt litteræ tuæ: nunc ex Ticino uerbis paucis respondi tibi. Petis ēm: q̄ rōne scurræ sint apđ græcos βωμολοχοι: bomolochi nominati. Et item q apud nos sunt: quos græci ὀλεχιμους olechinus uocāt: & quæ loca eēnt: q Athenis κυκλοι: Cycli: hoc est circuli appellabantur. Bomolochos proprie illos græci dicebant: qui sub aras in sacrificijs sedere consueuerunt: ita noīatos ab ara: q βωμος: bomos uocātur: et λοχειν: lochin: quod insidiari significat: qm̄ ad aras insidiarent: utpote qui cū assentatiōe efflagitaret.

Quãobrem & qui sacrificijs suscipiuntur: tibicines & uaticinium profitentes bomolochi uocabant. Ex huiusce autẽ rei translatione: Bomolochi etiã ij dicti sunt: qui apti ac faciles atq; ijdem humiles: omnia lucri gratia perferrent iocãdo cauillandoq;. Et hi quidem apud nos scurræ appellantur: Homines sane inepti atq; contẽnẽdi: qualis est hoc tẽpore apud Florentinos Nicolaus Nicolus & Poggius Bãbalio: qui ut sumptuosioribus cœnis intersint: a nullo sese scurrilitatis genere continent. Qui uero a græcis Olechinus ẽ appellatus: crustis & spinis tectus petrisq; assuetus: hũc nostri remorã uocãt: aquatile animal admodũ breue: in quo tanta inest tamen naturæ uis: ut nauim pernici⁹ iter faciẽtẽ eius carinæ inhærens adnixusq; retineat: ac remoretur: ob eamq; rem & a græcis Olechinum: & a nostris remoram nominatum. Habeturq; istiusmodi animal amatorijs ueneficijs infame litesq; atq; iudicia dicitur remorari: grauidarum fluxus sistit utero: ad partus ad puerperiũ continet. Et id tamen in cibum addi prohibetur: ut Plinius refert. Huic spina est parua: & oua amara ad quinq; numero: at ora in medio corpore atq; in terram uersa. Præterea Olechino pedes eẽ Aristoteles asseuerat: utpote cui pennæ pedum instar locatæ sint: quanq̃ alij sunt qui dicant eos spinis uti pro pedibus: & ita ingredi: ut in orbẽ uoluantur. Itaq; detritis sæpe aculeis inueniri: Nam quoniã futuros maris æstus sæuiciamq; præsagiant: hos correptis se lapillis operire: ut eo põdere stabiliatur mobilitas: & ita spinas uolutatione atterere. At Mutianus muricem esse tradit purpura latiorem: cui rostrum neq; asperũ est: neq; rotundũ: neq; in angulos prodit: sed simplicem concham esse autumat: quæ uno latere sese colligat. Trebius uero niger. L. Luculi familiaris scribit hunc piscem haud eẽ pede longiorem neq; digitis quinq; crassiorem: cuius ea sit uis: ut & nauis uentorum flatibus plenas sistat: & in sale si fuerit asseruatus: aurum quoq; qui in altissimos deciderit puteos: ubi admotus sit: extrahat. Huius etiam Lucanus meminit libro sexto suæ pharsaliæ: inquiens: Nõ puppim retinens euro tendente rudentes: In medijs olechinus aquis.

Huius meminit Theophrastus libro quarto de huiusmo/di animalibus:ubi dicit echinoꝝ tris esse species: ex quib⁹ Olechinos & magnitudine & crassitudine cæteros præsta re.Et est sane Olechinus:quē meminimus: dictio quadri/syllaba. At echinus dictio trissyllaba : ē suauis esu:& paulo minor Olechino. Cuius etiā Iuuenalis meminit inquiens: Ostrea callebat primo deprēdere morsu.Et semel aspectu dicebat littus echini. Præterea echin⁹ apud græcos significat terrestre id aīal: cui est apud nostros hæricio nomen: qđ ipm ab hærendo deductū est:& æque spinis hirsutus ē atq; maritimus echinus. At circuli quos quæris ad postre/mū: loca erāt Athenis:ut Dinarchus cōtra Calleschrū oñ/dit:ubi aliqui ueniebant. Id autē nomē tractū est a circulari circūsistētia uendendorū. Quare menāder in ephesio ait: Itaq; ego mihi uideor p deos immortalis in circulis uidere meipsum indutū currere circū ac uenire. Habes a me paucis:quæ petieras. Vale. Et Leonardū nostrū arretinū eru/ditissimū & eloquentissimū uirum nomine meo saluere iu be. Ex Ticino kal. Nouēbribus. M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus:Ioanni ferufino iurecon sulto & ducali iusticiæ consiliario:sal.

n Isi te & amem & plurimifaciā:sim apprime ingra/tus:utpote qui dilucide pspiciā mea tibi oia curæ esse. Consilium autē incliti nostri principis nō admitto so lum:sed etiam laudo:ut par ē:proboq; uæhemēter. Itaq; tā tisper hic manebo : donec per eius litteras intellexero:ad quod sim tempus ad uos iturus. Nam habitam esse diligē/tem rationem rei meæ pecuniariæ:ut mihi plurimū condu cit:ita uoluptatis plurimū affert:uel ea rōne qđ ne cogitan te me quidem princeps non sapiens minus q̃ munificus ac benignus:ita de me consuluit:ut non sim in exigēda pe cunia usurus alienis suffragiis:sed constitutis tēporibus ex certo loco mihi satisfactū eat. Quare ut ei meis uerbis gra tias habeas immortalis : te maiorem in modū rogo. Vale. Ex Ticino.iij.idus nouembres.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus:Ioāni Antonio brixiano: sal.

u Esperi mihi redditæ sunt lr̄æ tuæ: itaq; cras ad uos

ibo.Nã ante id tẽpus hic soluere non licuit:cũ mihi in hãc diem nullus sit equus.Itaq; ignosce breui meæ huic moræ. Vale.Ex Ticino.v.kal'.Decẽbres.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus:Catoni sacco iureconsulto:sal.

h Ortare Chrysolorinã meã ne miretur ꝙ hic diuti⁹ q̃ arbitrabar:expecto. Nam ita ẽ opus facto: quo nobilissimo huic principi morẽ geram: & id quidẽ in reb⁹ non paruis aut contẽnendis:sed & maximis & præclaris. Itaq; ut bono aio sit:domumq; bene gerat:eam pro tua prudentia etiam atq; etiam q̃ diligentissime adhortare. Vale cum pudicissima uxore tua. Ex Mediolano pridie nonas Decembres.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus: Honofrio Stroçæ:sal.

q Vod fortassis apud uos nondum increbruerit:ego apud hunc præstantissimũ principem Philippum Mariam ex illis hetruscis turbulentissimisq; fluctibus tanq̃ in trãquillum atq; securũ reliquæ uitæ portum me recepi. Vbi oĩa mihi affatim sunt oblata:quæ non solũ ad emolumenta:sed ad dignitatem attinẽt. Vtinam mihi liceret tecum oĩa libere cõmentari:quæ & ipse uellem & tua nosse interesset:Sed tempoꝝ est habenda atq; hominum ratio. Nec enim me latet:ubi locorum es:& q̃ tibi cauẽdum sit. Itaq; feram æquo animo desiderium meum. Cæterũ illud unum nõ reticebo:principem hunc meum & patri tuo clarissimo uiro & tibi & uobis omnibus optare omnia ꝓ uoluntate uestra:atq; nihil magis cupere q̃ in omnibus reb⁹ uobis peregregie prodesse. Tu si quid ẽ quod a me uelis: fac ut sciam:& factũ puta. Vale.Ex Mediolano nonis Decembribus.M.cccc.xxxviiij.

Franciscus Philelfus:Ioanni Antonio brixiano:sal.

r Enunciabis principi nostro:quæ mihi mãdarat: nõ minore diligentia:q̃ fide me persecutum esse: speroq; futurum:ut ad paucos dies certi aliquid afferatur.Id cũ erit:continuo ad uos ibo.Interea temporis nullum officium prætermittam. Vale.Ex Ticino.v.Idus.Decembres. M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Auriſpæ:ſal.

t V ſemper aliqd petis: inſeruis autē raro. Quid hominis ſis: ignoro. Petis a me Diona Pruſaenſem quem equidem dabo ad te propediem ea lege:ut eum aliquando patiaris ad nos redire. Ibit em̄ codex ille ad te mutuo:nō dono. Quamobrem facito:ut ex commodo tuo nihil mihi tandem incommodes. Tuſcanellam noſtrum opto bene ualere. Vale. Ex Ticino idibus Decembribus. M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus:Petro Ioanneto philoſopho ac medico:ſal.

r Ogo te maiorem in modum:ut meum Virgilij codicem:ac item commētatorem Seruium cures q̄ primum Bononiam perferri:& Alberto Zancario cōmuni amico nomini meo reddi. Id quod in hanc diem non feciſſe te nō poſſum non mirari. Nec enim debes oblitus eſſe:& qd mihi: cum iſtinc abirem: coram receperis:& quid poſtea ad te ſcripſerim. Fuerit igitur officij tui: ne diutius litteris meis ſolliciteris. Idq; ut facias:abs te non peto ſolū: ſed etiam contēdo. Vale. Ex Ticino.xv.kal'. Ianuarias.M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus:Alberto Zancario:ſal.

i Itteras meas ad Petrum Ioannetum illuſtrem philoſophum ac medicum ut ei reddendas Senæ diligenter cures: etiam atq; etiam a te peto: Facitoq;: ut per tuas quoq; litteras ītelligat deſiderari officium ſuum in reſtituendis mihi codicibus meis & Virgilij & Seruij. Tu rē omnem tenes:uerum quod peto:eo ſcribito accuratius & grauius:quod uereor eius liberos eſſe in cauſa: quo minus mei codices ad me ierint. Nam ille & uir bonus eſt & amicus. Mea hic omnia & ſecūda ſunt & læta. Nam & huic nobiliſſimo principi ſum chariſſimus: & cæteris om̄ibus qui auctoritate & dignitate ualent admodum iucundus. Vale. Ex Ticino.xv.kal'. Ianuarias.M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus: Catoni ſacco iurecõſulto: ſal.

i  Nſtituerã hodie redire ad uos: ſed iuſſu principis ante diẽ tertiũ hinc mouere pedem nõ licet. Itaq; monebis uxorẽ Chryſolorinã: ne quid mireť turbeturue ꝙ minus ad diem cõſtitutũ iſtuc reuerterim. Principi em̃ parendum eſt. Vale. Ex Mediolano pridie Kal'. Ianuarias. M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus: Petro Michaeli equiti aurato ac iureconſulto: ſal.

c  Vm idoneus eſſet oblatus nuncius: cui meas ad te litteras darẽ: uiſus es admonendus: id quod fortaſſis haud ignoras: te apud hunc humaniſſimũ principẽ noſtrũ ualere auctoritate plurimũ. Itaq; tibi opera danda eſt: ut bñ ꝓmerearis. Quod ſi feceris: ꝑmagnũ es fructũ conſecuturus. Reliqua tu coram ex hoc iſto nuncio cognoſces: Nõ em̃ om̃ia cõmittẽda ſunt lr̃is. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Ianuarias. M.cccc.xxxviiij.

Franciſcus Philelfus: Catoni ſacco iure cõſulto: ſal.

h  Eſterno ueſperi cũ uniuerſi aulici ꝑmagnaq; nobilitas eſſet in arce principis Cæſarei huius noſtri in cœnaculo: cui eſt uiridi cognomentũ: celebrata eſt annua illa pompa cõmendandi trũci Vulcano: principe ipſo nõ præſente modo: ſed ſolẽne etiã feſtũ imprimis agitãte ornanteq;. Hoc aũt mane: qui primus eſt Ianuarij dies cũprimũ illuxiſſet: oẽs in eandẽ arcẽ & in idẽ cœnaculum conuenimus: & inde perpauci: quorum ipſe numero ſum aſcript⁹ ĩ cœnaculũ ſum⁹ accerſiti: qđ nobiliũ appellať. Hic tãdiu expectauim⁹: donec prãdiſſet princeps. Prandet em̃ ſemper in aurora: aut etiam aliquanto prius interdũ. Nam qui pauciſſimi eſt ſomni: antelucanũ tẽpus nunq̃ eũ offendit in lecto. Amota uero menſa: continuo donata ẽ uniuerſa nobilitas aulicíq; oẽs: quotquot in utroq; cœnaculo operiuntur uarijs muneribus ꝓ dignitate cuiuſq; & gratia apđ principem. Dona ſũt oĩa anuli aurei cũ gẽmis aut pyropis aut adamantib⁹. Ego pulcherrimo anulo cum adamante in pyramidem ſurgẽti donat⁹ ſum: & eo quidẽ nõ mediocris precij. Hunc: qui precioſior ſit & melior: in auri metallis

inueniri uolunt. Esseq; primũ omniũ repertũ in his metal-lis: quæ in æthiopia sũt inter Mercurij delubrũ: quem græci ερμην hermen uocãt: & Meroen insulã: q maior nõ sit cucumeris semine: habereq; tantã in sese uim: ut iuxta magnetẽ positus ferrũ ab eo abstrahi non patiatur: aut abstra-ctum ad sese rapiat ac tanq; auferat. Sunt præterea adamãtes aliis ĩ locis reperti: ut in India: qui æque sit magn⁹ ac nu-cleus auellanæ: cui sil'is est qui nascit̃ in Arabia: sed aliquã-to minor. Reperit̃ etiã adamas in Macedonia in Philippi-co auro olim inuẽtus: qui cucumeris semini ẽ par magnitudine: ut alter ex antedictis adeo paruus ẽ: ut milij magnitudinẽ nõ excedat: a quo etiã nomẽ accepit: quippe qui cen-cros sit appellatus. Habetur alter in Cypro: qui colorẽ ae-reum repræsentans: in medicamine plurimũ ualet. Est etiã adamas cognomine Siderites: qđ ferrei sit splẽdoris: cæteris adamantiũ generibus põderosior: sed dissimili natura: utpote qui & frangatur ictibus & adamãte alio pforet̃ eo qui cyprius est. Et cũ preciosior adamas & igni sit & ferro: indomitus adeo ut adamas appellet̃: cedit tamen hircino sanguini: hoc enim si recens calidusq; fuerit: maceratus & ictibus tandẽ cedit & incudibus. Volũtq; in adamãte tan-tam inesse uim: ut & uenenis uim auferat: & lymphatiões metusq; uanos abigat atq; expellat ex hoĩm mẽtibus. Sed hæc de adamante fortasse pluribus: q̃ oportuit. Cætera cũ uenero: inter nos cõmentabimur: Nã ego mihi uideor fortunatissimus q huic me diuino principi sentiam esse cha-rissimũ. Plura em̃ sunt: quæ non recte litteris cõmittantur. Cras ad uos redibo. Vale. Ex Mediolano kal'. Ianuarias Anno a natali Christiano. M.cccc.xl.

Frãciscus Philelfus: Bornio salæ iurecõsulto: sal. d

Esideriũ de me tuũ me nõ iiuria plurimũ delectat. Est em̃ plenũ amoris præcipui erga me tui. Sed uelim: scias mutuũ esse amorẽ nostrũ planeq; singularẽ. Non em̃ magis me desideras: q̃ desideraris a Philelfo. Dij male-faciãt factiõib⁹ uestris: quib⁹ diuina oĩa humanaq; cõfundũtur. Iam iterum ad uos iui: eo sane cõsilio: ut a uobis nunq̃ decederẽ. Sed nescio qua ul' hominũ peruicacia uel fatali

altro sit factũ: ut bis inciderim in atrocissimas uestræ reip. procellas atq; tempestates. Musis inter arma nusq̃ bñ consultũ est: sed Bononiæ longe periculosius. Itaq; habẽda nobis fuit ratio & dignitatis & q̃etis. Ego iussu principis mei adhuc ago Papiæ; ad paucos dies Mediolanũ petitur⁹ cũ uniuersa familia: Vbi omnia mihi parata sunt & ad cõmodum & ad dignitatem. Vale. Ex Ticino. iij. idus Ianuarias M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: sal.

i Am mihi integrum non est: ut tuo utar consilio. Sum enim huic excellẽtissimo principi obstrict⁹: non solum fidei sanctitate: quã præterire non licet: sed maximis etiam beneficijs: quibus si abuterer: possem iure ingratitudini obnoxius fieri. At emori malim q̃ ulla uel minima iniuri nota infamiæ. Itaq; rogo te p indissolubile amicitiæ nostræ uinculum: ut me dignitatis meæ rationẽ habere patiare. Nam quo pacto me amicitia tua dignum iudicares: si forem iniustus? Quod si iusticiæ fundamentũ est fides: patere æquo animo: ꝙ promissa atq; cõuenta inuiolatæ sim seruaturus. Mors ipsa dũtaxat nos ab hoc principe abstrahet. Et meum ĩ te amorem nulla neq; fortuna nec tẽporum mutabilitas labefactabit. Vale. Ex Ticinio pridie kal. Februarias. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Aloysio crotto ducali secretario senatoriq;: sal.

o Portune mihi redditæ sunt exoptatissimæ litteræ tuæ. Nam hic diutius esse non poteram non moleste ferre. Non enim te latet: quo fuerim cõsilio ex urbe Sena primum: deinde ex Bononia a nobilissimo principe accersitus. Veniam autem cum uniuersa familia omniq; supellectili Mediolanum ĩtra quatriduum: Misi enim istuc: qui ædis mihi cõduceret. Vale. Ex Ticino. iiij. idus Februarias. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Alberto Zancario: sal.

T scias: quẽ in locũ missur⁹ posthac sis tuas litteras: ego nudiustertius cõcessi Mediolanũ cũ uniuersa

familia rebusq; meis omnibus. Estq; aduentus meus cũ ab hoc præstantissimo principe: tum ab uniuersa repu. exceptus periucunde adeo: ut unus Philelfus omnibus sit ĩ honore. Mirabile dictu est: q̃ sum honoratus ab omnib⁹. Bene cœpta secundet deus. Quod si fiet: nemo me uno neq; fortunatior: neq; beatior. Vale. Ex Mediolano idibus Februarijs. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Saxolo pratensi: sal.

[S]Cribis mirari te: quid stoicis philosophis ĩ mentẽ uenerit: ut cum in ijs quæ corpori sũt fortunæq; tributa: selectionẽ posuerint: minus ea neq; bona uoluerint: neq; mala appellari: sed altera commoda: altera incommoda: & ut ipsi appellant. ἀδιάφορα: adiaphora: hoc est indifferentia: quod & bene uti illis quis possit & male. Possem hac de re tibi rationes nonnullas ostendere: quas tum ob temporis angustias: tum ob occupationes meas in præsentia missas facio. Sed eam tu unam minime negaueris. Quod sua natura bonum est: eo meliorem hominẽ red dit: quo magis crescit in cumulum: id quod de omni uirtute tam actiua q̃ cõtemplatiua licet intelligi. At commoda tam corporis q̃ fortunæ tanto reddunt homines ad maleficium promptioris: quãto fuerint ampliora. Alios opes ingentes superbos reddunt: alios incontinẽtis. Ita regni magnitudo in tyrannida cõtumeliamq; excedit. Idem de corporis uiribus atq; pulchritudine. Idem de ijs omnibus dici potest: quæ uel fortunæ uel corpori tributa ducũtur splendida. Velim: mihi aliquem ex his uirum bonum ostẽdas: hoc tempore: qui uel formæ præstãtia cæteros antecellũt: uel diuitijs sunt & potẽtia alijs ciuibus superiores. Pudet me dicere quod uerissimum esse in omnibus fere animaduerti. Et dicam tamen: Non modo uir opibus abũdans nõ est bonus: sed & superbus & contumeliosus. Pulchri oẽs lasciui sunt & muliebres. Vale. Ex Mediolano kal'. Aprilibus. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Antonio panhormitæ: sal.

i Am ditior factus es: id qđ ea cõiectura assequor: quod te superbiæ obnoxiũ facias. Nam dum nihil respõdes homini amicissimo tot a me litteris inuitatus: qd aliud esse rear in causa ꝗ superbiã? At ne illud te lateat: uelim: in quo plus est fortunæ: in eo minus eẽ uirtutis. Quare tibi cauendũ est: nedũ pecunijs diligenti⁹ inuigilas: negligentiorẽ te præstes circa ingenij ꝓbitatisq; præstantiã. Vale. Ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Leonardo iustiniano: sal.

a Dhortionẽ tuã & si bonã in partẽ accipio: eiusmodi tamen est: ut ea hoc tempore utendũ nõ sit. Nõ es eñ nescius decere prudentẽ uirũ temporis habere rõnẽ. Itaq; rogo te: ne quid posthac eiusmodi ad me scribas: qđ iure queat reprehendi. Præterea cũ oĩbus in rebus: tũ in promissis seruãda est cõstantia. Quid eñ leui hoĩe magis contẽnendũ? Ingenium tibi meũ iampridẽ cognitum esse oportet: quippe qui & intus me noris: non minus ꝗ in cute: seruata fide: nihil est: qđ tua cã facturus non sim. Vale. Ex Mediolano. kal'. Maijs. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: sal.

q Vod afficiaris maximo desiderio uisendi mei: habeo sane exploratissimũ ul' ex ea cõiectura: quã de meipso facio. Qui eñ nõ desiderem te & uisere & cõplecti & exosculari: q cũ uetere eaq; summa beniuolẽtia sum coniunctus? Accedit præterea uirt⁹ tua & doctrina & eloquẽtia & merita citro ultroq; collata: quib⁹ plane fit: ut nostra utrinq; memoria nullo nec locoꝝ nec temporũ interuallo extingui queat. Cæterum quãdoquidẽ quod uelim⁹ fieri neqt: id uelimus qđ queat: necesse est. Vtẽdum igit̃ nobis est mutuo scribendi officio: ut quod lingua nõ põt: arundinis præstet uicissitudo. Id & facillimũ est utriq; nostrum & iucundum imprimis. Et quo initium detur huiusmodi muneri: peto abs te: ut me facias certiorẽ de reb⁹ orientalibus: maximeq; de Turcis: si quid habes noui. Vale. Ex Mediolano. iij. nonas Iulias. M.cccc.xl.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Cornelio:ſal.

p Lacuiſſe tibi meos de exilio libros plurimũ lætor: Nam probari abs te ſcripta mea tanto & tanta grauitate & ſapientia uiro non poſſum mihi non magnæ laudi ducere. Adhortatio uero tua qua mecum uteris ad abſoluendum id operis eiuſmodi eſſe tibi perſuade:quæ mihi plurimũ addat honoris ad mei animi inſtitutum. Eo em̃ maiore cum ſtudio nauabo:quod mea ſponte ſum aggreſſus:quo uideo me tibi rem facturum gratiſſimam. Quare ni aliquod infeſtum numen mihi impedimento fuerit:breui perficiam quod occepi. Vale. Ex Mediolano pridie nonas Iulias. M.cccc.xl.

Franciſc⁹ Philelfus: Andreocio petrucio:ſal.

q Vod abſentis mei perpetua recordatione imaginem præ te feras:ſic enim ſcribis:nõ poſſum equidẽ nõ lætari. Affers em̃ argumentũ minime obſcurũ egregie cuiuſdam beniuolentiæ in me tuæ. At ego quo itẽ aio in te ſum:debes ex teipſo coniecturam facere. Et fieri ſane nullo pacto natura põt:ut nõ æque ametur qui uere amat. Itaq; tibi debes indubitato perſuadere te mihi eẽ chariſſimũ:idq; cũ ob hanc iſtam cauſam:quod me amas:tum etiã ꝙ ea uirtute uigẽs:ut dignus ſis qui ameris ab omnib⁹. Deſiderare autem te præſentiam meam hoc ſane in te ẽ: Nã ſi mediolanum uiſere inſtitueris:qđ eius rei te:cũ iſtic agerem:aliquando facturum affirmabas: & præſens præſentẽ uidebis Philelfum tuum: & multa cognoſces:quæ abſens attingere nunq̃ poſſis. Itaq; tuum erit:ut cumprimũ tibi facultas dabitur:huc uenias. Quod ſi feceris:magnam mihi crede:uoluptatem cõſequere. Vale. Ex Mediolano nonis Iulijs. M.cccc.xl.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Auriſpæ:ſal.

t Otus es in librorũ mercatura:ſed in lectura mallẽ. Quod ſi faceres:longe melius & tibi & muſis conſultũ eſſet. Quid em̃ prodeſt libros quotidie nũc emere: nunc uendere:legere uero nunq̃? Ego quos uendam :habeo libros nullos:Emerem potius:ſi pecunijs abundarem. Quinetiã in hac pecuniarũ difficultate: ſi qđ op⁹ õnderis

quod precio dignũ censeam: enitar emere: etiam si seruire me oporteret. Declarabis igitur per lr̃as: q libri tibi & quales sunt uenales. Quod si feceris: intelliges me nulla premi inopia. Sum em̃ apud eum principem: apud quem ægere potest nemo. Vale. Ex Mediolano. viij. idus Iulias. M. cccc. xxxx.

Franciscus Philelfus: Ioanni tuscanellæ: sal.

d E Quintiliani declamatiõibus quid ipe sentiã paucis accipe. Equidẽ Quintiliani inuẽtionẽ uæhemẽter probo. Est ea em̃ & acuta & prudens. Sed orationis ei⁹ filũ mihi sane non placet: sapit em̃ hispanitatẽ: nescio quã: hoc est barbariẽ plane quandã. Nullã habet elegantiã: nullum nitorem: nullam suauitatem. Et quæ nõ præcipua modo: sed necessaria sunt in oratore: neq; mouet dicẽdo Quitilianus: neq; satis docet: nec delectat. Sed uidetur somnolẽtus quispiam & incõpositus. Tenet fortasse Quintilian⁹ quantum ex eius scriptis aĩaduertere possumus: nonnulla commoda præcepta artis rhetoricæ. Multa commemorat: multa colligit. Sed ita sui dissimilis est: ut quæ alios docet: ipse ignorare uideatur. Verum concedamus illi doctrinã si ita libet oĩno: Mouẽdi tamẽ delectandiq; uim nullam habet. Quæ quidẽ duo qui oratori subtraxerit: non oratorẽ illũ: sed aratorem demonstrabit. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Iulias. M. cccc. xxxx.

Francisci Philelfi Epistolarum liber quartus.

Franciscus Philelfus: Rainaldo Albiçio equiti aurato: sal.

q Vo nihil tibi ac cæteris optimatibus Florẽtinis neq; optatius poterat in hac tẽporũ calamitate neq; melius contingere Rainalde Albiçi: mittit hic humanissim⁹ princeps meus Philipp⁹ Maria uobis auxilio ĩ hetruriam ad recuperandã patriã: inclytũ & inuictum impatorẽ Nicolaũ Perusinũ cognomẽto picininũ cũ exercitu firmissimo ac reb⁹ oĩbus ornatissimo. Id aũt mea potissimum opera atq; diligentia effectũ esse nõ te latet. Nunc uero tui est officij id curare: ut nihil temere factum possit a quoq; existimari. Hoc autem una re facillime cõse

quaris:si studueris:ut qui tecũ futuri sunt (Nam de te uno ut es animo ingēti & moderato:nihil uerendum suspicor) nihil agant aut superbe aut iracunde:quin poti⁹ ab omi iniuria:ab omni maleficio se cōtineant. Et q̄q̄ scio te prudēter oia curaturũ:quid tamen ipse sentiam:exponã paucis. Quoniam præcipuus corporis uigor positus est in capite: ab ipso primum capite initium est sumendum. Hoc enim percusso:penitus membroꝝ quæ reliqua sunt: nullus ē futurus labor. Nã excisa radice:cōtinuo corruit tota arbor. Suspicor em̄ aliquos fore:qui priuatæ rei potius q̄ publicæ rōnem habentes:uelint alĳ ab alio uel oppido uel municipio rem aggredi:ab quibus ego uæhemēter dissentio. Recupata em̄ Florētia:oia quæ reipu. Florentinæ parent:sine ulla ui:sine ullo oino labore q̄primũ redibunt ad sanitatē. Quod si secus initium fiat:permulta interea temporis possint accidere: quæ rem uestram omnem consiliaq; perturbent. Itaq; omnium primum prope ipsa urbis mœnia ducēdas copias arbitror:quo & amici atq; boni ciues animũ resumant:& inimici ac perditissimi hostes patriæ inopinato metu perculsi:audaciam omnem consiliumq; amittant. Quod si feceritis:ꝑmagna undiq; auxilia cōtinuo ad uos confluent. Quis enim ābigat & Bononienses & Lucenses ex hac parte:ex altera uero tum Senenses:tum etiam Perusinos uobis auxilio fore? His enim omnibus factio Cosmiana maximo est odio. Vos autem cum uirtute gratiaq; uestra:tum auctoritate & gratia huius præstantissimi principis incredibili beniuolentia prosequuntur. Nulla secordia utendũ est:nulla negligentia. Eo em̄ est utendũ:ut hoc tpe de summa rerũ decertādũ sit. Oia sunt secũda uobis:& inimicis aduersa. Nisi uobis uos defueritis:actũ ē de oibus illis ipĳs patriæ parricidis. Sētite quæso uobiscũ oēs. Tollatur e medio ois aioꝝ offensio:siq̄ in illis exulibus inter se se priuatim est reliqua. Cōmunis uobis oibus Cosmus est hostis:& idē patriæ nō secus ac uobis infestus & inimicus. Si hunc e medio sustuleritis:& uosmetipsos & uniuersam patriam iugo teterrimo liberabitis. Vale. Ex Mediolano v. idus Iulias. Anno a Christi natali die. M. cccc. xxxx.

Franciſcus Philelfus: Sal. plu. dicit
Senatui & populo Florentino.

e Tſi uereor uiri Florentini aliquos fore: qui perturbatione quapiã potius impotentiaq; animi: q̃ ulla rõne ducti: cũ primũ Philelfi nomen manũue inſpexerint: haſce litteras legendas diſſuadeant: malintq; ſuæ ipſoꝝ cupiditati: q̃ Floretinæ reipu. uel quieti uel cõmodis inſeruire: nolui tamen quæ uobis ueſtreq; inclytæ ciuitati maiorem in modũ cõductura exiſtimaſſem: præterire ſilentio. Atqui multo ſecus ij certe ſentirẽt: ſi nõ tã ſibi q̃ patriæ ſe natos uellent: quãq̃ ne ſibi quidẽ nati ſunt: cum patriæ charitati non conſulunt. Nam ſi uobiſcũ uos egregiã illã & ſingularem meam erga ueſtram rempu. obſeruãtiam atq; pietatem repetere diligenter: & q̃ueriſſime iudicare inſtitueritis: plane inuenietis eũ eſſe Frãciſcum Philelfum qui de illuſtri ciuitate ueſtra ſit q̃optime meritus. Qđ ſi præſens omni opera: omni induſtria: omni deniq; mente cogitationeq; ſtudebam: non priuata mõ: ſed etiam publica fide ac beniuolentia id moliri: id agere: id præſtare: ut omnes perſpicue intelligerent me unum ex omibus imprimis exiſtimandũ: q Senatui ac populo Florentino nõ ſecus atq; immortali deo afficerer: nolim: arbitremini me ĩgeniũ cũ aere mutauiſſe. Etem̃ poſtea q̃ iſtinc deceſſi: Senã primũ: deide Bononiã: Ticinũ poſteaᵘ & demũ Mediolanũ: aliud ꝑfecto nihil tantopere curaui elaborauiq;: q̃ ut & ciuis ueſtros aliquo ſemper officio proſequerer: & nomen Florentinũ ſummis laudibus apud omnes efferrẽ. Nec me cuiuſq̃ iniuriæ aut inimicitiæ a meo priſtino & obſeruantiſſimo i uos animo retrahere ſane potuerunt. Memineram enim ijs me apud uos honoribꝰ ac præmijs ſex annos affectum: quantis antea unq̃ neminem. Animaduerteram ſæpenumero adeo me & auctoritate apud uos omnis & gratia ualuiſſe: ut nihil unq̃ in urbe ueſtra fruſtra uel petierim uel deſiderarim. Cum alias ſæpe: tum maxime per id temporis quo inuidorum coniuratione ac perfidia ſum per occultos ſicarios uulnere illo tetro dehoneſtatus: q̃ & bonis omnibus & uniuerſo populo charus eſſem & periucũdus:

liquido cognoui. Quis enim magistratus ali⁹ ipse per sese: alius per suos ad me nuncios non plane oñdit q̄ ægre & p/ moleste ferret illā in me oēm iniuriā? Nonne ipsi Octoui/ ri quos custodiæ nominatis: qbusq; reipu. tutela oīs ac sal⁹ mandata est: & bis & iterū ierunt ad me: quo fierēt ex me ipso certiores: quosnā haberē suspectos: q id in me facino ris perpetrassent? Et cum ipse ijs de rebus eloqui nihil uel/ lem: quippe qui id sine aliqua publica turbatiōe in lucē p/ ferri nullo pacto posse censerem: nōne publicā ei merce/ dem decreto publico statuerūt: qui aut patratorem facino ris uiuū enecatūue dedidisset aut qui fuerāt uel auctores uel conscij detulisset? Quinetiā plærosq; admotos quæstio nib⁹: & uarijs cruciatibus: quo rē indicarēt: acerbissime af/ flictos obliuisci nunq̄ potero. Quid multis? Quæcunq; in me beneficia collata Florētiæ sunt: quæ & plurima fuerūt & maxima: ea omnia & cōmuni & una & cōsentiēti & ea/ dem omnium optimatiū populiq; mente collata sunt. Iniu riæ uero quantūcunq; aut illatū aut optatū est: id paucorū eorūq; improboꝝ ac proditorū inuidiæ semper dedi. Sed unum illud & cum istic aderam: maximi semper feci & ab sens perpetua memoria prædicationeq; præ me tuli: nihil unq̄ Florentiæ a me temptatū: quod non ex sententia mo/ do: sed etiā cumulatius atq; fœlicius: q̄ fuissem optare au/ sus: consecutus non fuerim. Ita merito uos uiri Florentini optimoq; iure amo: colo: admiror: ueneror. Et quas refer/ re non possum: ingentis habeo uobis pro summis & īmor/ talibus uestris erga me beneficijs & sempiternas gratias. Atsi minus regratitudinem animi mei possum: nonne sal/ tem uoluntate eam declarem uobis? Testor autem deum ipsum: quæcunq; dicturus sum: eo me cōsilio: ea fide: eo de siderio: ea pietate dicturum: ut rebus uestris: quas & præ/ cipites & breui: quod omen diuina benignitas auertat: pe rituras intueor & q̄tutissime & q̄optime prospiciat. Qua/ re uos per salutem: per incolumitatem reipu. uestræ rogo & supplicibus oro precibus: ut omi perturbatione uacui: quæ a me fideliter pieq; dicentur: q̄ diligentissime atten/ datis: cognoscatis iudicetisq;. Qui hominū cœtus primū

ad ciuitatẽ urbẽq; uocarunt:nihil uidenť mihi tantope cu/rasse:q̃ ut mutua ciuis beniuolentia & charitate coniungerent atq; deuincirent. Sciebãt eñ amoris ui ac uirtute om/nia non seruari modo: uerũ & augeri & illustrari. Itaq; non absurde Orpheus ille in argonauticis:quicunq; tandẽ is fuerit:quẽ tñ uetustissimũ poetarũ fuisse constat:cũ loquere/tur de sũmo deo: eũ esse amorẽ uoluit:quẽ ideo phaneta nominauit:qđ omniũ primus ubi apparuisset:oĩa quæ condiderat:crearatq; ipso dũtaxat amore atq; concordia æter/ne mansura perduraturaq; ostendisset. Quare & mundus ipse quæq; in mundo sunt:solo amoris uinculo & constant & conseruanť. Nihil esse diuturnũ põt: qđ simultati:quod odio:qđ discordiæ sit obnoxiũ. Nõne illi primi impuri an/geli quos dæmonas appellauit antiquitas:satis nobis ac su/per exemplo sunt:quantũ ærumnarũ ac miseriæ in maliuo/lẽtia & seditiõe sit positũ? Sed qd supna & cælestia memoramus? Mortales mortalia meminerimus. Proinde & inferiora loquamur & nr̃a: ut Aegyptios:ut Assyrios:ut Me/dos:ut Persas omittamus:qd Hebræorũ regnũ: ut ultima hæc scelera impietatẽq; conticuerim:totiens euertit? Nõ/ne ciuiles dissensiones? Macedonũ uero imperiũ qd aliud perdidit:q̃ intestinæ inimicitiæ? At lacedæmonij q̃diu Lycurgi legibus paruerunt:& principatu floruerũt & gloria. Cumprimum contemptis Lycurgi & æquitatis legibꝰ:cœ/perunt priuatæ magis q̃ publicæ utilitati & dignitati cõsulere:per om̃es reipu. procellas atq; naufragia libertatẽ pul/cherrimã continuo amisere. Quid Atheniensiũ ciuitate illustrius? quid præclarius? quid deniq; gloriosius? qđ splendidius? Hæc bonarũ omniũ & laudatissimarũ artiũ inuen/trix ac parens. Hæc belli pacisq; disciplina:domi forisq; in/signis. Hæc & dignitate & opibus in uniuersum terrarum orbẽ:præpollens atq; admirabilis: ubi ad id magnitudinis ac uiriũ ascendisset:ut nulla re prorsus ad fœlicitatẽ egere uidereť:nõne mox:postea q̃ partiũ studia fouere:factiões cõplecti:pestiferas æmulatiões ambitionesq; ciuium alere cœpisset:repente ac præceps in obscurã & sordidã seruitutem corruit? Nam de Romanis qs est qui nesciat eos alia

nulla causa: quam cōtrarijs inter se uolūtatibus & studijs perijsse funditus? Siue enim incipiamus a dominatu regio ab ipso usque Romulo repetentes: siue post exactos reges senatus ac populi principatum consideremus: intueri licet quantis ij semper in tempestatibus ac fluctibus iactarentur: quantis laborum & calamitatū premerentur molibus ob infestas inter se mentes atque contētiones. Nam ubi aliud uelle plæbei: aliud optimates cœperunt: & aliud populus sentiret: aliud senatus: cum alij plærique superiores firmā florentēque remp. loco mouerunt: tum & Marius & Sylla radicitus propemodū euerterunt: & Pompeius & Cæsar: quantum in fortuna fuit: interemerūt. Etenim quod ea seruata fuerit: inauditæ illi Cæsaris clæmentiæ benignitatique dandum est: quod ea moderatiōe & animi magnitudine est usus uictoria: ut perspicuum reddiderit omnibus se longe pluris fecisse semper patriæ salutem atque dignitatē: quam suam. At ubi ad unius quasi dei imitationem atque exemplum: qui omnia gerit sua illa summa prouidentia immensaque maiestate: omnia regit: omnia moderatur: respub. ad unius optimi principis arbitrium fœlicioribus quibusdam auspicijs peruenisse uidebatur: continuo rursus per ciuilis tempestates fluctuās: miserabile naufragium passa ē: & ita passa: ut ex illo romani imperij fastidio obstupendaque magnitudine præter nomen aliud nihil extet: nihil appareat: & illud quidem quātulumcunque est: quod certe perexiguum est: nequaquam apud Romanos aut italios: sed quod & probro & dedecori maximo ducendum est: apud exteras & barbaras nationes. Oh discordia malorum & miseriarum omnium dux & causa. Quid enim & aliena & uetustissima consectemur? Non abunde & domesticis & nostris exemplis uti possumus? Quid autem altius repetamus oportet? Quotiens uiri Florentini uestra florentissima ista ciuitas teterrimū tulit seruitutis iugum ob istiusmodi inter uos discordiarū procellas ac turbines? Vt enim antiquiora missa faciamus: Num farniatæ Huberthi Gebellinæque factionis? Nū alborum & nigrorum: quos appellarunt: uos cœpit obliuio? Quod si minus reliqua memineritis: Senam petite

Bichernam ingrediamini:licet ingredientibus ſeſe uobis Martinella campana illa humilis & abiecta oſtendet ad dexteram. Et ne inter uos mutuis odiorꝝ ignibus æſtuetis: ꝗ̃ potuerit altis uocibus obſecrabit atqꝫ obteſtabitꝰ. Idē ſuperioribus e locis pendentia atqꝫ captiua uexilla ueſtra: quæ puluere ac ſordibꝰ iam deficiunt: admonebunt. Verum qd Senam: quid Bichernā: quid peregrinas urbes ac locos petere opus eſt? Habetis in prætorio ueſtro conſpicuum monumētum obſcuræ & truculentiſſime ſeruitutis depictam ducis Athenarū imaginē. Quid dipictā: quid imaginē dixi? Habetis inqꝫ fundamenta quæ iecit: robuſta & munitiſſima ꝑpetuæ ſeruitutis. Quæ ſi intueri: & depoſitis animorum turbulentiſſimis motibus: conſiderare uolueritis: intelligetis profecto & antehac profuiſſe nunqꝫ Florentino populo & hac tempeſtate: ni prudētia & grauitate ueſtra in medium ꝗ̃primum conſulueritis: ꝗ̃ maxime obfuturas ciuiles diſcordias atqꝫ inimicitias. Quid enim per immortalem deum contra uos arma ſumitis? Quid præcipites ac furentes in pernicie̅ ueſtram & exitium ruitis? Num adeo aduerſo: adeo hoſtili: adeo inimico & infeſto numine premimur: ut cum maxime perimus: tum ſeruari maxime ſecundiſqꝫ rebus uti exiſtimemꝰ? An minus quæſo aīaduertitis uiri Florētini iam res ueſtras ad triarios rediſſe: & tāto quidem in periculo uerſari: quanto ex om̄i nominis Florentini memoria nunqꝫ antea. Vellem equidem: ea mihi liceret eloqui: quæ pro mea fide: ſi uolo is eē qui debeo: ne loqui quidem poſſum. Facerem ſane: perſpiceretis & id q̄dem luce clarius: ad id diſcriminis uos redactos: qđ ubi obſtinatius in ſentētia permanſeritis & duriſſimum ſit & extremam uobis calamitatem allaturum. Sed quandoquidē & ipſe loqui prohibeor: & uos ea eſtis ingenij acrimonia: eo uſu præſtantiqꝫ prudentia: ut uel nobis reticentibus: ſi diligentes & induſtrij eſſe animaduerſores ſtatueritis: impendentē ruinam uobis ex ipſo iſto rerum præſentiū fragore haud difficile prænoſcere poſſitis. Reliquū ē: ut quæ uel munere uel hortari uel orare ſine reprehenſione uos poſſum: paucis expediā. Duo uobis faciunda cenſeo uiri

Florentini:quo rectissime & pacatissime uobis uestræq́ ci uitati consultũ sit:ut & ciuis uestros uiros optimatis: quos exules agitis:in urbẽ recipiatis: & cũ hoc diuino principe Philippo Maria anglo in gratiam redeatis. Quæ quidẽ ita inter se apta:ita cohærẽtia:ita connexa sunt:ut alterũ recte fieri sine altero nequeat. Etem̃ q̃diu ornatissimũ ac primariũ ciuitatis ordinẽ extorrẽ agitis:solliciti semp sitis:necesse est:quippe qui non sitis ignari ualere uiros optimatis & prudentia & magnitudine animi & auctoritate & opib⁹. Itaq́ facile intelligũt:quibus sit artibus utendũ & ad patriã recuperandã & rem & dignitatem. Nã & si magnanimoꝝ est uirorum iniuriæ obliuisci: iniuriam tñ uł ulcisci:uel ꝓpulsare humana iura diuinaq́ ꝑmittũt. Non em̃ hi uiri ingentissimis animis splendidissimisq́ ingenĳs:quos longissim⁹:ut nostis:rerum uariarũ & maximarũ usus diu ac multum per om̃es fortunæ uices exercuerit atq́ instruxerit:uł metu perculsi:uł inscitia aut imperitia retardati se in ociũ conferant:& æquo animo indignitatem patiantur: præsertim cum plane dilucideq́ perspiciunt tantũ de se põderis ac beniuolentiæ: cũ apd̃ alios principes & reges:tum apd̃ Philippũ Mariã concitatũ esse:ut non tam de se sibi:q̃ de uobis dubitandũ sit. Non em̃ uiri optimates uos oderunt: sed miserenť potius:qd̃ ad id difficultatis uestras res quas suas etiam ducunt:redactas intueanť:ut breui ultimã perniciem passuras metuãt: ni saniore consilio propediẽ utamini. Videtis quas secum uires:quas copias:quos exercitus in agrũ florentinũ duxerint. Quo autem eos impatore Philippus hic munierit:non uos fugit. Est em̃ is Nicolaus picininus:qui om̃is & impatores & duces huiusce tempestatis bellicis laudib⁹ mirifice superet: & cũ om̃i uetustate haud iniuria cõparari queat. Huiusmodi certe hom̃es admirabilis ac diuina uirtus Philippi Mariæ reddere consueuit qui sempiternæ illius ꝓuidentiæ minister & ꝑinde atq́ secũda natura quædã ex improbis probos:& ex bonis optimos plane efficiat. Vigebat mediusfidi⁹ suopte ingenio atq́ industria Nicolaus eximia quadam cum uestris auspicĳs militaret & incredibili ꝓbitate. Vbi uero hui⁹ diuini

principis consuetudine & disciplina est usus: facile declarauit: declaratq; indies tantum se rei militaris & disciplina & usu & sollertia inter mortales excellere: quantum omni laudatissimarum omnium uirtutũ genere atq; splẽdore Philippus hic supra hominem proxime accedit ad deum. At quibus uiri optimates præsidijs sunt auxilijsq; fræti: ea non contra patriam: sed pro patria compararũt. Est enim his istis innocentibus & fortissimis uestris ciuibus: quos solo patrio eiecistis: charitate patria nihil charius: nihil antiquius. Qui si exilium suum patriæ conducturum arbitrarentur: modice: æquissimoq; animo patria carerent. Sed cum manifesto cernunt per huiuscemodi naufragium suum ciuitatis Florentiæ: non modo miserabilem iacturam: sed etiam extremã summersionem atq; interitum: ut & se patriæ & patriam pristinæ libertati dignitatiq; restituant: omni ope: omni opera moliuntur. Cui enim obscurum sit: quibus hominibus uos talis ac tantos uiros in præsentia parere oportet: qui Florentinum populum omni pecunia exhauriunt: diminuunt dignitate: spoliant gloria: libertate priuant? Hæc dolent uiri optimates: hæc ingemiscunt: hæc queruntur. Nullo in uos odio sunt affecti: nulla simultate. Et iniuriam & contumeliam omnem obliti sunt. Miserentur uestræ calamitatis: & ob eam quoq; rem tanq̃ suarum obliti iniuriarum uos diligere iam incipiunt. Nihil uerentur magis: q̃ ne peruicacius obdurueritis: quæ sola uos causa potest perdere. Nam si serius uestros ciuis in urbem reuocaueritis: non estis nescij: quantum detrimenti & Florentinum solum & imprimis municipia ipa: & oppida susceptura sint. Quis em̃ hoc tẽpore militibus legem tradat? Quis eorũ licentiam coerceat? Nullus dux: nullus imperator: nulla auctoritas uim militarem cohibuerit. Nihil sanius esse puto: nihil utilius factu: q̃ omnes militaris copias q̃primum ex hetruria dimittere. Id uero alia re nulla facturi estis: q̃ si ciuibus uos uestris: hoc est uobisipsis & patriæ & deo immortali euestigio & pie recõciliabitis: decreuerunt enim uiri optimates nunq̃ istinc firmissimum & ualidissimum exercitum

amouere:nisi quauis uia recupata patria. Pacate uobiscũ uiuere ac tranquille uolunt. Quare ne horũ lenitatẽ contẽpsisse uideamini: prouidete. Illud aũt scitote: siquis etiã casus: nam uaria est fortuna belli: aut sanius consiliũ ex hetruria præsentem uel imperatorem ul' exercitum ad Insubres reuocarit: tamen non multo post uel hunc eundem uel fortassis etiam non minorem imperatorem & exercitum certe longe robustiorem patiemini. Scitote etiam illud nullã uobis cum exulibus optimatibus neq̧ firmam: neq̧ tutam pacem aut concordiam esse posse: nisi eadem cum Philippo Maria futura sit. At hæc una uobis maxime conducit necessariaq̧ ẽ. Nã siqua in uestris animis de receptis optimatibus suspicio resederit: quoniam his acerbius fortasse q̃ ius fasq̧ postularat: uos usos cẽseatis: quãuis nihil de ijs omnino uerendum sit: noui horum lenitatem ac mansuetudinem: sed siqua resederit suspitio: hunc estis semp eũ sponsorem habituri: cuius fides om̃i uobis certitudine certior esse exploratiorq̧ debeat. Quis enim aut est: aut fuit unq̃ hoc uno principe iustior: uerior: innocentior: constãtior: grauior? Nam q̃ est excelso atq̧ inuicto animo: quanta humanitate clæmentiaq̧ pollet: q̃ se in omnes liberalẽ & munificentissimum præstat: ne mortui quidem ignorãt. Etenim de religione & diuini cultus obseruantia neminẽ esse inter mortalis uideo: qui sit cum Philippo Maria conferẽdus. Quo in hunc animo Eugenius semper fuerit: quibus hunc iniurijs persæpe lacesserit: quibus detrimentis affecerit: & uobis est perpulchre cognitum & reliquis non ignotum. Quam hic nunc Eugenio par pari referre posset: modo uellet: qui minus sentit: lapideus est. Qd' eo magis facturus credebatur: quod Basiliensi concilio omni subsidio & ope semper affuerat ac fauerat. Verum id homines non considerant nostrum hunc diuinum principem tantisper Basiliensi concilio fauori præsidioq̧ fuisse: dum animaduerteret Christianæ reipublicæ & cõmuni ecclesiæ emolumẽto atq̧ amplitudini patres illos ꝓspicere. Nã cũprimũ eos priuatæ simultatis cupiditatisq̧ rõnem hr̃e intellexit: ob idq̧ ad scissurã ecclesiasticã nefa

riũq; schisma oĩ conatu: oĩ studio cõspirare ac ueluti cõiurare: mox ab incœpto sese auocauit: & alios quoscũq; potuit: ab eo qđ breui futurum aspiciebat: imminenti facinore insaniaq; retraxit. Videmus tandẽ seu id iure siue iniuria factũ sit: pontificẽ alterũ fœlicẽ: quẽ eo consilio atq; mẽte rem tantã admisisse fatenť oĩs: quod minime futurum dubitasset: ut se gener hic q̃cupidissime sequeretur. Id qđ etiã alios Christiani nominis principes continue facturos sentiebat. Sed Philippus Maria nulla necessitudine: nullis precib⁹: nulla ingentissimorũ munerũ ac præmiorũ spe induci potuit: ut a mantissimo & benemerenti socero in hãc diem obsequeretur: Intelligit eñ primã sibi necessitudinẽ esse cum deo: nec plus cuiq̃ debere q̃ deo. Nec ulla esse aut munera aut præmia cum ỽtute deoq; cõparanda. Vtinam eximias huius immortalisq; uirtutes & cognouissetis iampridem principes Florentini: uel iam tandem statuatis cognoscere. Nam si malueritis huius diuini uiri beneficẽtiam & incomparabilem animi magnitudinem experiri: q̃ id præstare assidue: ut uel inuitus & præter ingenium institutumq; suũ bello premere uos cogatur: experiemini profecto neq; tranquillius ad quietem: neq; ad dignitatẽ pulchri⁹: neq; ad status reipublicæ diuturnitatem perpetuitatemq; tutius: neq; ad facultates utili⁹: neq; ad corroborãdas uires aut fœlicius aut melius prouideri uestris rebus a uobis potuisse. Non modo enim firma uobis inť uosipos & diuturna pax atq; concordia per huius magnanimi & iustissimi uiri auctoritatem ac fidem futura est: sed etiam nullũ externũ bellũ: nulli motus ĩpendeãt: q ulla uos non dicã calamitate aut detrimẽto afficiãt: sed ne ĩuadẽdi qdẽ Florẽtini agri potestatem habeãt: Videtis eñ quib⁹ finitimis principib⁹ ac populis circũdati: septi: ullati estis: istos oĩs cũ Philippo sentire: uľ oĩs potius sub Philippo eẽ. Ea sũt cũ Philippo Maria: alij amicitia: alij societate: alij clientelis iunctis iũcti: ut nihil malint: q̃ quod Philippo gratum iucundũq; fore animaduerterint. Nãq; bello etiã maritimo adoriať uos nemo. Quis enim ambigat Alphonsum regem omnisq; gotthalanos nihil omnium tãtopere opta

re: q̃ ut sibi ea facultas offeratur: ille dies illuceat: quo quas immortales debent: sempiternas huic nobilissimo principi gratis referant? Quibus nunc classibus: quibus uiribus in mari Tyrrheno Alphonsus pollet: non sentitis modo: sed coram aspicitis? Nec uos ueteres cum Philippo Maria inimicitiæ: si quæ fuerint: a tanto bono deterreant. Sua huic fide nihil est antiquius: nihil constantius: nihil sanctius. Qui quoniam est ad decus & ad gloriam natus: nõ minori laudi dãdum arbitratur eos sibi beneficijs suis amicos reddere: qui fuerint inimici existimati: q̃ amicis ipsis benefacere. Vt enim Eugenium omittam: cuius in hunc iniurias nemo diligentius q̃ uos nouit. Alphonsum regem certe meministis: cuius etiã potentissima classe quãdoq; estis aduersus Philippum usi. Is cum illustri illa atq; formidabili ad Caietam & nauali & terrestri pugna cũ tot suis & fratribus & propinquis: cum tot imperatoribus: tot ducibus: tot principibus: tot maximis clarissimisq; uiris: tanto: tam potenti: tam firmo ornatissimoq; exercitu & prostratus & uictus & captus esset: quis ueſtrũ nõ credidit: si uerum fateri uultis: illum non in carcerem: non in tenebras: non in uincula coniectum iri: non perpetuam passurum seruitutem: sed per extremas potius ærũnas: per oẽm cõtumeliam & ludibriũ: ultimo etiam supplicio cũ suis omĩbus affectum iri? Et iure id quidẽ euẽturũ credebatis. Sũt eñ q apud uos nihil aliud curẽt: studeãt: moliant̃: q̃ p bonoꝝ detractiones atq; calũnias id efficere: ut & ꝓbi q sunt: ĩprobi & hũanitatis: mãsuetudinis benignitatisq; cultores: inhumani: crudeles: sordidi: & q uobis & pplo Florentino amici sunt: & laudũ uraꝝ studiosi: hi plane inimicissimi & infestissimi uideant̃. At qua Philippus humanitate Alphonsum exceperit: q̃ liberalit̃ munificeq; tractarit: q̃ magnifice regalit̃q; dimiserit: nulla posteritas cõticescet. Cũ alijs ĩ rebus pmultis ac maximis eximiã Philippi inauditãq; ꝟtutem admirari soleo: tũ in hac una imprimis: ꝙ nlla dominãbi cupiditate a splendidissima illa animi magnitudine unq̃ abduci potuit: ut de se quicq̃: qđ inuictissimo ac summo principe indignũ foret: existimari posset. Reges uicerat

Philippus Maria potētissimos & maximos:pmagna certe uictoria & oim sane: quas aut uidimus aut audiuimus aut legim⁹:clarissima. Sed mlto magis gloriosius esse reor:qd ea uictoria usus est:qua nō se minus uicisse iudicaretur ꝙ hostes. Etenim iram cohibere: qua nihil consuli recte potest:& insolētiam superbiaꝗ uitare ꝙ uictoria: potissimū solet afferre:unus hic:qui oīa semp clæmenter facit: omnia mansuete:omnia iuste:omnia moderate: oīa deniꝗ sapient:& summi principis munus arbitratur & suū. Quo factū est:ut non cæteros modo mortalis:sed qd longe pluris faciundū est:seipsum æquitatis & misericordiæ ac bnficentiæ laudibus mirifice suparit. Quāti uero hui⁹ laudem æstimari oporteat:uel ex eo intueri licet:quod Alphonsus ipse: ut est nobilissimo gratissimoꝗ aīo:eā se putat ex sua captiuitate gloriā assecutū:qua sibi nullā offerri posse illustriorē in uita:nullā clariorē & dicat & præ se ferat:nō eñ uidet solū & Sicilia sese:& Sardinia non eē spoliatū: quas Philippo insulas ad cæteras difficiliori condítiōes debebat ultro:sed etiā opib⁹ auctū:& his ab eodē se honestatū honoribus intellexit:ut lōge satius ac melius sibi fuisse cognosceret uinci ꝙ uincere. Et quod liberalissimū Philippi ingenium obstupendāꝗ uirtutē merito debet in cœlū extollere:ne port⁹ quidē Lunæ:qui nūc Veneris cognomentū accepit:nobilissimū oppidū:aut llicē castellū munitissimū sibi ab eoipso Alphonso restitui passus ē. O ingentissimo uiroꝶ aīo. O ignotā diuināꝗ constātiā. Nō alit:nō incēdit Philipp⁹inimicitias:uerū & sedat & extinguit poti⁹. Haud eñ dominādi cupiditate ducit:sed haberi se sociū: sed amicū:sed obsequentē:sed munificū:& uincere magis ꝙ uinci officijs cupit atꝗ studet sp. Nā qd est opus:aut Alphonsū regē:aut aliū queꝗ poti⁹:ꝙ uosipsos ī mediū referamus? Quotiens si uoluisset Philippus:qd uestra pace sit dictū:potuisset uobis rebusꝗ uris oibus ꝓ suo iure & uolūtate uti? Sileo reliqua. Et Lucensem mō: & Imolensem cladē nō estis obliti. Quo quidē utroꝗ tpe si Nicolaus picininus cū uictore illo ualidissimoꝗ exercitu in agrū Florētinū uertisset iter:actū sane fuisset de re ura. Nullus erat

uobis impator:nulli duces:nullæ copiæ. Ciuili simultate ardentissimisq; odijs inter uos p oēm tumultū ac furorē dissidebatis. Quare cum Nicolaus se rei accingeret: quippe q finem diuturni belli cū maximo sui principis incremento & gloria in manu se habere perspiceret: tum cōtinuo Philippus a cœptis reuocat: & uos ad pacem: ad amicitiam: ad societatem secum ineundā hortatur: monet: rogat etiam. Quid hac humanitate benignius? quid tanta mansuetudine illustrius? quid huius animi magnitudine celsius? Nōne satis supq; declarauit Philippus uobis: nō modo patria libertate priuare uos nolle: sed maximis etiā ac plurib⁹ bn̄ficijs uelle amplificare? Cōsueuit hic: ut liquido nostis: nō auferre alijs libertatem: sed ut est un⁹ omniū: qui sunt: aut fuerunt: futuriue sunt: excelso liberalissimoq; animo: & ciuitates alijs & prouincias cōdonare. Nolite igitur uiri magnifici aduersus hunc tā mitē: tā pium: tā benignū: tam magnanimū: tā diuinū principē cū uestro etiā maximo detrimēto atq; pnicie armis contēdere potius q̄ bn̄ficiū experiri. Redite iā tandē cū Philippo in gratiā. Hæc una res uobis nō diuturnā solū securāq; quietē allatura est: sed & publice & priuatim rebus uestris incremēti & dignitatis plurimū. Diligebat hic antea Florentinū populū ductus quadā ingenij bonitate & sua. Eius aūt prudentiā ac uirtutem corā exptus nondū erat: Sed postea q̄ uros ciuis optimatis p illā istā reip. uestræ sæuientē fortunā ppius uidit: didicit: tractauit: incredibile ē dictu: quāta beniuolētia & charitate nomē Florentinū cōplex⁹ ē. Qua quidē una re motus: id ē: ut uestrā florentissimā ciuitatē præcipuo qdā & egregio beneficio afficiat: studiosi⁹ curat hosce præstātissimos ciuis uestros in patriā reducere: hoc est uosmetipsos uobis restituere. Vos aūt ne peruicacius aduersemini & rogo & oro. Nullum est eñ pulchrius spectaculū ciuitate concordi ac sibi bene consentiēti: At auditus certe ali⁹ iucūdior nullus. Quæ ciuitas aut prudētius aut satius cōsulit reb⁹ suis: q̄ quæ simul & uniuersa cōsulit? Quæ facili⁹: quæ aptius: quæ perfectius quicq̄ agit: q̄ quæ simul cū ciuibus cunctis agit? Atqui uno eodemq; consilio erratur aut nunquā aut raro.

Quibus sunt res secundæ suauiores: q̄ ciuibus cūctis idem uolentibus? Qui res aduersas leuius tolerant: q̄ꝫ qui communi constantia tolerant: & tanq̄ꝫ aliquod honus ferunt? Vel quibus potius accidūt rarius res aduersæ: q̄ꝫ qui inuicem prouident: inuicem cauēt: inuicē propulsant ingruentem fortunā? Quæ alia ciuitas charior ciuibus eē pōt: quæ hospitib⁹ honoratior: quæ amicis utilior: quæ formidabilior inimicis: q̄ꝫ quæ priuatū nihil ducit in bonis: qđ a publica salute: dignitate: emolumento: potētia: trāquillitate abhorret? A quibus fidelior q̄ꝫ a suis laudatio ꝓficiscit̄? A q̄bus uituperatio aut uerior aut firmior? Consentientem & bene conuenientē populū & mortales uerent̄ & immorta tales amant. Seditiosum uero inter seqꝫ dissidentē & deus odit & homines contēnunt. Quæ urbs: quantus ager: quāta hominū multitudo populū reddit ualentiorem q̄ ciuilis cōcordia? Quot em̄ sunt ciues in ciuitate cōcordi: tot oculi opes illius & amplitudinē intuentur: tot aures audiunt: tot linguæ admonent: tot deniqꝫ mentes considerant: intelligunt: curant. Ea nauis: quæ gubernatoris & nautarū concordia regitur: & ipsa seruatur: & uectores atqꝫ honus seruat. Quod si ipsi inter sese gubernator & nautæ dissentire & contraria uelle cœperint: ubi uæhementior aliqua uētorum uis incubuerit: & nauis repente: & quæ in naui sunt: pereant: necesse est. Et currus item: qui tum perito utatur auriga: tum equis munitus consentientibus sit: & in certamine ac ludo supare: & in prœlio seruari atqꝫ uincere consueuit. Sin hi turbari tumultuariqꝫ inuicē aggrediātur: eo periculū discrimenqꝫ maius est: quo & ꝑtinacior fuerit auriga: & equi robustiores. Eodē modo ciuili concordiæ huiusmodi oīa conducunt uis pecuniarū: hominū ml'titudo: honores: gloria: uires. In discordia uero & seditione ciuiū hæc om̄ia & detrimētosa admodū sunt & pestifera. Quid hæc aūt prolixior mea sibi uelit oratio principes Florentini: non obscure debetis animaduertere. Pristina uestra illa erga me & maxima beneficia: ut hæc pro mei animi gratitudine piaqꝫ in uos fide tam familiariter uos monerem adhortata me sunt. Vos uero &si nulla ex parte dubito

facturos omnia sapienter:omnia moderate:omia mature: Ne tn ullis fortunæ blandicijs credatis gubernacla reipublicæ & oro & obsecro & obtestor prudentiam uestrã. Solet em fortuna nonnunq̃ uersutius ijs blãdiri: quos & odit maxime & immanius perditũ iri studet. Nulla est spes certior:nulla fiducia firmior:nulla diuturnior:q̃ quæ in deo fixa fundataq̃ fuerit. Quãobrem si spem fiduciãq̃ uestram pro singulari eximiaq̃ uestra prudẽtia atq̃ grauitate in diuina clæmẽtia & benignitate collocaueritis :perspicue mihi uidere uideor breui futurum: ut belli formidine ac periculo soluti:omni discordiarum incendio:omi odio : omni simultate:omi deniq̃ contẽtione deposita atq̃ interempta & publice & priuatim fœlicem atq̃ fortunatã agatis uitã. Valete uiri excellentissimi. Ex Mediolano. xvj. kal. Iulias. Anno a natali Christiano. M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Cosmo medices: sal. plu. d.

a Ristides Atheniẽsis cognomento iustus: cũ legat⁹ una cũ Themistocle:qui cũ ei erãt inimicitiæ:mitteret. Vbi ad atticæ fines uentũ est: Vis ait o Themistocles:nostras hic inimicitias relinquam⁹: Nam si uidebit:eas rursus cũ reuerterim⁹:capiem⁹. Et pie ut semp Aristides:& q̃prudentissime monuit. Intelligebat em utilitati publicæ nullo sane pacto per eos consuli posse:qui priuato inter se odio dissiderent: At par esse priuatã causam publicæ semper cedere. Quo ipso ductus cõsilio: Sext⁹ Liuius Salinator: uir indubitato & illustris & magnus: nõ dubitauit præter ingeniũ & consuetudinẽ suam cum eo redire in gratiã: a quo grauissimã accepisset iniuriã. Nam hũc Neronis testimonio imprimis afflictum & in exilium actũ legimus. Quare cũ reipublicæ suam cum Nerone collega cõcordiam nõ mediocriter conducturam existimasset: facile suo uæhementiori ingenio & iræ acerbitati moderatus ẽ. Qua quidẽ mansuetudine singulariq̃ prudentia effectum scimus: ut p Hastrubalis interitũ ac pœnoꝝ ad Metaurũ cladem lætiori fortunæ romanoꝝ pmagna fieret accessio. Cum his igit de rebus mihi tecum agendũ esset: quæ & ad publicam ptinent & ad tuam utilitatem: ut uel Salinatoris

imitarer ingeniũ:uel idẽ te monerẽ:ꝙ Themiſtoclẽ Ariſti des: operæpreciũ duxi. Quid de nobis homines Coſme arbitrenť:te latere non debet. Nam te qualẽ in nos præſti teris: publica proſcriptio declarat. Me aũt haud æquo ani mo infinitas in me tuas iniurias contumeliaſcꝫ tuliſſe non obſcure potuiſti perſpicere. Itacꝫ inimici uulgo non abſur de exiſtimamur. Quo uero es etiã in me aio: meliꝰ nemo nouit:ꝙ ipſe tu. At ego ſiquid irarũ cõceperã aduerſus te: ſatis mihi uideor id omne uel euomuiſſe uel concoxiſſe: Nã mediuſfidius te nuncꝫ odi:ſed indigne me affectũ abs te anxie patiebar. Verum utcuncꝫ res habet:cum Floren tinæ ciuitati:tũ præcipue tibi utiliſſimũ fore arbitror:ut in uicem uel tãtiſper redeamus in gratiã:dum ea quæ amiciſ ſime ab me pientiſſimecꝫ dicunť & audias attentiſſime & aĩo tranquillo conſideres ac iudices. Quæ ſi ꝓ tua pruden tia & æquanimitate feceris:haud quacꝫ uereor futurũ: ut & Philelfum ſis nunꝗ poſthac exoſus:& ipſe immortalem gloriam cõſequaris:& Florentinus populus perpetuo be ne ſit perbeatecꝫ uicturus. Quas publicas litteras dedi ꝓ xime ad Senatũ & populũ Florentinũ:ſcio te & uidiſſe le ctitaſſecꝫ diligenter. Quæ publice ſum hortatus:eadem te & hortor & moneo. Nam ſi ad cõe omniũ cõmodum atcꝫ emolumentũ priuatim ea ſunt cuicꝫ conductura: tibi ſunt uel ꝗmaxime. Quo eñ locupletior fortunatiorcꝫ es: eo ti bi magis ſtudendũ eſt:ut permultos habeas amicos & ini micũ neminẽ. At ꝗdiu uiri optimates patrio arcẽtur ſolo: nuncꝫ poſſis pacato ſecurocꝫ eſſe animo. Intelligas eñ ne ceſſe eſt:nõ exules modo omnis:ſed etiã quotquot iuſti & fortes uiri in urbe retenti ſunt:tibi eſſe metuendos. Nam alij moueanť incõmodo reipu. alij indignitate cauſæ. Non nulli ꝓpinquitate:neceſſitudine: amicitia:clientelis. Plæ riſcꝫ etiã opes tuæ inuiſæ ſint. Quacꝫ ui quibuſcꝫ artibꝰ mo liãtur:ut p cauſæ honeſtatem te perditũ eãt: quippe qui & iniquum & impium eſſe dictitent te nõ æquo iure cum ci uibus uiuere:ac tui unius cauſa tantã clariſſimorum & op timorũ ciuiũ mľtitudinẽ extorrẽ agi. His certe cogitatibꝰ: his curis: his ſi uerũ fateri licet: moleſtijs & terroribꝰ ſollici

tari te non sum nescius. Nõ es em̃ obtusiorib⁹ quibusdam sensibus: sed cũ ingenij acrimonia intelligis: quantũ uis: tũ rerũ usu pmultaq; peritia nihil est: qđ min⁹ calleas. Sed utinã uel naturæ uel fortunæ bono uti malles: q̃ supra ciuẽ appetere. Id em̃ & tibi & patriæ plurimũ cõduceret. Nam & ipse om̃ibus charissimus fores & patriæ tantũ nafragiũ nõ intulisses. Verum plæriq; omnes: qui & animi magnitudine & ingenij uigẽt acrimonia: in eo ut plurimum morbo sunt: ut pares non facile admittant: sed quaq; rõne præesse om̃ibus & tanq̃ dominari uelint. Hinc & priuatæ & publicæ simultates oriunť: hinc pestiferæ factiões: hinc seditiones: hinc tãdem ciuilia bella cũ ingenti patriæ calamitate: exitio: interitu manãt. Atqui illud quoq; quis negarit omnis: qui se metui & odio esse sciunt: eos uel inuitos agere mlťa per iniquitatẽ: per iniusticiam: per sæuiciã. Nam qui se supplicijs dignos norunt: ea ne patianť: per omnem animi furorẽ: per omnẽ immanitatẽ diritatẽq; prouidere. Hi autẽ ignorare uidenť mihi nullũ metũ diuturnũ eẽ posse. Non sibi ante oculos ponũt Aristotimum: nõ Phalarin: nõ Neronem. Nemo diu impunitate lætatus est. Nullus ẽ firmior principatus: nullus stabilior: nullus diuturnior: q̃ qui per iusticiæ & æquitatis officia in ciuium beniuolentia & charitate conquieuerit. Satis magnus ẽ: satis potẽs: qui honore se dignũ & admirandũ præstat. Es tu Cosme natura lenis: facilis: affabilis. Hanc si ducem sequi: q̃ improboꝝ cõsilia malueris: & uiues bene: & morieris melius. Nã & præsentes ac uiui te summis honoribus ꝓsequenť: & oĩs posteritas admirabitur. Habes amplam expeditamq; pecuniã: qua si tu ad bonos ac præstantis uiros uel seruandos uel accersendos in urbẽ uti: nõ aũt ad mulctandos exilio ꝓscribendosq; institueris: nemo te fortunatior futurus ẽ: nemo beatior: nemo deniq; immortali deo hominibusq; gratior. Vt em̃ mlťa corporis habitudo prodesse ijs admodũ solet: qui nulli sunt ægrotationi obnoxij: ualitudinarijs uero uæhementer obesse: ita mea quidẽ sentẽtia argenti & auri magnitudo si uirum bonũ: si iustum: si bñficũ: si magnanimũ nacta fuerit & illi & cæteris magno usui est. Qđ si apud eũ

diuerterit:qui bonitatis iusticiæq; expers & sordid⁹ sit ac nullius roboris:cum illi:tū etiam aliȷs detrimētosa est plane q; funesta. Qual' tua tibi uita eē debet Cosme medices: cum omnis fortunas tuas uides in alea? Non em̄ hi solum quos per ciuilis contentiones tibi esse inimicos reris: tibi sunt metuēdi:sed isti magis quibus te charum unice & admirabilem opinaris. Non em̄ te diligunt : sed nūmos tuos. Nā si ulla te charitate cōplecterent̄:nō te ad rapinā bonorū ciuiū:nō ad perniciē:nō ad uastitatē:nō ad cædē exhortarent̄. Intelligunt homines callidissimi:q̄ diu optimatium odio laboraueris:in sua te ptāte necessario futurū. Quare semp aliquid a te capiunt:aliquid poscūt:aliquid expectāt. Quicquid aūt improbe:flagitiose: facinorose impieq; patrarint:te auctorē totius sceleris:te principē:te signiferum ꝓfitent̄ ac tuis se opibus tuent̄. Quæ ubi diutius ferre nō poteris:Non em̄ tantā scelerū ac nequitiarū licentiā æquo animo perferas:libidinem atq; furorē suum in te armabūt: tuas pecunias sitient:tuis se nūmis ingurgitare omni arte: omni fraude:& omnibus deniq; insidȷs molientur. Te malorum omnium causam esse dicēt. In caput tuum p omnē uim & contumeliam coniurabūt. Atqui omes inimicitiæ difficiles sunt : & permoleste : Nullus est adeo imbecillus inimicus:adeo infirmus:qui non ei grauis in tempore esse possit:qui & potentissimū sese & firmissimū censuerit. Nā aut agendo aut dicendo aut excogitando durius quippiā calamitatem importet. Odȷ fructus nunq̄ dulcis est: nunq̄ utilis:quin omnium potius maxime pernitiosus : maxime amarus. Nullum ē onus grauius:nullū molestius q̄ inimicitias ferre. Nam & secūdas res turbare & aduersas augere consuerunt. Excubat inimicus semp:insequitur semper:insidiat̄ semp:emori mauult:q̄ nō ulcisci. Amicitia uero atq; cōcorda & publice & priuatim semp prodest. Nec ea quicq̄ esse pulchrius quæat:neq; suauius:neq; melius: neq; diuini⁹. Qui enim aptius:expeditius:certius bona ipsa adipiscuntur:q̄ amici mutuis inuicem utentes subsidȷs? Qui mala quæ sunt:facilius euitāt:q̄ qui amicos socios habent? Quibus ærumnæ minus accidunt:q̄ ȷs qui amicos

habent doloris ærũnarũq; participes? Quibus est secunda fortuna suauior: ꝙ his qui non sibi dũtaxat lætanť: sed aliis quoq; gratulanť? At ego nunꝙ illũ fortunatũ appellarim: qui per bonorum uirorũ fletum ac luctum fortunatus sit: Nec ille mihi fœlix uideri queat: cui⁹ læticia mœrori sit pluribus. At ne læteť quidẽ in dolore multorũ: si sapit. Meminerit eñ eos omnis: qui sua causa mœrent: aliud nihil: ꝙ de suo exitio dies noctisq; cogitare. Mortalẽ aũt nullũ omnino eẽ cõtemnẽdũ. Neminẽ eñ esse qui aut homini aut rei aut saltẽ famæ nocere nequeat. Quare nemo est lacessend⁹ iniuria. Nullius prorsus hominis in se odium cõcitandum. Prudenter eñ monuit Brasidas: qui ubi muris: quẽ in Caricis corripuerat: morsũ excepisset: ob idq; illũ dimisisset: cõuersus ad circũstantis ait: Nihil adeo paruũ est: quod si audeat adorientibus repugnare: non se saluum reddat. Vides inquã uiros optimatis: quos urbe eiecisti: eo eẽ animo: ut emori malint ꝙ patria orbari. Itaq; nũꝙ cessẽt oĩa moliri ad reditum. At ego dicis: in urbe sum: Et tu modo relegatus eras ad Venetos. Noli nunc ob istas fortunæ blandicias fieri insolentior: optimatisq; despicere: quin potius illud Archidami lacedæmonii dictum crebra memoria tecũ repete. Is eñ cum post cheroniæ pugnam a Philippo rege asperiorem accepisset epistolam: ita rescripsit: Si umbrã tuam metiri uolueris: haud nũc eã maiorẽ inuenies: ꝙ eẽt ante uictoriam. Quo maiorem uictoria elationem affert: eo magis diminuit consiliũ. Recte eñ idem Archidamus: qui cum a quibusdam quo tempore prœlio arcadas superasset: laudibus efferreť: melius inquit foret: si eos prudẽtia poti⁹: ꝙ uiribus uicissemus. Quod tantũ innocentissimorum ciuium numerũ Cosme urbe expuleris & ipse urbe potiare: non tam tibi prudentiæ dandum est: ꝙ tuæ uel pecuniæ uel fortunæ uel Ioannis illius uitellesci potius hominis perditissimi dolosis adhortationibus nefariisq; insidiis. Quod si tua opera hi reuocati in urbem fuerint: ac patriæ restituti: tunc magnum te profecto uirum & sapientem & beneficum appellabo. Te unum esse confitebor: qui omni uirtute polleas: qui & diligendus sis & obseruãdus ab omnibus.

Tum plane uiceris uiros optimatis:cum teipsum uiceris. Depone iam tãdem Cosme:depone:si sapis: uel extingue potius omnem animi tui ardentiorem excandescentiam flammasq́ iracundiæ. Satis es ultus: si quid ulciscẽdum ex/stimaras. Noli diutius tentare fortunam:quæ tum maxime fallere:cum maxime obsequi consueuit. Iam aliquando ꝓ/spice uel tibi uel posteritati tuæ. Inquire teipsum propius & acutius inspice. Non enim alterum Cosmũ habituri sunt medices. Si malueris patriæ exules ciuis restituere:q̃ id ꝑ/uicacius expectare: ut patriam ipsi pristinæ libertati digni tatiq́ restituãt:tũ eris sane aduersante nemine in republica princeps:tum pater patriæ appellabere:tum omnes te co/lent:omnes admirabuntur. Et ne dubito equidem:ut es in/genio acerrimo: hæc eadem uideri tibi. Sed illud forsitan uereare:ne optimatiũ huiusmodi restitutio tibi calamitosa futura sit. At uide:q̃ tibi recte cõsultum uelim. Permagna Romuli Romanorũq́ in Sabinos iniuria cõtumeliaq́ fue/rat. Inter eosdem uero & pax tandem & beniuolẽtia exor/ta est maxima. Tibi ac tuis liberi sunt nonnulli: abũdant & exules filijs. Quæ suauior necessitudo:quæ firmior:quæ di uturnior esse possit:q̃ quæ coniugijs constat ultro citroq́ constitutis? Præterea:quod secundo loco litteris supiorib9 publice sum hortatus:nulla re alia:tum publicus florentinæ ciuitatis:tum etiam tuus tibi status solidior:durabilior: iu/cundior:melior:fœlicior futurus est:q̃ si omni cura indu/striaq́ studueris idq́ q̃primum: ut huius diuini principis Philippi Mariæ angli & beniuolentia uos & societate mu/niatis. Quanta hinc ad te Cosme utilitas: quanta dignitas: quantus honos sit peruenturus:nequaq̃ ignoras. Nõ enim nescis eum esse Philippum:qui cum alijs omnibus præcla/ris ingentibusq́ uirtutibus nemini omnium cedit: tum & prudentia & gratitudine & munificentia cunctis mortali/bus antecellit. Itaq́ si tua potissimum opera intellexerit re/bus suis accessionem factam:est te profecto apud se habitu rus omnium primum. Is inquã te officijs prosequetur: quæ & tibi & populo florentino maximum sunt emolumẽtum ornamentumq́ allatura. Solebam equidem Cosme: cum

iſtic eſſem: ueſtrorum quorundam hominum imperitiam demirari non mediocriter:qui ſi quando: ut fit: in re bellica Philippum acceperant incommodo quopiam uel leuiter urgeri:continuo geſtiebant:exultabant:præ nimia lætitia tanq̃ apud ſe eſſe non poterant. Tum ipſe mecũ:dij boni:quid inſaniunt florentini? quid publicæ ſupplicationes? quid publici plauſus? quid publici ignes uolunt? Cum Philippi lætantur: nonne & ſuo & proprio lætantur incommodo? An Philippus perire poſſit:quin una pereant Florentini? Num qui Philippum uicerint: Florentinos incolumis fore patiantur? Et profecto Coſme ueſtra omnis belligerãdi cum Philippo ratio perſtulta mihi(quod pace ueſtra dixerim)uideri ſolet:quippe qui deteriore conditione uictores q̃ uicti futuri ſitis. Quæ enim ad uos ex uictoria utilitas peruẽtura eſt? Num urbs? Num ager? num quicq̃? nũmorum? Nam ut ſileam:ad quantam rerum inopiam atq̃ egeſtatem per belli diuturnitatẽ redigamini. An futurum ignoratis:ut per uictoriam pulcherrimam rempu. pulcherrimam amittatis? Victis autem durius nihil timẽdum eſt: q̃ ijs uos muneribus & honoribus cumulatum iri: quib⁹ & duces & imperatores & reges cumulatos audiſtis. Nonne igitur uobis ſanius conſuleretis:ſi indubitata uictoria cum maximo rerum ueſtrarum incremẽto potiamini cum Philippo Maria:q̃ omnino cum alijs uictoribus uinci? Quod ſi rebus ueſtris contenti:ocium q̃ negocium malueritis: facile uniuerſæ Italiæ diuturnam pacem ueſtra cum Philippo ſocietate tanquillamq̃ quietem parietis. Verum ne uos delectet tarda deliberatio: Nõ eñ te præterit Coſme medices incredibilis ac prope diuina huius diuini principis uel ſapientia uel animi magnitudo. Vt enim affinitates ꝓpinquitateſq̃ tacuerim:q̃ cæteris uniuerſis ac maximis potentatibus charuſ periucunduſq̃ ſit:q̃ apud omnis ualet & auctoritate & gratia: nõ es ignarus. Quamobrem matura Coſme:dum licet:Accingere huic tam honeſto:tam neceſſario:tã utili:tam ſancto:tã pio operi:Succurre patriæ: ſuccurre amicis:ſuccurre & tibi & tuis. Oblatã occaſionẽ arripe. Noli quæſo expectare:ut iure optimo dici quæat: non

uoluntate Coſmus:non animi iudicio:ſed neceſſitate & re
bus aduerſis non tam ducitur:ꝙ cogit̃. Id autem una re fa/
cillime uitabis:ſi omni perturbatione liber te rõni ſubmiſe
ris. Vale. Ex Mediolano. iiij. nonas Iulias. ãno a natali chri/
ſtiano. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Cyriaco Anconitano: ſal.

q Vod & gratularis mihi teq; ꝓpediẽ apd' nos futu/
rũ denũcias: dici nõ poſſit: quãta me tuis litteris uo
luptate affeceris. V trũq; eñ ſũmæ beniuolẽtiæ ar/
gumentũ eſt. Facito igit̃ ſi me amas: ſicuti certe amas: ut te
uti ꝙprimũ fruiq; affatim poſſimus. Interim autẽ rem mihi
pergratam facturus es: ſi ad qđ tẽpus naues onerariæ ſint
iſtinc Byçantiũ ſoluturæ: per te certior factus fuero: quo uł
tibi uel noſtro ſplendidiſſimo ſcalamonti dem aliquid litte
rarum ad Marium filium. Quod autẽ placere tibi oſtẽdis:
πέρι σμιμαθέως χαί σμύρμης. ea per ç & nõ per ſ ſcri/
bi: & idem Ptolemæum ſenſiſſe in ſuo de orthographia li/
bro. Ego quidẽ neq; tibi: neq; Ptolemæo ipſi aſſentior: qui/
cunq; is tandem aut alteruter Alexandrinus aut Aſcaloni/
tes aut Epithetes cognominatus aut alius quiſpiam fuerit:
qui ſe grammaticum profiteri uolerit. Id enim ratio prohi/
bet: quæ iſtiuſmodi cõſonantium numerum ſimul eſſe non
patitur. Id quod etiam apud Priſcianum in primo de octo
orationis partibus intueri licet. Quare quæ tu epigramma
ta iſtiuſmodi characteribus ſcripta inueniſti: litteris atticis
(ut aiunt) ſcripta eſſe fatendũ eſt: uel ante arcadas potius:
quos χάι πρεί τού ἡλίού χάι τῆσ σελήμησ extitiſſe fa/
bulantur. Mihi tamen & epigrammatata tua & quæ ſcri/
pta abs te ſunt: iucudiſſima fuere. Vale. Ex Mediolano. v.
idus quintiles. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Andreo/
cio Petrucio: ſalutem.

n Imis lautus factus es: qui nos iam tædio habeas. Ex/
iſtimo te urbani iſtius quem minime bellum ſacer
dotaria uxor belli filiũ uocat: conſuetudine uti cœ/
piſſe: ob idq; noſtratia hæc contemnere. Verum caue: te
ſolũ ſolus offendat. Noſti hominis iſtius: tũ uires: cum exul

ab octaua Marius bibit:tū etiā moreſ. At officij tui eē arbi/
tror:mō tibi per Vrbanū liceat: aliqd obſtrepere lrīs: quo
de te ac tuorū omniū ſtatu bonaq; ualitudine certior fact⁹:
mecū ipſe tacitus gaudeā. Tu interim puccinis te credas:
nolim:ne ruētes inſaniēteſq; & in ruinā te trahāt & in inſa/
niā. Omnino eīn ſi credis uictores breui futuri ſum⁹: id qđ
ex Landucio noſtro accipies. Vale. Ex Mediolano.iij.kal.
Sextiles.M.cccc.xxxx.

Frāciſcus Philelfus:Saxolo pratenſi:ſal.dicit.

f Verūt mihi tuæ litteræ periucundæ: & Ioānes An/
dreas iucundiſſim⁹.Δοχέι γάρ μοί χαί μέτριοσ
μεσμίσχοσ χαι σοι φιιόσ εμ προτοισ ὑπαρχώμ χάι
γαρ ἐπάιμέισ εάτεχμώσ χαι θάυμαξει. Fuit ergo no/
bis:cum tua:tum etiam ſua ipſius cauſa chariſſimus. μέουσ
γαρ χαλθσ εὑρέιμ χαι μετριοισ ουραΔιομ. Quem me/
dicum ad Victorinum meū daturus ſim:non intelligo. Nā
neq; litteras abs te ullas accepi:nec mihi ullus eſt medicus:
nec item futur⁹ ſit:opto. ουτε γαρ ἰατρόισ οὔτε ἱερεῦσι
χρῆσθαι επηθυμω. Quid de libris noſtris: & Euripide:
& mathematicis ſcribas:neſcio. Eos uelim ac etiam uæhe/
mentiſſime rogo te & oro propediē ad me des. Flaccum
& Ciceronē noſtri eruditiſſimi Victorini dedi Ioanni An
dreæ. Id quod ut facerem: ſignificaſti litteris. Conſul/
tum uero tuum uel noſtrum potius nondum ſatis cō ſului.
Quare ne incōſultum me abiens dimittat:breui prouide/
bo. Platonis aut leges:aut rempu. libenter uiderim:aut ſal/
tem: τάτού σωχρατούσ άπο μμημομεύ ματα χατα
ξεμοφώμτά. Quod ais: immo cauillaris. Τούσ ξιφηρέισ
μέμ χαλώσ ἔχειμ τομ φιλέλφομ Δέχαχώσ οὐχέσιμ
οὕτωσ μηΔαμωσ άλλα μομώ μαλλομ ο φιλέλφοσ
μέμ εὐΔαιμώμ οἳ Δέ ξιφήρέισ ἐχειμοι χάι τώομτι
άυτό χέιρεσ χαθὑπέρβολημ χαχοΔάιμομεσ. A Ma/
rio nr̄o quotidie litteras expecto:quas cū accepero:faciam
te quod tantopere ſcire deſideras:& ad quod tēpus cū ex/
pectemus:& de omni re alia certiorem. Vale. Ex Mediola
no.v.kal.Octobres.M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Catoni iureconsulto & oratori: sal.

a Vdio istic esse presbyterũ quendã Cremonensem Iacobum Cassianum: qui multum ac diu humanitatis artibus operã dederit: tam&si uel qua eruditione: uel quid omnino hominis sit: ignoro. Illud certe nõ placet: quod libros meos suæ fidei commissos: nec reddiderit mihi: nec uerbum fecerit. Nam Victorinus feltrensis eius doctor: uir ut nosti: integerrimus idemq; doctissim' & mihi uetere familiaritate cõiunctus: litteras ad me dedit: quibus miratur: quod nihil ad se scripserim: posteaq; & libros mathematicos: & Euripidis tragœdias isti Cremonensi Iacobo ad me dedisset. Itaq; mi Cato rogo te maiorem in modum: Iacobum istum q̃primum conuenias: & ab eodem libros meos exposcas: recipiasq; una cũ saxoli litteris ad me. Paucis tenes: quid facto sit opus. Is autem Iacobus philosophię philosomatus quispiam studet ut aiũt. Vale una cum uxore fœmina pudicissima. Ex mediolano. iiij. kalẽ. Octobres. M. cccc. xxxx.

Franciscus Philelfus: Iacobo Cassiano Cremonensi presbytero: sal.

u Ictorinus feltrensis doctor tuus ac idem eruditissimus uir mihiq; amicissimus monnuit me suis litteris duos tibi meos dedisse ad me codices: quorum altero Euripidis tragœdiæ: altero mathematicorũ libri continerentur. Quos cum arbitretur pluribus iam mensibus mihi redditos esse: mirari se scribit: quid nihil ab me litterarum ea de re acceperit. Itaq; te etiam atq; etiam hortor meos mihi libros q̃primum reddendos cures. Quod si fortasse neminem habes: cui tuto rem committas: habeo istic hominem familiarem & uirum optimum: Catonem saccũ clarissimũ & iureconsultum & oratorem & philosophum. Huic igitur isti meos libros restitues: quo & officio tuo & Victorino doctori satisfacias: mihiq; ꝑ tua liberalitate morem geras. Vale. Ex Mediolano. iiij. kalen. Octobres. M. cccc. xxxx.

Artes liberales sunt .7. gramatica, logica Rhetorica et dicuntur triuium, Arithmetica musica geomethria Astronomia et dicuntur quadriuium siue artes mathematice

Franciſcus Philelfus: Ryriaco
Anconitano: ſal.

D quintum idus Quintiles dedi ad te litteras: qui
a bus ſuauiſſimæ tuæ ad me epiſtolæ reſponderam.
Miratus autē ſum: quid poſtea nihil ad me ſcripſe/
tis: præſertim cum ſcire admodum cuperem ut tum ſigni/
ficaram: ad quod tempus honerariæ naues Biçantiũ eſſent
traiecturæ. Num fortaſſe moleſte tuleris: ꝙ quæ nomina.
σμιμθευσ χαι σμυρμη ου Δία του.σ.αλλα Δια του.ζ.
προτου.μ.ſcribenda affirmabas: nō ita ſcribēda eſſe oſtē
derim? Inhumane profecto faceres: ſi aſſentatorem Philel/
ſum tuum: ꝙ̄ tibi amicum malles. Nam quod ait Terentia/
nus ille Soſia: hoc tempore obſequium amicos: ueritas odi
um parit: habeat id quidem locũ inter adoleſcentes & ſtul/
tos. Inter uiros autem & prudentis nihil ficti: nihil ſimulati
neq; dicendum: nec ſentiēdum cenſeo. Quod ſi æque pru/
dentia ac eloquentia es præditus: quid eſt: quod minus ue/
lis ꝙ̄ me aliud de te loqui: aliud ſentire: & laudare aliud: ꝓ/
bare aliud. Id enim inani cuipiam gloriæ tibi aſcribendum
foret. Quod quidem crimen ꝙ̄ longiſſime abs te abeſſe nō
ſum neſcius. τιγουμ αιει σιώπασ. Scribe obſecro ꝙ̄ primũ
aliquid uel quibus malis characteribus. Nec me fructu dul
ciſſimæ noſtræ cōſuetudinis priuatum uelis. Vale cũ meo
ſplēdidiſſimo Scalamonte. Ex Mediolano. iiij. Kalē. Octo/
bres. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus Georgio Car/
recto iurecōſulto: ſalutem

On poſſum te nō ingratitudinis accuſare: ꝙ rebus
n meis tamdiu ꝑ uoluntate uſus & liberalitatis meæ
obliuiſcaris & officij tui. Facis profecto inhumane:
Ac mihi iam ſtomachum mouere incipis. Nō em̄ puto aut
in legibus inueniſſe te aut in alio quopiam iure id uni lice/
re tibi: quod nemini bono licet. Preſta te oro: & bonũ tan/
dem & gratum uirum. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kal. Octo/
bres. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Franciſco
barbauaræ: ſal. dicit plurimã.

u Ix dici quæat mi humanissime Francisce: quãta me uoluptate affecerit hesternũ a te munusculũ. Qđ &si ipm ex sese me plurimũ delectauit: eo tamẽ lõge gratius iucũdiusq3 fuit: qđ abs te datũ. Intelligo eñ me nulla mea frustratũ spe: quippe qui plane perspiciã te talẽ ac tãtũ uirũ: cuius familiariter atq3 beniuolentiã iampridẽ unice desideraui: & familiariter mecũ agere: & in amore mihi affatim respõdere. Gratulor igiẽ facillimo isti tuo humanissimoq3 ingenio: gratulor modestiæ atq3 bonitati: gratulor beneficentiæ: Lætor autẽ fœlicitati meæ: qui qđ semper optaram: me uel nullo meo labore: non solum assecutũ iam uideo: sed q̃cumulatissime assecutum. Ego uero quid aliud amicitia nostra dignũ tibi referre possim: habeo certe nihil: nisi ut te & rogem & orem: tibi quod facere indubitato potes: etiam atq3 etiam persuadeas eum esse Philelfum ac semper fore: quo possis omni in re uel peculij iure uti. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iiij. kal. Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Thomæ Bononiensi: sal.

n I mihi iter intercepisset tertiana febris: cui ipsi de⁹ superiq3 omnes [illegible] quartanã ita continuã quoq3 ac perennẽ inferant: ut q̃celerrime radicitus eam perdant: uenissem equidem ad te q̃primũ ut æque tibi coram gratularer: atq3 mihi mirifice sum lætatus: qđ pro tua singulari uirtute maximisq3 meritis: in eo te loco humanissimus princeps noster constituerit: qui & excelsus est & illustris imprimis. Gratulor igiẽ absenti absens. Ac precor immortalẽ deũ: ut quod certo spero: Illud Biantis dictũ: Magistratus uirum demõstrat: clare in te eluceat: hoc est ut nõ meæ & amicorũ solum: sed omniũ expectationi probitas tua integritasq3 respondeat. Nemini enim dubitandum est te indies magis atq3 magis apud nostrum principem & auctoritate & gratia chariorẽ fore. Facies aũt ꝑ amicitia officioq3 tuo: ut cum quid ocij nact⁹ fueris: memineris nostri. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iiij. Nonas Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Thomæ Bononiensi: sal. di.

q Vod tibi exiſtimauimus nõ iniucũdũ fore: opima ſpolia immortali deo quæ de hoſte infeſtiſſima: febre illa tertiana uoueram⁹: nudiſtertius detulimus: & nõ illa quidẽ in ferculo: ut Ioui Romul⁹: ſed in bona ſpe bonaq; fiducia. Neq; eẽ ferculorũ mihi nec uaſorũ copia eſt. Nolim tñ putes adeo me redactũ ad inopiã: ut ſiqd ex iſto ueſtro delicato & lautiſſimo aucupio ad me ꝓ tua munificentia dederis: nullũ habeam ferculum quo id cõmode ſim excepturus. Quod ſi quæſieris: quibus armis: febris armis furoriq; reſtiterim: nõ equidẽ Aeſculapij aut Apidis: ſed fere par pari retuli. Eam illa mihi moliebatur ſitim qua propediem conficerer. Id ego animaduertẽs: eiuſmodi ſane inedia hoſpitem accipio: ut quod eſt in attico ꝓuerbio: Lõge ad coruos tranſire: ꝙ meo hoſpitio uti mallet. Itaq; liberatus omnino uideor edaciſſima & moleſtiſſima hoſpite: quã uel cũ ægritudine audio ad amiciſſimos nr̃os optimoſq; uiros Marcolinũ barbauaram: & Dominicum feruſinum ex itinere diuertiſſe. Quos uelim moneas: non bonum uultum hilaremq; faciem impudenti illi petulantiſſimæq; beluæ oſtendant: Sed ab ſeſe potius ꝙ primum: ꝙ diligentiſſime: ꝙ fortiſſime abigant. Et ſi nolint inedia: & ueneno utantur & ſanguine. Vale. Et me noſtro diuino principi unice commenda. Ex Mediolano. vij. idus Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Antonio peſſinæ: ſal.

c Vm erã abſens: erã apd' te ſemp. Me diligebas: me prædicabas: me colebas: me omnib⁹ amicitiæ & familiaritatis officijs ꝓſequebare. Nũc aũt præſens: neq; uideo te uſq;: nec audio. Nũ qđ omnib⁹ fere in rebus accidit: noſtri præſentia: tuã de nobis opinionem minuit? Nã quid eſt per immortalẽ deum: ꝙ ita obmutueris: ut nec audias: nec loquare? Quid de tua taciturnitate ſuſpicer: neſcio. Nã ſi tuæ occupatiões te mihi uiſendũ ꝓhibent: at litteris ſaltẽ quippiã obſtreperes. Vale. Ex Mediolano. v. id⁹ Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Blaſio Axærctenſi Vicecomiti: ſalutem dicit.

f Olent nonnulli tamdiu amicos colere: quoad eorum uel præsentia uti: uel officio frui queat. At ego huiusmodi homines uel assentatores potius nihil charitatis: nihil omnino humanitatis præ se ferre censeo. Declarant enim se nõ tam amicos coluisse: q̃ priuati proprijq; commodi habuisse rationem. Illorũ igitur mores perinde atq; ingratos & plane barbaros detestari consueui semper. Nihil eñ amici recordatione mihi suauius esse põt. Quod cũ in alijs semper: tũ in te uno imprimis expertus sum. Nã incredibile dictu est: quantũ me tenet desideriũ tui: de te dies ac noctes cogitare nõ desino. Tu absens mihi semp es præsens. Iucũdos nr̃os dulcissimosq; sermones crebra memoria mecum repeto. Hac una re absentiæ tue desideriũ lenio. Hac una re oblector ac lætor: Quod si quid ad me litterarũ dederis: exiliam sane: gaudeo: exultabo: triũphabo. Quid abs te uelim: intelligis. Vale. Ex Mediolano idibus Octobribus. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Francisco piccolpasso Mediolanẽsium Archiepiscopo sal.

q Vod ruri te cõtineas: quo tpe ꝑpter subeuntẽ iam hyemẽ urbs maxime colenda est: non possum non mirari. Nã solitudo ista quid tibi iucũditatis afferre possit: nõ intelligo. Quod si ociũ q̃ negociũ te malle dixeris: at memineris nõ te ad ociũ sed ad negociũ: hoc est: non tibi: sed bonis omnibus natũ. Quare cũ ab uniuersa ciuitate desideraris: tui fuerit uel officij uel benignitatis relicta ista solitudine rustica: te q̃primũ urbanũ fieri. Quod ut facias: etiã atq; etiam rogo. Vale. Ex Mediolano pridie idus Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Ryriaco Anconitano: sal.

a D quartum kalendas Octobres meis ad te litteris sum miratus: quod nihil iamdiu scripseras. Videbatur enim argumentum id quoddam esse mutati animi erga me tui: Id quod non moleste ferre nõ poteram. Nunc autem cum tua mihi epistola & diserta & persuauis

reddita est:quæ ubi ad.iiij.Nonas Sextiles istinc iter arripuisset:uix tandē sero ad nos.xiiij.kal.Nouembres peruenerit:facile mihi intelligere uisus sum uel temporum difficultatem:uel nuncij fortasse negligentiam. ἠσχ ἐλὸμ καὶ ἀπισ.ιαμ esse accusādam. Nō enim erat occlusa. Quæ quidem exoptata & dulcis epistola tua si mihi ad quod tempus debuerat:reddita fuisset:recte consultum foret mario nostro:qppe qui καὶ ἱματια παρη μῶμ καὶ χρηματα καὶ ἀλλα τιμα αὐτῶ ἀμαγκαια ἐλαβεμαμ Δια σου quæ sane adhuc integra apud me sūt. Reliquum est:ut me oportune commonefacias:& ad quod tempus nauis altera sit Cōstantinopolin traiectura:& cuius ductu. Præterea ταυτα τα προειρημεμα πραγματα cui daturus hic ad te sim:quo perferēda cures προς τομ ηλετερομ παιΔα μαγρομ.Et de his satis. Clarissimi dignitatis militaris uiri Rainaldi Albiçij consilium non possum equidē nō probare. Rogo:& oro immortalem deum:ut eum incolumem reuehat:ac reddat nobis. Nam cum eius ætatem annosq; considero:uereor:ne maris ted ium ac labor: eius senectutem obruat. Velim meo nomine uxorem eius Alexandrā adeas:& isti omne meū officium:pecuniam: opem & polliceearis & deferas. Vnice enim Rainaldo meo affectus sū: ut & sapientissimo & fortissimo: & optimo: & amicissimo uiro. Tu autem cum mihi posthac quippiā scriptitaris: ne obliuiscaris:uelim:ueterem consuetudinem tuā. καὶ γαρ μυμ οὐτε ἐπιγραμμα μοι οὐτε ἀλλοτι μεώτερομ ἐπεσ.ειλασ: Vale. Ex Mediolano.xiiij. kal. Nouembres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Petro Michaeli Militaris dignitatis uiro ac iureconsulto:sal.

t Va in me plurima officia & beniuolentiam singularem nulla unq; apud me delebit obliuio. Nā & amabo te semper:& illustres ac preclaras uirtutes tuas quasi perpetuus aliquis buccinator: prædicabo:diuulgaboq; apud oēs. Ingratus sane

ille mihi uideri solet: qui nõ pleniore quodã ore de absentis q̃ de præsentis amici laudibus loquatur. Atqui præsentem laudat: & si recte atq; uero id agit: assentationis tñ crimini apud plærosq; uidetur obnoxius. Existimat̃ eñ id nõ tam ex animi sententia: q̃ alicuius uel suscepti uel sperati cõmodi gratia cumulatius facere: q̃ par sit. Sed ne quod in aliis ꝓbare non soleo: in eo ipse in præsentia peccauisse censear: qui te per litteras quasi coram laudem. Hac de re satis ac super. Nam quod ab me tibi debetur: melius fieri: q̃ dici uolo. Scire admodũ cupio: quid istic apud uos geritur. Non eñ te latet: q̃ summopere Senensis reipu. quietẽ trãquillitatemq; percupio. Quare cum aliquoꝝ hominũ seditiones audio & conatus pestiferos: doleo equidẽ æque ac debeo. Imprimis autẽ de Vrbano belua: hui bello dicere uolui: certior fieri uolo. Increbruit enim apud nos præstantem istum ac pudicum uirum & ciuem optimum mori decreuisse. Id ego miratus sum ualde: Nam quo pacto moriatur: qui nunq̃ uixerit? Verum si quam aliam mortẽ oppetere fortassis instituerit: q̃ impuri & obscœni homines sui q̃ simillimi consuerunt: uelim suas res gestas memoratu dignas ad me perscribat: quo eius nomẽ immortalitati cõmẽdẽ. Et ut intelligas si quid etiam in hoc dicẽdi genere Philelfus ualet: orationem funebrem ad te dedi: quam superioribus diebus habuimus in Thodeschini sepultura. Hãc autem si Vrbani sacerdotaria ista uxor audierit: nõ uereor fore: ut cornigerũ uirũ suũ nõ hortet̃ modo: sed etiã agat continuo ad interitum. Vale. Ex Mediolano. xiii. kal. Nouembres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Augustino dato: sal. dicit.

Itteræ: quas hesterno uesperi a te accepi: incessu ut aiũt: testudineo usæ sunt. Nam ꝑfectæ abs te ad. xv kal. Sextiles: uix nr̃as fores. xiiii. kal. Nouẽbres tãdem pulsauere. Monebis igit̃: ne tã negligent̃ posthac iter faciãt. Vereor tñ ne tuscis delectatæ ficis aut etiã æmilianis: ꝓpterea seri⁹ ad nos ierint: q accepissent bonoꝝ ficoꝝ copiã nõ eẽ insubrib⁹. Castigabis igit̃ & ita institues: ut tibi malint q̃ gulæ obseq. Grata fuerũt: quæ scripsisti omnia.

ἐμ πρώτοισ δὲ ὅ τι χάι τοῖσ σοφίσμασιμ ἀτεχμῶσ
οὐ σπουδάζεισ χαι ταῖσ ἀρίσταισ φιλοσόφωμ με
θόδοισ τε χάι παιδείαισ χομιδῆ σπουδάζεισ ἐπαι
μώσου τὴμ φρόνησιμ. Miratus ſum autem:ꝙ quas a te no/
ſtras illas epiſtolas expectabam: nõ modo nõ miſeris: ſed
nec etiã omnino de ijs uerbũ feceris. Dato igit̃ ſi me amas:
quod certe facis:iſtas ad me ſtatim omnes. Hac re nihil mi/
hi potes hoc tẽpore præſtare gratius. Cauſam ſcripſi ad te
prius. Vale cũ parentibus tuis omniqꝫ familia. Ego atqꝫ mei
omnes ualemus recte. Ex Mediolano. xiij. kal. Nouẽbres.
M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Catoni ſacco iureconſulto: ſal.

Odie mihi redditæ ſunt litteræ a Theodoro gaçe:
h uiro ſane tum ingenio: tum facundia ſingulari: ac
plane digno:quem nõ modo diligamus: ſed etiam
amemus. Quid uelit:intelligo. Rem quãtum erit in nobis:
ex ſententia conſequetur. Sed tua & ope & opera opus ẽ.
At de his poſtea. Ego libros noſtros uæhemẽter expecto.
Facito:ſi me amas e ueſtigio ad nos aduolent. Cum Theo/
dori epiſtola nullas tuas accepi litteraſ. Caue:ne te poſthac
uel negligentiæ uel moroſitatis accuſaturus ſim. Vale. Ex
Mediolano. viij. kal. Nouembres. M.cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Gerardo Lan/
driano Cardinali Comenſi: ſal.

Eciſti mihi rem pergratam: quod Philonem meũ:
f immo noſtrum ex Auriſpa recuperatum ad me de
deris. Quod autem Moſei uitam:quam idẽ Philo
& copioſe & eleganter apud græcos & græcæ ſcripſerat:
in latinum ab me tantope uerti poſtulas:& audiui libenter
& obtemperabo libentiſſime. Itaqꝫ factũ puta:quod iubes.
Nulla te tua de meo erga te animo fallet opinio. Iam operi
me accingo. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal. Nouembres. M
cccc.xxxx.

Franciſcus Philelfus: Mic[illegible]o puteo Cremonẽſi: ſal.

T ſerius reſpondi tuis ad me litteris:& breuius for
e taſſe ꝙ̃ uelles: quorum alterũ aduerſæ illi ualitudi/
ni dato: qua duos circiter mẽſeſ: ul' p intercapedine

laborauimus:alterũ publicis meis ac priuatis occupationibus:quibus ꝓpe obruor. Legi autẽ tuas litteras libẽter:qui mutuam inter nos adolescentiæ nostræ beniuolentiam:cõsuetudinem:disciplinam complexus es. Quod autẽ mirificis me laudibus extuleris:id singulari quadã & exuberanti amoris abundãtia abs te factitatum existimo. Nam neq; uir amicissimus simulq; modestissim⁹ assentaris: nec istiusmodi mihi est de me opinio. Reliquum est:id tibi persuadeas:qđ & recte & uero potes facere:te mihi esse charissimũ:Et eo magis indies fore:quo te animaduertero nõ obliuisci Philelfum tuum. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Nouẽbres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus:Francisco piccolpasso Mediolanensium Archiepiscopo:sal.dicit.

d E Phœnice quid sentiam:auẽ loquor: superioribus diebus corã cõmẽtatus sum tecũ. Deinde inueni nouissime apud græcos huiusmodi auẽ tẽporibus Claudij Cæsaris uenisse in Aegyptum post sexcẽtesimum quinquagesimumquartum ætatis annum: & ubi ipsa sibi pyram:uel Ambrosiano loquẽdi more thecã: hoc est loculum ex Casia & myrrha constituisset: diem obijsse: ac demum ex eo uerme:quẽ uulgo prædicant:reuixisse:& continuo reuolasse:unde mõ ad ægyptios deuolarat. Ad hæc cum sanctissimi & eloquentissimi uiri Hieronymi nudiustertius epistolas passim lectito:in eam incido quæ ad Præsidium inscripta est. Hãc autem centesimã decimãnonam inter epistolas numerari puto:ubi cum alia plæraq; Heronymus perpulchre cõplexus est:tum de ipso phœnice longe plura cõmemorat:q̃ Ambrosius. Ego tamẽ sententiam nondum muto. Verum quæ uoluptati fore tibi existimaui: uolui tibi mecum esse cõmunia: Nam neq; in ægypto: neq; in arabia illiusmodi auem usq; uisam arbitror: quippe quæ mea sententia nulla sit. Cuperem iam ruris tædium: aut saltem facietas te cœpisset:quo ad te salutatum & commode & frequeuter accederem. Nam quo magis te ruri

cõtines:eo maiore tui desiderio crucior. Idq; cũ multis uel potius cũ bonis omnibus. Vale. Ex Mediolano kal. Nouẽbribus. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Catoni
Sacco iureconsulto: sal. dicit.

s Vauissimæ tuæ litteræ mihi perq̃suauissimæ fuerũt. Quod aũt ais apud Senatum nostri disertissimi Theodori gaçæ mentionẽ habitam fabulæ. Nunq̃ Philelfus didicit uerba dare: non modo amicis: sed ne inimicis quidẽ. Nulla mihi prorsus spes est: ut uir iste publica pecunia ob id muneris donet. Causam diebus ꝓximis ad te scripsi. Scribis me a Theodoro tris ad meã unã epistolã litteras accepisse. Nõ tris dumtaxat: sed mille & amplius litteras accepi. Nam unis illis quas litteras ad me dedit: ꝑmulta elementa perscripta sunt. Quare nõ tris posthac: sed ternas dicito: si & Priscianum & Tullium: q̃ & Bartholum & Baldum sequi malueris. Ego inquam cum binas ad Theodorum nostrum litteras in hunc diem dederim: unæ tantũ sunt mihi ab eo redditæ. Tu autẽ de tuis litteris multa quidem dicis. At Philelfus tibi non credit. Nam neq; negociãdo me: neq; ociando superes in scribendo unq̃. Proinde si te negligentiæ aut uoluptatis acccusari nolueris: Et amicissimi & diligentissimi hominis officio fungere. Quod Euripides noster tuã bibliothecã egredi nolit: nequaq̃ miror: Repperit eñ fortasse quib⁹ oblectet̃. At si πάιΔερἀςης ad nos redierit: ilico eijcietur foras. Quod te illi socium comitemq; polliceare: gaudeo: modo Seuerinũ quoq; cũ Censorino ne negligas. Nã qđ aduolet Erupides: nequaq̃ moneo: qm̃ si alti⁹ fortasse humilia exosus tolleret̃: periret igni. Quæ tibi debeo: persoluã. Quare ne me in forũ protrahas: uelim. Vale & me tuæ pudicissimæ uxori cõmẽdato. Theodoro nostro salutẽ dicito. Ex Mediolano pridie nonas Nouẽbres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Iacobo
Cassiano presbytero: sal.

n On tam mihi molestum fuerat: q serius meos mihi libros reddendos curares: q in præsentia & iucundum est imprimisq suauissimu: q ta modeste taq perhumane litteras ad me dederis: quibus te no modo expurgaris: sed totum sane meum & esse & fore ostenderis. Quare: cum tuam excusatione: tum multo magis teipsum non inuitus admitto. Itaq uel Victorini nostri: ul tuijpsius causa omnia de me tibi potes affatim polliceri: quæ & usui tibi & honori futura sint. Et de his satis. Venit istuc nuper ut scis: Theodorus gaçes: uir certe & disertus & eruditus: que &si certo scio: no amabis solu: sed cumulatissime amabis: tame mea etiam causa: uelim ita ames: ut nulla prorsus fieri queat ad amorem accessio. Hoc erit mihi tam gratum q quod omniu maxime. Vale. Ex Mediolano. xvij. kalen. Decembres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus: Catoni sacco iureconsulto: sal.

m Irum est quod uidi somniãs. Dici mihi a Minerua sum uisus nocte superiore: Cato in te tuus aliquid monstri alit. Nam q libros tuos neq dedit ad te absens: neq reddidit præsens: neq aduenìens uerbu fecit: aliud nihil est: nisi q alteri cuipiam nescio cui: maluit iniuste: q tibi iuste gratificari. Vale. Ex. Mediolano. xvij. kal. Decembres. M.cccc.xxxx.

Franscus Philelfus: Simoni Arigoni: sal.

q Vam epicuri de uoluptate sentẽtia te delectat: tuæ ad me hesternæ litteræ & pdices facile declararũt. Nam alteris animi: alteris corporis uoluptatẽ prosecutus es. Ego aut &si utrisq no mediocriter sum delectatus: litteris tamẽ longe magis: quæ non solum in me laudando singularem tuam erga me beniuolentiam & eximiam pietatem præ se ferræ uisæ sunt: sed ingenij tui facundiæq præstãtiam perpulchre referebant. Itaq & benignitati tuæ & disciplinæ æque gratulor: atq tuo amore mihi plurimũ gaudeo. Teq etiam atq etiam hortor: ut ueluti cumulatissime facis & uirtutis & doctrinæ studijs te totum dedas ac dedices. Euades enim & in clarum & in eruditissimum uirum. Me autem tibi totũ ascribe uel absq munusculis tuis

Vale.Mediolani ex ædibus nostris.viiij.kal.Decembres M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus Catoni sacco iurecõsulto:sal.

e T tuæ mihi litteræ primũ:ac deĩde libri: quos abs te tãtopere expectabã:redditi sũt.Vtraqꝫ sane res uoluptati mihi permagnæ fuit:at illud pcꝫmaxime ꝙ meis illis superiorib⁹ unis lr̃is e somno te excitasse sum uisus.Nõ em̃ oportet hoĩem amicissimũ ĩ amicitiæ officio dormitare.Cato mi suauissime nihil est te mihi suauius:nihil charius.Facito: si me amas:ut certe amas unice:nunqꝫ posthac Mediolanum petas:inscio Philelpho hospiteqꝫ & tui amantissimo.Miror:ꝙ Theodorus noster nihil responderit ad meas lr̃as:quas ultimum a nobis accepit.Quæ ad pessinã nostrũ scripsit & legi & ꝓbaui.Verꝝ & si nihil ẽ:qd minus sperẽ:q̃ ꝙ ipse cupit:& ego imprimis opto: curabo tñ sedulo:ne ulla ex pte officiũ meũ desideratur⁹ sit.Et de hac re satis.Nos istic iniuriola quadã urgemur. Principis lr̃as ad tuos istos satrapas lectitabis:monebisqꝫ:ne ul oratori ul satyro stomachũ moueãt.Vale cũ pudicissima cõiuge farciminibusqꝫ tuis.Ex Mediola.ꝑdie Kal.Decẽ.M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus: Simoni Arigoni:sal.

e T supbia a me nihil alieni⁹& gratitudine apud me nihil antiqui⁹. Quare cũ tuis ad me officiꝗ plenis: humanissimisqꝫ lr̃is rñdeo:non mõ supbiæ crimen effugio:sed etiã nomen gratitudinis mihi perpulche uẽdico.Mirifice amplector amorem tuũ: Ac tua humanitate facillimisqꝫ moribus & modestia singlari delector plurimũ. Ingenij uero tui uiuax præstãsqꝫ dexteritas maiorẽ in modum pergrata mihi & periucunda est.Video em̃ te tua illustri laude eã mihi laudẽ allaturũ:quæ pulcherrima sit & maxima.Non em̃ istiusmodi tuus ornatus:quo in lr̃is uteris:mediocrẽ de te tuaqꝫ facũdia spem quandã pollicetur. Itaqꝫ te etiã atqꝫ etiã hortor:ut omnẽ operã diligentiãqꝫ tuam eloquẽtiæ & humanitatis studijs: sicuti facis: accõmodes.Magna em̃ animus me⁹ de te præsagit.Vale.Mediolani ex ædib⁹ nostris.vij.idus Decembres.M.cccc.xl.

Franciscus Philelfus Matroniano braschæ: sal.

q Vod me tuis lr̄is non mediocriter extuleris: fecisti tu quidem ꝑhumane & amice potius q̄ uero. Nō enim is sum qui meipsum non norim. Sed tu illud uerissimū esse liquido declarasti: qđ uidentur poetæ fabulari: amorē oculis carere: Aeque em̄ amicus falli de amici iudicio: atq; de inimici inimicus plaerūq; solet: Nam & hic odio: & ille amore nimio affectus: ueritatem nequit internoscere: Facile tn̄ patior erratū tuū: quippe quē longe malim amicum mihi: q̄ secus. Verū illud de me tibi pollicearis. Licet: te mihi eē charissimū: & eo fore indies chariorē quo te familiarius uti potero. Munusculum autem tuū & si nequaq̄ desiderabā: non potui tamen non uæhemēter ꝓbare uel Epicuri sentētia: Nihil em̄ in eo ad uoluptatē defuit. Et amplū erat & suauissimū. Nolim tamē posthac tā grādi ære obruas Philelfum tuū. Nam hæc satrapis & regib⁹: non pauco uilisq; contetis ac philosophis dono mitti consuerunt. Vale. Mediolani ex ædibus nostris kal. Ianuarijs M.cccc.xlj.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal.

n On te præterit: quanta mihi cum Rhomæo populo uiro nobili & prudentissimo iurisconsulto & familiaritas est & inueterata beniuolentia. Hunc uelim: nomine meo adeas: & quæ proximis litteris ad te scripsi: ei diligenter coram exponas: addasq; : quantum ꝓ tua prudentia conducturum ad rem censueris. Vale. Ex Mediolano. iij. idus Ianuarias. M.cccc.xlj.

Frāciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal.

q Vod pluribus hortaris: libenter agerem: si liceret. Sed nihil apud me licet: quod honestati aduerset. Plurima sunt & maxīa hui⁹ in me principis beneficia. Itaq; nunq̄ patiar me ingratitudinis accusari. Præterea non est constantis & grauis uiri quotidie mutare sedes. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M.cccc.xlj.

Franciscus Philelfus: Ioanni Cornelio: sal.

q Vam mirifice desiderem te uisere atq; corā alloq̄ breui cognosces. Id aūt quur mihi tantopere cordi sit: q̄q̄ potuisti iampridē intelligere: is tamē qui tibi litte-

ras reddidit: uerbis meis exponet:q̄d uelim: quidq; facto
ſit opus.Putaui em̄ non tibi moleſtū fore:ſi antiquum ho/
ſpitem eadem:qua ſoles:hoſpitalitate uenientem excepe
ris. Vale. Ex Mediolano kal'.Februarijs.M.cccc.xlj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philo/
ſopho ac medico ſal'.

a Vdiui quæ ſcripſiſti om̄ia:& Barbari noſtri conſili
um laudo & non minus tuum.Illud tamē malim ef
fectum iri: quoad eius fieri poſſit.Eſſet em̄ multo res tuti/
or.Ipſi tamen uideritis:quid facto ſit opus.Vale.Ex Medi
olano.xij.kal'.Martias.M.cccc.xlj.

Franciſcus Philelfus:Liberio bonarello eqti aurato:ſal'.

e S tu quidē pietatis laudādus:qđ uel mortui patris
memoriam colas.Exiſtimo em̄ me iccirco abs te
amari:qđ ſcias ꝙ charus fuerim patri tuo grauiſſi/
mo & clariſſimo uiro:Nā ille me:quoadad uixit cūctis beni/
uolentiæ & benignitatis officijs ꝓſecutus eſt: quare cū Io/
annes marius filius tuā in ſe facilitatē & liberalitatē expo/
ſuiſſet:mirifice ſum lætat⁹. Videre enim ſum uiſus me ue/
luti rediſſe in ſucceſſionē:nō tam amiſſæ:ꝙ intermiſſæ be
niuolentiæ.Nam qđ in patre amiſiſſe exiſtimarā:intelligo
in te filio recuperaſſe.Itaq; mihi plurimū gratulor:ꝙ tā mi/
rifice abs te diligar.Vt aūt intelligas:ꝙ tibi in amore rn̄de
am quod uelis:periculum facito:totus enim ſum tuus.Va/
le.Ex Mediolano idibus Martijs.M.cccc.xlj.

Franciſcus Philelfus:Franciſco barbaro:ſal'.

h Vmaniſſimā excuſationē: q̄ in ꝓxia es uſus ep'la:
nō inuit⁹ admiſi. Noui em̄ occupationes tuas & ꝓ/
uatas:& publicas.Sed ſum mirat⁹:qđ de libris nr̄is ne unū
qdē feciſti ꝟbū.Itaq; rogo te:ut ad ea quæ mō ſcripſi tibi:
diligent' rn̄deas. Vale Ex Medio.x.kal'.Apriles. M.cccc.
xlj.

Franciſcns Philel.Hieronymo bellāti:ſal'.

u Ereor idē accidiſſe tibi poſteaꝙ petieris Baſileā:
qđ trito ꝓuerbio uſurpari ſolet:qđ diſtat ab ocl'o:
diſtat a corde.Nā cū plura hinc abiens es pollicit⁹:
nō mō æs conflatū nulla ex parte diſſoluiſti: ſed uerſurā fa/
cis longe maiore fœnore.Nobis aūt non modo de lucro in

epistolario munere satisfactum abs te non est: sed de uino quoq; non parũ diminutũ. Quæ tibi abeunti mãdauim⁹ nostri. Tuũ igit̃ fuerit: ne frustra officiũ tuũ postulasse uideamur. Hugolino parmensi ornatissimo equiti aurato: ac iurecõsulto salutem meo nomine dicas: uelim: eundemq; cõmoneas: ut cautior sit: ne dum exteris nationibus blandiri cupit: & illis tacito animi iudicio nõ probetur: & ab suis iure uituperet̃. Non em̃ uidet̃ eiusdẽ hominis censorẽ gerere: qui cẽsendus ipse sit. Præterea qui se præstat in suos ingratum: qualis ĩ alienos existimet̃? Quare ut probe uiuit: ita & sentiat & loquat̃ probe. Non em̃ par est paucorũ flagitia uniuersis populis ac principib⁹ uitio dare. Sic em̃ & Germanos bibulos: & Francos incestos: & Hispanos prædones: & Britannos edaces appellabimus: qm̃ eoꝝ pauci quidam aut in potũ: aut in prædã & sanguinẽ maxime alacris: aut in cibum intemperantis se gerunt. Sic alia alijs crimina ascribemus. Vel dicat obsecro quispiam: ubinam gẽtiũ reperiant̃: qui uel animi: uel ingenij magnitudine atq; præstantia: qui religione: qui sanctimonia: qui bonarum artium splendore: qui omni deniq; uirtutum ac laudum genere cum Italis comparari queant? Et ait Hugolinus meus & imperiũ Italiæ & pontificatũ ereptũ: q̃si Romanorũ & Italiæ minus sit uel imperatores uel pontifices & deligere quos uoluerint: & reijcere quos noluerint. Aut se Romanorum imperatorem profiteatur: quem Romanus populus: quẽ Italia improbarit: Aut ueniat ĩ Italiã iste fœlix totius etiam terrarum orbis uiribus adiutus: si noluerint Itali: si unus Philippus Maria gener aduentum eius prohibuerit. Itaq; iterum atq; iterum uerba pẽsitet Hugolinus. Nec tam loqui consuescat: q̃ recte loqui. Vale. Ex Mediolano pridie kal̃. Apriles. M.cccc.xlj.

Francisci Philelfi Epistolarũ Liber Quintus.

Franciscus Philelfus: Catoni Sacco iurecõsulto & Oratori sal. plu. dicit.

u Ideo te esse admodum ociosum: utpote q a legum ac iuris ciuilis studio tantisper ueniam exorata: donec constitutæ uacatiões

præterierint:te oblectandi gratia: ut es hõ uoluptuarius: ijs quæstionibus obtuleris:quæ & iucũdæ sunt:& homine urbano minime indignæ. At ego nequaq̃ rñdebo tibi:ut Aristoteles aut Plato:sed ut Philelfus. Siquid uero acutius uolueris:tuam istam Academiam consules. Sequar autem ordinem propositarum a te quæstionum. Et primum tu quidẽ petis:quid causę eẽ putem:cp hebræi omnes natura fœtent. Vtrum hebræi omẽs:ut tu ais:fœteant:an id minus:nihil compertum habeo. Sed quid in causa esse quæat:ut nonnulli malum odorem:& plæriq; bonum de se præbeant:potest utrũq;:in alijs natura:in alijs more accidere. Nam qui cibo sunt aut potu inferiores:ij male concoquãt necesse est. Ex concoctione autem mala:aut morbi manãt alij atq; alij:aut p sudorem ea resoluitur. At istiusmodi sudor:quem fœtulenta emiserit concoctio: necessario odorẽ habet concoctioni simillimũ. Ex illiusmodi autem humore:siue is intrinsecus per cutem emerserit: seu in supficie sit membrorum:tristis sane odor exhalatur. Nec in hebræis id offensionis magis accidit:q̃ in omĩbus:qui uiuunt incontinenter: siue cibi ac potus incontinentia: siue etiam aliter:sed fortasse eo magis in hebræorum genere: id usu uenit:qd' plæriq; omnes mensarij sunt fœneratoriam exercentes:& ita nullis exercitati laboribus. Quo fit:ut nimio ocio quieteq; marcescẽtes:tetrum de se odorẽ emittãt: sit necesse. Contra autem qui sobrie temperanterq; uitã agũt seq; persarũ more assidue exercent:aut equitando:aut ambulaudo:aut aliter ingenue :hi certe non modo tum male olent:sed bene potius. At sunt sane: qui natura delectant odore suo:ut de Alexandro Macedonum rege legitur: cuius etiã uestimẽta:quæ eius corp⁹ cõtigissent: gratũ odorẽ exhalarẽt. Id uero ob aliam nullã fiebat rõnem:q̃ ob maximum calorẽ corporalis illi⁹ tẽperamẽti. Quare nõ ẽ mirandũ:si qñq; Alexander in irã adeo exardesceret:ut eos etiã q̃s habebat charissimos interimeret. Qd' tũ maxĩe accidebat:cũ ad naturæ feruorẽ uini æstus in potu accederet. Nã ex non adulterato naturæ calore:cũ alia bona & utilia permulta:tũ suauissimus odor gignit̃. Quæ quidem res uel ca

ratione ꝓbari poteſt: q̄ & caſiæ: & cinnama: & thus & cætera huiuſmodi odorifera pigmentorũ genera non niſi in Arabia & calidiſſimis regionibus oriunẽ. Quod ſi hi q ſũt calido corporis temperamẽto natura bene olẽt: ij neceſſario olent male: qui frigido ſunt & humido: ut de pituiticis licet intueri. Quo in genere populi ſeptẽtrionales fere ſũt oẽs qui ad frigiditatem & humorem temperamenti ubi uitæ quoq; ac uictus incontinẽtiam adiunxerit: omni ſunt nauſea tetriores. Quod aũt petis ſecũdo loco: qua ratione fieri cenſeam: ut autũnali tempore appetentiores ueſcendi ſimus: q̄ alijs anni temporibus. Ad id quoq; quid ſentiã: non ambigã tibi oſtendere. Sunt qui arbitrentur id accidere copia atq; uarietate illoꝝ fructuũ: qui p id tẽporis ex arboribus manant: ut ſunt mala: pira: pruna: caſtaneæ: molluſcæ: ficus: uuæ: ſorbula: miſpela: cæteraq; huiuſmodi prope innumerabilia pomorũ: nucũ atq; baccaꝝ genera. Nãq; iſtiuſmodi eſculentorũ illecebris guſtus delectatus: ut ſtomachum ueluti ad ea admittenda inuitat: ita ad cõcoquendum reddit ardentiorem: quibus etiam humectatus uenter: quod ſuſceperit & facilius deijcit & celeriꝰ. Vnde ſtomachus onere uacuus aſſiduus appetit impleri. Eã uero rõnem nitunẽ confirmare ex ægrotantiũ cõſuetudine: qui per huiuſmodi fructuũ eſum recuperant ueſcendi appetitũ. At huiuſmõi mihi cauſæ autũnalis edacitatis minime ꝓbanẽ. Pirorũ eñ & ficuũ: & uuarũ ſimiliumq; fructuum eſculenta & humectãt ſtomachũ & frigidiorẽ efficiunt. Id aũt ut cõcoctioni detrimentoſum eſt: ita etiã comedendi appetitũ aufert. Itaq; alia mihi cõmodior occurrit & ꝓbabilior ratio. Autũnũ æſtus anteceſſit. At per æſtatẽ intimꝰ ille calor noſter & ꝓprius: quo naturaliter alimur: diſpgiẽ: fitq; imbecillior ac rarior. Idẽ in autũnũ cogiẽ rurſus: receptuſq; penitus intra corpꝰ ꝓpter eiꝰ denſitatẽ atq; refrigerationẽ exteriorẽ: uim ſuã roburq; reaſſumit. Præterea cũ p æſtatẽ magis utimur potu ac cibis item humidioribꝰ ob caloris magnitudinem: natura in autũnali tpe mutationis cupida contrariũ quærit: Itaq; nos maiore afficit fame: ſicuncq; alimentum corporis reddit temperamẽto. Quid ue

ro in causa rear esse:ut cygni in anima efflãda & sonorius canant & dulcius:dicam audacter qd sentio:necq me hoc loco deterrebit ab animi iudicio Platonis auctoritas:apud quẽ disputat Socrates: Cygnos iccirco in morte sonantius canere ac melius: qm̃ tum maxime ꝓuideãt immortalita/tem animorũ. At ipse id puto natura fieri:quæ studiosa cõ seruãdæ sui:uitales oĩs spiritus per corpus dispersos con trahit ad cor:tancq ad arcẽ uitalis præsidij ac roboris. Sed ubi natura frustra diu multumq luctata: necessitati parere tandem cogit:spiritus illi deserta cordis statione:emergẽ/tes impetu quodã intrinsecus per anularis illos longissimi colli ambitus ad os ipsum: sonũ quendã pleniorẽ efficiunt musici cantus simillimũ. Ad postremũ aũt quæsitũ est a te: quid remedij afferre quæat:quo minus ꝙs ebrietate supet in liberiore cõuiuio: quod græci σύμποσιον symposion nominãt.Et ad istud quocq facilis est responsio.Drusus ger manicus Tyberij Cæsaris frat:ut erat uir & liberalis & gra tiosus:istiusmodi tuo conuiuij genere delectari solitus tra/ditur. Conuiuis autẽ reliquis ebrietate correptis: solus me dicus uino superior est inuẽtus:cũ is tamẽ longe magis ꝙ alius quisq sese potu obrueret. Sed posteacq ẽ animaduer sum consuesse medicum anteacq bibere inciperet: uesci sp quincq aut sex amaris amygdalis:ubi id facere est a Druso prohibitus:mox post paruũ etiam potum ebrietati cõces/sit. Potes igitur etiã tu:quandocuncq uel germanos ul' bur/gundiones tuos:qui & ipsi quocq ex germania olim profe/cti:in Gallia consederunt:istiusmodi cõuiuio acceperis:so/lus uideri sobrius si uolueris:per huiusmõi amarorũ esum amygdalorum uino iter prohibere in uenas. Quod si hu/iusce rei quæsieris rationẽ:ea mihi uidetur esse:ꝙ uis ama/ritudinis naturaliter desiccat: atcq consumit humiditates. Itacq ex omnibus liquorib⁹ amarus maxime gustum offen/dit (ut ait Plato) utpote qui linguæ uenulas:quæ & molles sunt:& rariores contendit:humiditatibus ex ariditate re/solutis. Videmus etiã hulcera:amaris medicamentis ex/tenuari ac purgari. Sed hæc physicis relinquamus & medi cis. Vale. Nonis Aprilibus. M.cccc.xlj.

Francisc. Philel. Danieli uēturio patricio ueneto: sal.

C Um indignū existimarē: ut qui præsentia essem a te diiunctus: non æque sermone litterario quādoq̄ coiungerer: ut beniuolentia & obseruatia semp sum: hæc uel paucis ad te scripsi: at ne id quidē: qd' noui qcq̄ acciderit: sed ne fortasse negligentia q̄piam id accidisse opinareris: hoc ē: ne ꝑpter nouos quotidie amicitiæ amicos ueteres: eosq̄ beneficos oblit⁹ possem a quoq̄ iudicari. Ego te mi Daniel & amaui semper & colui: quippe qui multiplicis tuas præclarasq̄ uirtutes admiratus sim & admirer: ac tuam uel humanitatē ul' officium in meis honoribus atq̄ emolumentis perspectū usq̄ habuerim & cognitum. Itaq̄ tibi: uelim persuadeas ita me tuū esse ac fore: ut alium quenq̄ omniū maxime. Neq̄ fieri unq̄ posse incrementis ullis blandiciisue fortunæ: ut ueteribus amicis nouos aliquos anteponam. Id tam&si pro tua prudentia latere te nō debet: uolui tamen: ut mea etiā cōfessione atq̄ testimonio liquidius teneres. Vale. Ex Mediolano. v. idus Apriles. M. cccc. xlj.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: sal.

C Ommēdaui te per lr̄as Ioanni argyropulo presbyro erudito ac diserto: & amice & diligenter. Quantum aūt cōmēdatio de te mea profuerit: fac: ut certior fiā. Solet em̄ q̄nq̄ uir iste nō minus leuitatis morositatisq̄ præ se ferre q̄ disciplinæ. Sed tu uteris: si sapias: prudētia tua: teq̄ & hominis ingenio accōmodabis & tempori. Litteratura tibi ex eo cōparāda est: non mores. De Mario filio quæ scripsisti: ex aliis quoq̄ didicerā. Frustra nitimur inuita Minerua. Tu hortare adolescentē assidue: ut facis: non minus ad morū integritatem & elegantiā: q̄ ad lr̄as. Cū istic essem: diu multūq̄ studui: quæsiuiq̄ diligent' comparare aliquid mihi ex Apollonii erodianiq̄ iis operibus: quæ ab illis de arte grāmatica copiose fuerant & accurate scripta. Nihil usq̄ potui odorari. Nam a magistris ludi quæ publicæ docentur: plena sunt nugarū oia. Itaq̄ neq̄ de constructione grāmaticæ orationis: neq̄ de syllabarum quantitate: neq̄ de accentu quicq̄ aut perfecti aut certi ex

istoꝝ præceptis haberi pōt. Nā lingua æolica: quā & Homerus: & Callimachus in suis operibꝰ potissimū sūt secuti: ignorant istic ꝓrsus. Quæ aūt nos de hmōi rationibus didicimus: studio nostro diligentiaqꝫ didicimus: quāuis minime negarim nos ex Chrysolora socero adiumenta nonnulla accepisse. Sed nr̄o: ut ita dixerim: marte ad calcem quoad eius fieri potuit: peruenimus. Quare nō mediocriter me iuuaret: in uiros illos quos modo memineramꝰ: incideres: quo sitim hanc oēm nō leuarē solū: sed sedarē oīno. Tu de tuis rebus oībus litteras ad me dato assidue. Vale. Ex Mediolano idibus Aprilibus. M.cccc.xlj.

Franciscus Philelfus: Nicolao cæbe: sal.

q Vi grandē pecuniā opinaꝛ ꝓdesse plurimū bonis artibꝰ: utpote quæ oēm amoueāt necessitatē: plurimū fallit mea sn̄ia. Quid em̄ prodesse quæant: quæ quo maiores sunt: eo hūana ingenia reddunt deteriora? Id aūt ita esse tu ꝑspicuo es exēplo: qui quo tpe esses pauper: etiā inter maximas animi occupatiōes atqꝫ labores corporis: semꝑ aliqd: ul' scribebas ul' lectitabas. Et qcqd ocij surripere a negocijs poteras: id omne ad rerū cognitionē & laudatissimarū artiū studiū conferebas. Itaqꝫ tuo ipse ingenio præstantissimisqꝫ moribus delectatus: qua tēpestate mercaturæ gratia ꝓficiscebaris in Mediā ac Persida: tibi tanq̄ suauissimū uitæ comitē eū Ciceronis codicē dono dedi: q de quæstionibus tusculanis inscriptus est. Tu aūt nunq̄ prætermittebas inter molestissima etiam negocia tua usqꝫ aliqd ad me scribere & te & amicitia nr̄a dignū. Nunc aūt posteaq̄ pecuniosior factus es: neqꝫ respondes unq̄ ab me persæpe litteris ꝓuocatus: neqꝫ lectitandis libris ut audio: operā ullam indulges: Sed totus es in lucro. Itaqꝫ non possum nō odisse diuitias tuas: quæ nō modo mihi te: sed ipsi etiā tibi abstulerūt. Nisi fortassis una cū pauꝑtate & facilitate abs te omnē humanitatemqꝫ abdicaueris: factusqꝫ sis suꝑbior. Quid em̄ aliud opiner cum nihil rn̄deas? Qd' si aliud ē in causa: cui necesse ē infuire te: fac: ut sciam: quo uel ignoscā tibi: uel miserear tui. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal'. Maias. M.cccc.xlj.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Mario filio:ſal'.

u T ſunt res humanæ mutabiles omẽs ac fragiles & caducæ: Theodora Chryſolorina mihi dilectiſſima uxor:& tibi mater indulgentiſſima ad proximũ quintum Nonas Maias:q dies erat Mercurio dicat⁹: hocipo anno:qui eſt a natali Chriſtiano quadrageſimus prim⁹ ſupra milleſimũ naturæ deoq; conceſſit:id quod mihi adeo acerbum fuit:ut in uita nihil potuerit accidere acerbius. Scio me tibi fletus ſingultuſq; nunciare: Nã ne ipſe quidẽ potui me a lachrymis cõtinere. Cæterũ qm̃ ea lege neceſſitateq; nati ſumus:ut oẽs aliquãdo moriamur:æquo aĩo tantũ hoc uulnus feramus:neceſſe eſt. Tu fac:ad nos q̃primũ reditũ matures. Nam nihil ẽ:cp iſtic diutius tẽpus teras: qñ qdem in litterarũ ſtudio quarũ gratia Conſtantinopolin es profectus:non modo non proficis:ſed etiã quæ ab nobis abiens didiceras:amiſeris uſq;adeo ſtudioſum te diligentẽq; præſtitiſti. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Iunias. Anno a natali Chriſtiano. M.cccc.xlj.

Franciſcus Philelfus Catoni Sacco iurecon. ſal'.

q Vis te non amet:atq; magnifaciat Cato:quẽ uideã nihil oĩno uelle ignorare? Sunt nõnulli ordinis tui homines:qui Bartholum modo Baldumq; legerint: quos certe minime contẽno: Sunt eñ ad emungẽdas pecunias ul' extorquẽdas poti⁹ licitatores minime uulgares: ĳ aliud nihil curent:neq; pluris faciant diem: q̃ nocte. Sed tu ut es uir & acutus & grauis:nullis tenebris delectaris. Sed uerſaris ſemp in apertiſſima luce ingenĳ atq; ueritatis. Nihil tibi obſcurũ:nihil reconditum:nihil anceps:nihil ambiguum pateris. Quæris ab me duo ex prima quæſtione Mar. Tul. Ciceronis: Primũ quid ſibi uir ille eloquẽtiſſimus uoluerit:apud quẽ ubi eſſet propoſitum mortem uideri malum:cõtinuo ſubdiderit perinde atq; neceſſario cõſequẽs: Si malũ ergo miſerum. Ais eñ id uideri tibi non ſatis docteq; neq; acute dictum. Sunt eñ plæraq; mala in homine: neq; tñ eius põderis ſunt:ut miſerũ efficiãt. Num illũ uirũ dicem⁹ miſerũ: inquis:qui ſũma uirtute prædit⁹ & primarĳs corporis atq; fortunæ bonis pollẽs: ſi aut interdum ex

pedibus laboret: aut in maximis diuitijs uel equũ uel bo-
uẽ amiserit? Nã hæc etiã mala sũt: sed nõ talia: quæ tali atq;
tanto uiro miseriã importẽt. Petis secũdo loco: qd Clepsy-
dra significet. Nã eius quoq; uerbi mentionẽ fieri eodẽ in
libro. Paucis ad ista tibi r̃ndeo: & de Clepsydra primum:
hoc eñ uerbũ est græcũ: qđ a Clepto cõpositum est & hy-
dor. Clepto autẽ furari significat ac uelo. Descendit enim
Clepto a Calypto: id quod significat uelo: & inde apocaly
pto hoc est reuelo: unde habetur apud Ioannẽ apostolum
apocalypsis: quo uerbo reuelatio significatur. Nã ꝓpriũ fu
racis hominis est: qui Cleptes dicitur: uelare & abscondе-
re: quæ clam & ꝑ insidias surripuerit. Clepsydra uero duo
significat & fontem & horologiũ. Est enim fons Athenis
in arce illa Mineruæ quondam: nunc beatæ Mariæ uirgini
consecrata. Is per alueũ subterraneũ latentẽq; fluẽs stadia
uiginti: surgit tandẽ in riuos ad uicum phalereũ. Erat præ-
terea uas quoddam uitreum: qđ æqualibus dimensionibꝰ
signatas horas ostenderet: ad cuius etiã fundũ erat foramẽ
qđ aquã aptũ emitteret: & ita horæ ꝑ aquæ diminutionem
quot eẽnt: uideri poterãt. Itaq; nõ absurde siue de fonte ac
cipias siue de horologio: recte Clepsydra noĩatur: ꝙ aquã
aut uelet: aut furet. Cæteꝝ in prima Tusculana eã ꝓ horo
logio intelligi oportere: haud ẽ ambiguũ. Vocata ẽ aũt ho
ra ab ὡρος horos: quo uerbo urina significat: aĩaduersum
eñ in egypto ꝑhibẽt: quo tpe sacrificiũ quoddã eẽt faciun
dũ: hostiã imolandã q̃ter ac uigesies æqualibꝰ int̃ se spacijs
mixisse. Et ita hora nomẽ accepit ad horos. i. urina: qđ idẽ
etiã huros dicit̃. Et illud quoq; ambigẽdũ nõ ẽ: dupliciť di-
ci dieť: & natura: q noctẽ unã cũ die dimetiẽs: quattuor atq;
uiginti horas cõplectit̃: & arte: q integrũ hũc diẽ ĩ duas di-
uidẽs ꝑtis ex duodenis cõstat horis: qua dimẽsiõe & roma
ni usi sunt & hebræi. Ad alterã uero tuã quæstionẽ qua Ci-
cerone uideris & obtusitatis & inscitiæ accusare: illđ cẽseo
r̃ndẽdũ: nõ tibi: quẽ nihil ab re quærere solitũ aĩaduerti sꝫ
tuis istis sophistis: q cũ oĩa nosse uolũt existĩari: nihil sciũt
oĩo. In oĩ & facultate & arte & scĩa: Principia quædã ueluti
fundamẽta cõstitui solẽt: q̄bus cõcessis: quæ inde manant

facile cõfirmant. Academici quorum auctor fuit Plato: & peripatetici item: quibus & nomẽ & initium dedit Aristo teles Platonis discipulus: triplicia bona in hominis uita esse uoluerunt. Prima animi & ea sane cæteris omnib⁹ potio ra. Secunda corporis: que tanto sunt ꝙ animi deteriora: quanto corpus animo ẽ inferius. Tertia fortunæ: quæ quo minus in nostra potestate: eo cæteris bonis minoris sunt fa ciunda. Præterea in singulis huiusmodi bonis eas differen tias esse uolunt: ut alia aliĵs præstare arbitrentur. At stoici quorum princeps fuit Antisthenes Socratis auditor cõdi scipulusq́ Platonis: id solum ac summum censuit bonũ: qđ honestum esset. Quæ uero uel ad corpus uel ad fortunam pertinerent: neq́ bona appellauit existimatue nec mala: sed indifferentia: quod & bene ac secundum uirtutem iĵs uti possemus & male atq́ uitiose. Ob eãq́ rẽ: tũ cõmoda tũ incõmoda noiant. Nec parũ & nimis: nec plus & minus: nec excessum & defectum ullũ inter animi bona stoici eẽ uolunt: ut cum quid dicatur bonum: id constet omni boni tatis & ratione & numero. Et item malum: quod oĩ ex p te & absolutissime malum sit. Cum solo igitur bono stoici humanam fœlicitatem definiãt: ꝙ rectissime Cicero stoi cos secutus: cum propositum eẽt mortem uideri malum: respondit: si malum: ergo miserum: id quod & ad proposi tionem & fortassis ad ueritatẽ aptissime subtilissimeq́ cõ sequitur: quanq́ iccirco fortassis ipse non probas ꝙ poda gra tibi non malum modo: sed summum etiam malum esse uideatur. Quod si teipsum colligeris: aliter sentias. Vale. Ex Mediolano. iiiĵ. Nonas Iunias. M. cccc. xlĵ.

Franciscus Philelfus: Saxolo pratensi: sal.

d E tua in peloponnesum: quã instituisti ꝑfectione: accipe sententiã meam. Fuit olim pelopõnesus in uniuersa græcia & uiris & opib⁹ pollẽs: nũc iĵs uacua prorsus. Nã ꝓpter cõtinuas barbaroꝝ incursiões incolarũq́ ignauiã: adeo ẽ bonis exinanita oĩbus: ut præter unũ Georgium gemystũ uirũ certe & doctũ & grauẽ: & disertum: nihil inuenias dignũ laude. Principes eñ illi palæologi ipsi

quoq; inopia pressi uel suis sūt ridiculo ac prædæ. Itaq; præter unum gemystū cætera illic oīa cōmiserationis sūt plena. Accedit ꝙ lingua etiā ipa adeo ē deprauata: ut nihil oīno sapiat priscæ illius & eloquētissimæ græciæ. Mores uero barbaria oī barbariores. Quare si me audias: nō pelopōnesus tibi sed Thracia hoc est noua Roma Constātinopolis petenda est. Illic em̄ & uiri eruditi sunt nōnulli: & culti mores: & sermo etiā nitidus. Qd' eo tibi magis faciundum censeo qd' nesciā quāta sit tibi Georgij gemysti futura copia: si peloponnesū petieris. Est em̄ iā admodū senex: quiq; magistratum gerit: nescio quē. Cæterū Constantinopolin petiturꝰ poteris: si uidebit': ad uirū ex itinere tātisper diuertere: donec præsens ipse corāq; dijudices & regionem & uiros. Vale. Ex mediolano. vj. idus Iunias. M.cccc.xlj.

Franciscus philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

n Emo te uno accipiēdo facilior. Te rursus nemo difficilior dando. Tu me liberalitatis plurimū laudas: Et hāc uirtutē extollis oratione: ac recte tu qdē. Cæterum quā ipse uirtutē tanti facere uideris: cur eā minꝰ amplecteris? Es tu sane librorū officina. Sed ex tua ista taberna libraria nullus unq̄ prodit codex: nisi cū quæstu. Quid tandem adeo te libris ingurgitas? Quibꝰ utinā ut par est: utereris. Ego petij abs te Strabonē geographū excribēdi grā: cum mihi librarius esset domi. Reddita mihi sunt a te uerba cū assentatiōe ꝑmulta: Ad rē autē nihil. Petis a me nūc Sextū Empericū eiꝰ excribūdi grā: gero tibi morē. Sed ea cōditione ne mutuū tibi iure doni ascribas. Quare fac: ut ad me meꝰ redeat codex: cum suo apud te officio functus fuerit. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Iunias. M.cccc.xlj.

Franciscus Philelfus: Francisco barbaro: sal.

a Dhortationē tuā non inuitus audiui: quippe q norim eam ꝓficisci a beniuolētissimo in me aīo. Itaq; habeo tibi gratias. Verū illud quoq; animo uelim: tecū uolutes: non esse in eius potestate: qui nauiget euxinum: ire sæpe quo uelit: sed quo uenti traxerint. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Apriles. M.cccc.xlij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: sal.

s I possem tuo uti consilio: nihil omniũ mallem. Sed qđ te nõ latet: tẽporis habẽda est ratio. Qđ q min⁹ facit: is certe prudẽs esse non potest. Cætera tecũ is cõmentabit: qui tibi litteras reddidit. Nã quicqd exposuerit: id ab me totum ꝑfectũ existimato. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Apriles. M.cccc.xlij.

Franciscus Philelfus: Catoni sacco iurecõsulto: sal'.

p Vto Mariũ filiũ diem prope apud te fore. Nã eũ expecto quotidie. Debet em̃ soluisse ex Thracia: estq; remigaturus per Padum. Cum istuc appulerit: aut ipe tu ei consule de equo: aut me facito q̃primũ certiorem: quo equũ iubeam aduolare ad uos. Vale. Ex Mediolano idibus Maijs. M.cccc.xlij.

Frãciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal'.

n Olo: tibi unq; ꝑsuadeas Alberthe Zãcari eo me esse ingenio: ut simul cum loco animum quoq; immutẽ. Quinimo etiã cum sum Mediolani: uideor usq; Bononiæ agere: adeo me istius florẽtissimæ uestræ urbis memoria tenet. Quid igit̃ de te putas: cuius suauissimi facillimiq; mores semp habitãt mecũ die noctuq;? Quod si min⁹ frequẽter meæ lr̃æ ad te aduolant: id uel occupatiõib⁹ meis dato: ul' tibi fortasse ipsi: qui negligentior factus es. Nã si sæpius ad me scriberes: cogerer etiã ipse uim afferre meis quibusq; negocijs: ne te frustra scripsisse iure queri apđ me posses. Itaq; posthac quid tibi faciundum sit: tenes. Velim: me certiorem facias de omnibus rebus tuis. Nam quãq; uarij istinc rumores afferuntur: ego tamen ea certissima esse arbitror: quæcunq; a te accipio. Non enim ipse es: qui aliud dicas: aliud sentias. Proinde si de te me uelis trãquillo esse animo: fac: liquido intelligam: quo in statu uerseris: q̃ uiuis & tibi & tuis. Idq; ut facias: te etiam atq; etiã rogo. Nam de rebus tuis non possum non esse sollicitus. Vale. Ex Mediolano. xiij. kal'. Ianuarias. Anno a natali Christiano. M.cccc.xliij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Tuscanellæ: sal'.

n On eẽ te oblitũ & doctoris & hoĩs amicissimi: gaudeo maiorẽ in modũ: tibiq; habeo gratias: qđ hoĩs

gratissimi officiũ præ te fers. Qđ cupis certior fieri: quo in statu sint res meæ: uersor eqdē apud hũc meũ hũanissimũ pncipē atq; optimũ & honorifice & in maxia animi qete. Vnũ mihi mō molestũ ē: q hetrusco poti⁹ delectat̄ ſmōe: q̄ lrario. Itaq; necesse ē ea scribā quæ iubet. Cætera mihi belle sē oia. Vale. Ex Medio. v. kl̄. Ianuarias. M. cccc. xliij.

Franciscus Philelfus: Guarnerio Castellioni iureconsulto ducaliq; senatori: sal̄.

e T leporem: & capos: & pdices: quos dono misisti mihi cũ uidi libent̄: tũ iucũdissime accepi. Nã & ingeniũ delicatiorib⁹ fouet̄ obsoniis redditurq; acuti⁹: & accipere a te dona tali tãtoq; uiro nō fit sine laude mea. Recte eñ Horati⁹: O & præsidiũ & dulce dec⁹ meũ. Quãquã ego: ut ingenue tibi fatear: qđ sentio. Lautiorib⁹ istiusmōi esculētis nō admodũ uti consueui: nō q gust⁹ mihi sit rusticanus aut agrestis: sed qm̃ uideor didicisse: quo habiti⁹ est corp⁹: eo ingeniũ reddi crassius. Quis aũt nescit istiusmōi qbusq; cibis corpa effici lautiora? Itaq; si me amas: leuioribus munusculis mecũ age: peponib⁹: prunis: psicis: malis: pyris: uuisq;: ac ficubus: ne deteriorē efficias: quē meliorē debes. Vale. Medio. ex ædib⁹ nr̄is. iij. kl̄. Ianua. M. cccc. xliij.

Franciscus Philelfus: Leodrysio Cribello: sal̄.

q Vod græca oia te delectant: uel ea assequor coniectura: qđ meis libris uteris p tuis ex illo uidelicet trito peruulgatoq; puerbio: Τά τώμ φιλώμ χόιμά Sed tu eo pl⁹ facis: qđ mea ita ducis tua: ut mihi in iis nullum ius reliquũ esse uelis. Meus Diodor⁹ iã annos duos est apud te: Nec tot lr̄is repetitũ ire ad me pateris. At isto mihi uæhementer est opus. Quare fac: eat ad me q̄primũ: rediturus ad te cum uoles. Qđ si fortassis tenet̄ in fœnore: fac me certiorē: quo pecunias ad te dem: ne pereat. Vale. Ex Mediolano. iij. kal̄. Ianuarias. M. cccc. xliij.

Franciscus Philelfus: Saxolo patrensi: sal̄.

p Ollucem: quē petis: libētissime ad te darē: si penes me foret. Sed hospitat̄ iãpridē apud Harpyã: hoc ē apud Ioannē nostrũ Aurispã: qui ea cōditione libros accipit mutuo: ut restituat nunq̄. Dabo tamē ad eum litteras:

curabocꝫ uľ humanitate uľ iurgio: ut pollux redeat domū: quem deinde continuo tibi mittam. Vale. Ex Mediolano iij. kaľ. Ianuarias. M.cccc. xxxxiij.

Franciscus Philelfus: Guiniforto Barçiçio sal.

e T sanctū est præceptum & euangelicum: ne alteri faciamus: quod nobis fieri nolumus. Id psæpe legisse te certo scio: es eñ totus similis tui. Quo fit: ut magis mirer non idē a te obseruari: qđ didiceris. Scis eñ ab Aristotele quoqꝫ usurpatum non satis esse uirtutem scire: nisi etiā boni simus. Quid hæc sibi uelit oratio: nō te præterit. Tuum igitur fuerit ita moderari tibi: ut nihil quæsisse uidearis: quod ipse grauiter sim laturus. Est mihi tecum a patre tuo eruditissimo illo optimoqꝫ uiro familiaritas: quæ tibi sancte atqꝫ inuiolate tuenda est. Vale. Ex Mediolano. iij. kaľ. Ianuarias. M.cccc.xliij.

Frāciscus Philelfus: Bornio salæ iurecōsulto: sal.

q Vid egerim in causa amici tui: ex eodem ipse debes iam coram accepisse. Nam est a me nihil sane prætermissum quod ad eius uel rem uel dignitatem pertinere sim arbitrat⁹: Et ut mea fert opinio: longe plus ē apud hunc meum clæmentissimum principem mea opera consecutus: ꝙ uel optare fuisset ausus. Tu si quid est aliud: qđ a me tua causa fieri uelis: id si scripseris: non scripseris frustra. Vale. Ex Medialano. iij. kaľ. Ianuarias M.cccc.xliij.

Franciscus Philelfus: Antonio Metello: saľ.

c Ommentationū Florentinarum dedi ad te libros tris. Nam pluris nondum ædidi: & ne id quidem mea culpa: sed istorum potius: ab quibus princeps inducitur: ut alia mihi inscribēda iubeat: quæ indoctos potius ꝙ uiros doctos & grauis sint delectatura. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iij. kaľ. Ianuarias. M.cccc.xliij.

Frācis. Philel. Antonio Raudensi Theologo: sal.

q Vid ego sentiā de ijs: quæ abs te in Lactantiū firmianum scripta sūt: dicam equidem breuiter: nec tibi mentiar. Petis eñ ut audacter tibi aperiam iudicium meum de ijs quæ in firmianū Lactantiū scripsisti. Obtemperabo uoluntati tuæ: id qđ etiā si minus eēt abs te petitū:

minime subticuissem. Non est boni uiri reticere ueritatē: præsertim eã quæ deprauata si fuerit: nocere pluribus pōt. Vellē equidē pater optime: ab omni istiusmodi scribendi genere te cōtinuisses: neq̧ cū insaniēti candido decembre desipere ipse uoluisses. Id certe fuisset & ordinis & dignitatis tuæ. Quæ eñ p immortalē deū phanatica ratio te cōmonuit: ut pinde atq̧ infesto quodã atq̧ inimico afflatus spiritu: in uirum illum doctissimum atq̧ disertissimum: tam insolenter: tam iniuste: tam impie inueherēris: ut nō res solū pene innumerabilis: cōsulto male interpreteris: sed nomen etiam uiri deprauare studueris: utpote quem Lactensium pro Lactantio nomines? Nã de reb⁹ ipsis quid loquar: quas uel pueris notas: dum corrūpere laboras: te omnibus eruditis & grauissimis uiris ridiculo præbes? Pudet me profecto ea in medium proferre: quæ a te nō inepte min⁹ q̃ perperã notata sunt atq̧ reprehensa. Rogo igitur te ūt hac in re Aurelium Augustinum imiteris. Retractauit ille uir æque sapiens ac sanctus: quæ imprudenter errauit. Retracta etiam tu: si tibi constas: quæ sciens uolensq̧ male scripsisti. Quod si feceris: non modestiæ & uerecundiæ minus q̃ sapientiæ laudabere. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iij. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxiij.

Franciscus Philelfus: Saxolo pratensi: sal.

q Vid intersit inter στρατεία strateia penultima syllaba p ei diphthongon scripta & cū accētu acuto: & στρατιά stratia penultima syllaba scripta sine diphthōgo: & ultima syllaba accētuata: expediã breuiter. Quã nos expeditionem dicim⁹ in re militari: eã græci στρατείαμ strateiã nominãt: Nã στρατιά stratia sine diphthōgo in penultima & cū accētu ĩ fine: exercitū significat. χιλίαρχος chiliarchos uero ad uerbū: millenari⁹ est: sed in romanis historiis ꝓ tribuno militum ita semp accipit: ut δήμαρχος demarchos pro tribuno plebis. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxiij.

Franciscus Philelfus: Francisco barbaro: sal.

n On equidē ignorabã fore: cū Cyriacū Anconitanū tibi essem cōmendatur⁹: ut diceres agi ab me acta

quippe cui uir ipē sine ulla etiā mea cōmēdatiōe cōmenda tissim⁹ sit cū uirtute sua: quæ haud est uulgaris: tū ea diligen tia qua in suscitādis mortuis unus omniū prim⁹ utiť. Quē em̄ unq̄ hmōi laborē suscepisse aut audiuim⁹ aut legimus: ut ex uniuerso prope terraꝝ orbe quicqd in ullis usquā la‑ pidibus notatū litteris aut græcis aut latinis unq̄ fuerit: id reportarit ad nr̄os. Verū eo is tibi hoc tēpore gratior esse debet: qđ a te barbarū refert nōnulla pulcherrima epigrā‑ mata: quæ apud barbaros Asiæ populos repperit. Ex quib⁹ ipsis habenť plæraq̄ memoratu digna. Quare hūc hominē ita tibi cōmēdo: ut intelligas mihi quoq̄ esse charissimum. Vale. Ex Mediolano. iij. Kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxiij.

Franciscus Philelfus: Leonardo Iustiniano: salutē.

k Yriacus Anconitan⁹ cū Venetias peteret: a me pe‑ tijt ut se tibi p̄ lr̄as cōmendarē. Id feci eo libētius: ꝙ nō essem ignarus hominē tibi fore nō iniucūdum: præsertim ꝙ ferat secū nōnullla priscæ uetustatis monumē‑ ta & eulogia: & epigrāmata: & alia plæraq̄ scripta: quæ ex lapidib⁹ uetustissimis i Asia Græciaq̄ collegit. Hūc igiť ui‑ rū ita uelim & uult⁹ hilaritate & sermonis comitate excipi‑ as; ut eos soles quos dignos existimas: ab quibus tuū splēdi dissimū nomē p̄ orbē terræ lōge lateq̄ prædiceť. Nunq̄ em̄ quiescit Cyriacus: qui eā sibi ducit quæstuosissimā merca‑ turā: si quid ab primis illis usq̄ arcadibus: quos ante solē & lunā extitisse fabulāť: memoria dignū inuenerit: in Italiāq̄ aduexerit. Quid sit opus facto: intelligis. Vale. Ex Medi‑ olano. iij. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxiij.

Frāciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal.

e T ipse bene habeo: & te ex litteris tuis bene uale‑ re audio. Itaq̄ utriq̄ nostrū & gratulandū iuxta & lætandū est. Id quod ut ꝙ diutissime fieri liceat: uæ‑ hementer opto. Vale. Ex Mediolano. iij. kalen. Ianuarias. M.cccc.xxxxiij.

Frācisc⁹ Philelfus: Ioannocio manetto: sal.

c Ommunis ille familiaris noster me corā monuit tu‑ is uerbis: ut a barbadoris mihi cauerē: qm̄ occulti

nescio quid cõsilij habẽt cũ ijs hominibus:qui mihi uel nul-
lo errato meo infesti sũt. Habeo tibi gratiam mi Ioannoci:
qui nulla fortunæ incõstãtia deterreris:quo min⁹ mihi sem
per bene consultũ cupias. Cæterũ esto bono de me animo:
Nam ita munit⁹ sum:ut nullæ hominũ insidiæ mihi possint
incõmodare:quippe qui & prudentiæ utor armis:& apud
eum sum principẽ:qui uel dormiẽtibus nobis:omnia rime-
tur:omnia custodiat:adeo ut nullus omnino sit locus insidi-
is. Cõsiliũ tñ tuũ nõ mõ nõ cõtemno:sed facio plurimi am-
plectorq; libentissime. Et operam dabo:ut re ipsa intelligas
nihil frustra scripsisse te. Vale. Ex Mediolano. iij. kalen. Ia-
nuarias. M. cccc. xxxxiij.

Frãcisc⁹ Philelfus: Iacobo cõstantio equiti aurato:sal.

u Nas tandẽ aliquando litteras tuas accepisse me du-
co equidẽ miraculi loco:putabam enim te nullum
iam esse:quod tãdiu nihil pro tua pristina consue-
tudine mecũ obstreperes. Cæterũ ita solent plæriq; omnes
fortunati qui lætissimis in rebus nõ amicorũ modo: sed sui
ipsorum obliuiscunt̃. Quod aũt mihi fortunã meã gratula-
ris:id tibi licet facere merito. Sum equidẽ apud sapientissi
mũ munificentissimũq; huius tempestatis principẽ:& eun-
dem optimũ sane uirũ ducem hũc Mediolani Philippum
Mariã. Petis ut huic te & notum & cõmendatũ faciam. Id
mihi facillimũ factu est. At faciam certe. Verũ mihi decla-
res uelim:quæ tibi sit mens:qui cogitatus tui:quo intelligã:
quid tibi agendũ sit. Hæc a me sunt non temere scripta. Si
te mihi penitus reclușeris:potero tibi fortasse consilinm da
re non inutile. Vale. Ex Mediolano pridie kalẽ. Ianuarias.
M. cccc. xxxxiij.

Franciscus Philelfus: Alberto Zancario:sal.

d Esiderare te litteras meas æquo animo facileq; pati-
or:quippe qui existimẽ abs te amari me plurimũ.
Miror tñ quid serius adeo mihi scribis. Causam re-
ijcias:scio:in occupationes tuas. At debes me quoque arbi
trari minime esse ociosum. Itaq; officiũ meũ aut tibi nõ est
accusandum:aut tuũ tibi minime probandũ. Vale. Ex Ne-
diolano pridie kalen. Ianuarias. M. cccc. xxxxiij.

Franciſcus Philelfus:Bornio ſalæ iureconſulto:ſal.

p Eriucūdæ fuerūt mihi litteræ tuæ:uel pbreues:fuiſſentq̃ lōge iucundiores: ſi atticū te q̃ laconicū maluiſſeſ. Cæteꝝ ne ſis me quoq̃ breuitate ipa ſupior. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Ianua. M.cccc.xxxxiij.

Franciſcus Philelfus:Pallanti Stroçæ equiti aurato:ſal.

c Vm nihil nos inter nos ſimus aliud commentaturi q̃ de muſis & litteris:neſcio quid nobis uerendum ſit:quo minus priſtinam illam noſtram & familiaritatem & beniuolentiam mutuis litteratum officijs repetamus. Sane plurimum me delectat:q̃ te totum philoſophiæ ſtudio deditum audio. Quid enim magno uiro dignius? quid illuſtrius? quid etiam iucundius:q̃ aſſidue animū alere bonis artibus? Quæ fortunæ appellantur bona:fluxa omnia caducaq̃ ſunt: Solum animi bonum:quod in uirtute poſitum eſt:& in rerum incōmutabilium totiuſq̃ naturæ perſpicientia reddit humanum genus & immortale & beatū. Itaq̃ non poſſum non maiorem in modum laudare inſtitutum nobiliſſimum tuæ pacatiſſimæ uitæ. Tibiq̃ uæhementer gratulor:æquanimitatē tuam prudentiſſimumq̃ conſilium:quod aliqñ te totū tibi uendicaueris uacuus omni ſtrepitu & faſtidio ambitionū ciuiliū & hūanarū ſollicitudinū. Vtinā idem mihi liceret hoc tempore:quod tibi uni. Quatenus tamē licet: ipe etiā uiuo mihi. Et quicquid ab officio ſurripio mihi ocij:id totum philoſophiæ dedico. Meq̃ ad ſcribendū cōuerti totū:quo nō præſentibus modo: ſed etiā poſteris natus fuiſſe uidear. Vale. Ex Mediolano kal. Martijs. M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:Iacobo Conſtātio equiti aurato ac iureconſulto:ſalutem.

f Vm equidem ſuauiſſimas tuas litteras ſuauiſſime oſculatus:utpote quas refertas ad me dediſti cū tuis ſuauiſſimis ſalibus:tū exuberanti quadā erga me beniuolentia. Quod autē cauillaris me:quoniam opulentior factus ſim:oblitū eſſe tui:uideo te q̃urbaniſſime iocari mecum. Nam quo pacto obliuiſcar tui:quē & Senæ primo & dein Bononiæ: cum utraq̃ in urbe prætorem urbanum

gereres: nõ modo studiosissimũ mei: sed quod tuæ erat hu
manitatis obseruantissimũ esse animaduerterim. Quod au
tem ais me opulentũ factũ: rides tu sane ingeniũ meũ: quẽ
noris a nulla re magis alienũ q̃ a cumulãdis pecunijs. Nec
me latet esse nõnullos: qui mihi uitio dẽt meũ hũc rei pecu
niariæ contẽptũ: præsertim quod existimẽt diuitias in om̃e ui/
tæ gen⁹ expedire plurimũ: cũ esse eas dicãt ornamẽta pacis
& subsidia belli. At ego mihi bellãdũ nunq̃ censui: nec itẽ
uolo: ni fortasse cogar respõdere lacessitus. Sed huiusmo/
di belli genus nõ ense gerit: nec iaculo sed lingua & arundi
ne. Ad id nullis diuitijs est opus. Nã in pace mihi ea uiden
tur pulcherrima ornamẽta: quæ ingenij splendor: quæ ma/
gnitudo uarietasq̃ doctrinæ: quæ dicẽdi copia maiestasq̃
præstiterit. Huiusmõi ego studijs delector plurimũ laco/
be Constãti: quorũ diuitijs me cuperẽ opulentũ iure pos/
ses appellare. Voluntate certe proxime accedo. Cæterum
illud tibi ausim affirmare: nihil omnino esse uel ad uirtutẽ
uel ad optimas disciplinas cõtrarium magis: q̃ diuitiarum
opumq̃ magnitudinem. His enim mortales ad libidinem:
ad insolentiã: & ad multa uitiorũ genera impellunt. Quo/
rum quemq̃ mihi dederis ex omni hominũ memoria qui
& ditissimus idem fuerit & uir optim⁹? Possim ego tibi in/
numerabilis prope in medium afferre: quos magnitudo pe
cunię ad extrema scelera impulerit. Itaq̃ siue serio loquaris
seu ioco: ego ita memet institui: ut nlli pecuniario quæstui
unq̃ seruiam: sed dominer potius. Tu certo scio: de te tibi
multo secus instituisti. Nam qui uoluptuarius factus es: pe/
cunijs multis carere non potes: quo tuo isti latiori uẽtri ob/
sequaris. At nobis qui uilioribus utimur obsonijs: nulla
opus est pecuniarum copia. Paucis enim contenti sumus:
plurisq̃ lactucam & pirum facim⁹: q̃ cinnama ac çucharũ.
Nullo delectamur mulso: sed aut aqua p sæpe mera: aut ui/
no & debili & dilutissimo: id quod si nõdũ uict⁹ nostri me/
moriã amisisti: meminisse ppulchre debes. Sed hæc inter
nos iocati simus. Tu: uelim: me cõmonefacias: ad quod tẽ/
pus es Neapolin petiturus. Nam consilium istud tuum nõ
possum non plurimum probare. Es enim apud eum regem

futurus:qui cũ nulla uirtute uacat: tum benignitate ac mu/
nificentia cedit nemini. Vale. Ex Mediolano pridie idus
Iunias. M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philoſopho ac
medico:ſalutem.

a Ccuſabis me negligẽtiæ:quod equidẽ permoleſte
ferrẽ:ſi cuiq; me noſſẽ indiligentiæ obnoxiũ. Nã qs
alius me uno in amicos diligẽtior? At nullæ meæ iã
diu litteræ tibi ſũt redditæ:quaſi aliqd tu mihi pdiu ſcripſe/
ris:cui uicẽ ipſe minus reddiderim. Noli igit̃ ea torquere
in me tæla:quæ iure optimo retorqueat̃ i te. Cæterũ iſtiuſ/
modi deſideriũ tuũ nõ difficulter me expleturũ polliceor:
quatenus per temporũ conditionẽ mihi licuerit. Id tũ fiat
ſi omnis ſermo noſter:omnis ſcribẽdi cõſuetudo de muſis
futura ſit:& de ĩs rebus:quæ nihil habeãt cõmune cũ publi
cis actiõibus. Ego:qđ ſcire poſtulas:bene ualeo:meaq; for/
tuna contẽtus ſum. Pauca appetenti: pauca etiam ſatis ſũt.
Quotidie mutare cælũ hominis eſſe duco & incõſtantis &
moroſi: præſertim ubi id ab re fiat. Vale. Ex Mediolano
kal.Iulijs.M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus Ioanni Auriſpæ:ſal.

n Oui ex ipſa uſq; Cõſtantinopoli eſſe tibi recõditos
nonnullos Theophraſti libros:& eos maxime qui
περὶ φυτῶν inſcribunt̃. Hos ego mihi excribi cu/
pio. Eſtq; mihi cõmode parat⁹ librari⁹ græc⁹. Itaq; rogo te:ut
codicẽ illũ mittas ad me q̃primũ:rediturũ item ad te pro/
pediem. Noli:obſecro:ullam excogitare cauſam aut confi/
ctam:aut ueriſimilẽ:qua fretus:mihi minus morem geras:
ne ipſe item cũ meo aliquo uolueris uti officio:par pari re/
ferre cogar. Vale. Ex Mediolano. xv. kalen. Auguſtas. M.
cccc. xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:Saxolo pratenſi:ſal.

n On idẽ eẽ τὸ ψεῦδος λέγειν καὶ τὸ ψεύδεσθαι
ſextus empericus libro primo de grãmatica aptiſſi
me docet. Nã ψεύδεσθαι:hoc eſt mẽtiri tũ exiſti/
mamur:cum id dedita opera facimus in alterius fraudem
atq; detrimentum:cui mentimur. At ψεῦδος λέγειν:hoc

est mendaciũ dicere:etiã ad eius utilitatẽ cui dicimus mendacium:fieri a nobis potest:id quod & parẽtes in filios: & medici in ægrotos obseruare plærumq; consuerunt. Multa enim quãdoq; dicunt:quæ norunt nõ esse uera:& dicunt tamen:ut illis uel admonitione uel exemplo uel spe aliqua ꝓsint. Præterea mẽtiẽdo nõ ipsi fallimur:sed studem⁹ alterũ fallere in eius detrimẽtũ. At dũ mẽdaciũ dicim⁹: tũ etiã ipsi fallimur: dum nos uera loqui arbitramur. Vale. Ex Mediolano Nonis Augustis. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Leodrysio Cribello: sal.

m Iror:quid tibi in mentẽ uenerit ut ex Papia litteras ad me dederis:quib⁹ petis: habeã ne quicq; exploratũ ac certũ: cuiusmodi legẽ tulisset Ottho imperator de cõsessu ordinis equestris in Theatro: & quæ item fuerit lex iulia: & quæ scatinia? Quid enim te nõ mirer: qui cum habeas istic iureconsultorum Homerum Catonẽ saccum:nõ ex isto potius:q; ex Philelfo quæsieris de istiusmodi legibus? Cæterum ut tibi morem geram: nõ Ottho Cæsar imperator:sed. M. Ottho tribun⁹ plebis legem tulit:ne quis in ordine equestri spectaturus sederet:nisi sestertia q̃dringenta milia possideret. Quod cui contingeret: quisq; is tandem esset:siue ingenuus:siue liber⁹:ei liceret in gradu quartodecimo inter equites spectaculo interesse. Ad q̃dringenta autem subintelligi oportet milia antiquo more. Nam quadringentorum sestertiorum possessio in Romana republica fuisset inopia:cum sestertia centum complectantur libras argenti triginta:cum sestertiũ contineret ex ære signato libras duas ac semis. Legẽ uero Iuliam sanxit. G. Iulius Cæsar:qua cauebatur:ne liceret adulterium perpetrare. Sed deprehẽsi qui fuissent in adulterio: ij supplicio dederentur. Quod uero loco ultimo ab te petit̃. Lex Scatinia a Scatinio lata est cõtra puerorũ cõcubitores:qui uocãtur ἀρσεμοχοῖται arsenocoite. Hos enim graui supplicio afficiebat. Nos tum prædicatores:tum pædicones appellamus istiusmodi homines flagitiosos: & impuros: ac plane sceleratos. Vale cum Catone nostro. Ex Mediolano. vij. idus Septembres. M.cccc.xxxxiiij.

Fracisc⁹ Philelfus: Fracisco Scalamonti equiti aurato: sal.

e T de horologij inuentore: & unde nomen acceperit: respodebo tibi qđ didici lectitando. Habet in sacris litteris: no ægyptiorum inqua: sed hebreorum. Na ægyptij sacras litteras uocabat: quibus per quæda animalia ac signa uerba ipsa significabat: utpote uerbi gra: Anguilla pingentes & inuidu intelligebant & inuidiam: ea ratione: quod anguilla cum alijs piscibus nulla habet comunionem: sed ab eis semper seorsum se continet. & sub leporis figura auditum: quonia lepores sint acerrmi auditus: habetur inq̃ apud hebræos: libro regu quarto: Achaç omniu primu horologium inuenisse. At his ægyptij nequaq̃ assentiuntur: qui ut hominu genus ob cæli temperie ab se ortum cœpisse uolunt: ita etiam cum alias pulchras artis & disciplinas: tum horaru ratione repertam esse: quippe qui asserant hostiam: quæ immolada foret: quater ac uicies parib⁹ inter se se distantijs meiere animaduersa: & inde uni⁹ integri diei tempus in horas quattuor ac uiginti fuisse distributu: quod & diem scilicet complecteret & noctem. Cæterum a probatissimis traditur auctoribus Herme trimegistu cu esset olim apud ægyptios sacru animal quodda Serapidi dicandum coniecisse: id in diem totu duodecies fecisse urinam pari semp interposito tepore: & inde huc horaru ordinem costituisse: dimensu scilicet die in horas duodecim ac noctem eode modo. Id aute eo uidet pbabilius: quod hora ab ὡρος oros quod urina significat: nomen habet. Sunt præterea: qui acutius rem uelint inuenta: dicut enim cæli quadratura in duodecim partis pro ratioe musica diuidi & inde horaru manasse ratione. Aqua enim quæ tenuissima cauerna deflueret: cu per totu die excepissent: hanc maiores nostri in duodecim partis diuiseru: ex quibus quide partibus numeru horis imposueru. De Halcyone aute quod requiris: ea nata e patre Mænolo & matre Canabe: nupsitq̃ Cyeci: quæ quid auis uita agitat circa littus: eiusq̃ pulli auferuntur a fluctibus: & ut ferunt: dies quattuordecim circa hyemalis uersiones quiescit: dicta aut e halcyon: quonia in mari concipiat. Nam ἅλς hals. ἅλος halos salum: hoc est

mare significat: & χυειν cyein cōcipere: & ob hāc rōnem aspirat̃ in prima syllaba:& scribit̃ p y tenue. Vocatur etiā halcyonis. De Pane uero pastorꝝ deo: duplex apud græcos habet̃ fabula. Nā alij dicūt eū esse natum matre Penelope Vlyssis uxore: & patrib⁹ procis omnib⁹: ob idq; Pana esse nominatū. πᾶν pan enim omne significat. Alij uero contē dunt eū natū esse ex Penelope & Mercurio cōuerso in hircū. Et hæc hactenus. Tu uelim me facias certiorē de omni tuo statu: id qđ ꝓximis tuis litteris te prætermisisse miror. Scis eñ tua mihi omnia curæ esse. Quod si de me queras: mihi perbelle est. Nā principi huic meo uniuersæq; & aulæ & ciuitati sū charissim⁹. Vale. Ex Mediola. iij. Kal. Octobres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Olçinæ: sal.

i Oanni Zaburgadæ scribæ regio dedi ad te dono quattuor opuscula: quæ iāpridē ex græco in latinū cōuerterā eloquiū: duo Xenophontis Socratici: alterū de rep. Lacedæmoniorū: alterū de regis Hagesilai laudibus: & duo itē ex Plutarcho Cheronensi: quorum altero Lycurgi uita: altero uita Numæ pompilij cōtinet̃. Ea uero cū certior factus fuero tibi reddita esse: mittā continuo tibi dono secūdū: quē ædidimus de exilio librū: ubi de infamia disseruimus. Nūc eñ tertius nobis liber uersat̃ in manib⁹: q de pauptate inscribitur. Interea uero tēporis quod Ioannes ipse Zaburgada meo nomine tibi corā exposuerit: id ut cures plurimū cupio atq; te rogo. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Octobres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Saxolo pratensi: sal.

n Olim mireris: siquādo serius respōdeo tuis litteris. Id eñ nō fit negligētia ulla mea: qua mihi nihil ē inimicius: sed occupationib⁹ maximis: quibus ita obruor interdū: ut uix sim penes me. Nunc ad ea quæ petis: Artemisius est apud Macedonas mēsis maius. Ad hæc Hyperides orator nōnunq; Artemisium uocat dianæ simulacrum: nam artemis diana est. Præterea euboiæ promontorium Artemisium nominari ostendit Demosthenes in ea oratiōe: quæ pro Ctesiphonte habita est. τέχνη βάρβαρος

techne banausos est:quā nos artem sordidam appellamus: σύνεσισ synesis ꝓprie calliditas est.ἀγχίνοιαι anchione uero uersutia.διάνοια dianoia intellectus est & intelligentia:quā Cicero quādoq; cogitationē interpretatᷣ: quasi cogitando intelligamus. Vale.Ex Mediolano.iij.kalē.Octobres.M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus:Nicolao arcimboldo ducali senatori ac iureconsulto:sal.

EGo singularē ingenij tui acrimoniā summāq; prudētiam cū semper probaui:tū maxime sum hoc tēpore admiratus:cū eo in legatione ad Venetos uti collega nolles:quē noras hominē esse leuissimum:& tamē ubi principis uoluntatē nosti:te Paulū hæmyliū admittere collegam Varronē haud recusasti.Cæterū eo fortunatior Paulo:quod Varronē ridiculo habitū redderis:egisti omnia ꝓ uoluntate & usu principis.Optandū de te principi esse uideo:qd' Agamēnon sibi ducebat de Nestore.Si talis: qualem te omnes esse iudicant:haberet uiros decē Franciscus Sphortia:& de Venetis actū esset:ut ita loquar:& de omni Italiæ dicione.Laudo moderationē animi tui:laudo prudētiam:laudo bonitatem:quibus tu fretus uirtutibus:tantam es in hāc diē laudē cōsecutus:ut in hac uniuersa gallia cisalpina anteriorē in hoc uitæ genere habeas neminē. Gratulor igitur tibi tot uel naturæ industriæ tuæ bona.Mihi autē ꝙ meritissime lætor:cui talis amicus contigerit: quo nemo est nec melior nec sapiētior. Vale.Ex Mediolano.iij.Kalē. Octobres.M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus:Scæuæ corti ducali senatori ac iureconsulto:sal.

Commendatitia epistola non vulgaris

NI perspectū haberē & exploratū animū erga me tuum:nō tā multos ꝑsæpe tibi cōmēdarem. Sed cum animaduerterim nunq; isse frustra meas ad te lr̄as: nō sū ueritus etiā hoc tp̄e tibi cōmēdare isti⁹ hominis cām: qui tibi reddidit meas lr̄as. Qd' eo facio maiore cū fiducia ꝙ mihi uideor intelligere uirū bonū & permodestū iniuria trahi per fora:ut qui pecunia sit inferior:ab eo opprimatur qui solis opibus sit superior. Cæterū noui innocentiam tuā

& animi magnitudinē. Scio non patieris litteras meas fuiſſe uulgaris. Vale. Ex Mediolano kal. Octobribus. M.cccc. xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus: Bornio ſalæ iureconſulto: ſal.

Ccuſare negligentiæ me uideris: ꝙ iādiu ad te ni/
a hil ſcripſerim: quaſi tua ſit diligentia ſingularis: qui
uix unas reddideris litteras poſt meas ad te denas. Itaqꝫ tibi cauendū eſt: ne tua in te retorqueant iacula quib⁹ iure cōfodiaris. Qđ ſi fieri ab me nolis: cura: æquior in me ſis: litteras tn̄ tuas uel perbreuis legi perlibēter: ꝙ in ijs lectitādis agnoui ueterē tuā urbanitatē. Vix dici quæat: quātum me teneat deſiderium & uidendi & amplectendi tui. Quod nobis cum locorū interuallū auferat: reddat id ſaltē litterarū uiciſſitudo. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus: Albertho Zancario: ſal.

Nteuertis tu quidē mi Alberthe: ut qui negligētiæ
a accuſandus: mihi obijcias indiligētiam. Numeres:
uelim: quot ad me litteras dederis: poſteaq̄ a uobis Mediolanum ſolui. Quod ſi meas ex tuis ſcrinijs erueris: intelliges uter noſtrū magis ſit accuſatiōe dignus. Nec eſt mihi moleſtū tamē: ꝙ meaꝝ epiſtolarū teneariſ deſiderio. Diligis em̄ me: quē quoniā coram uidere amplectiqꝫ nō licet: quæris iſtiuſmodi ſolatij genus ex litteris noſtris: quaꝝ ſi uelis crebritate uti: id facillime conſequeris: ſi minus ipe obmutueris. Quando enim fruſtra ad me ſcribis: quo min⁹ tibi cōtinuo reſpondeam? Cæterum utcūqꝫ res habeat: ſcribam ad te perſæpe: uel ad ſacietatem uſqꝫ: quotiens ocium dabitur. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc. xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus: Guarnerio caſtellioni ducali ſenatori ac iureconſulto: ſal.

Vod & ꝓximo āno: ac itē ſupiore mihi pollicit⁹ es:
q tuæ fuerit hūanitatis præſtare deniqꝫ. Scis em̄ me
nihil petijſſe. Nūc autem poſtulo: ut qđ ultro te facturū obtuleras: effectū reddas. Qđ ſi præſtiteris: habebo tibi gratiā nō mediocrem. Vale. Mediolani ex ædibus ne/

ſtris.vij.idus Octobres.M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus.Philelfus ſalu.di.pluri. Aloyſio crotto ducali ſecretario.

q Vantũ tibi debeã:memoriter memini.Nõ ẽm mediocris eſt beneficẽtia in me tua:at amor certe ſingularis:quẽ ſi æquauerit beneficiũ: tm̃ debere tibi exiſtimabo:ut referẽda gratia me inferiorẽ futurũ putem. Et ita immortale erit beneficiũ tuũ.Id aũt tũ præſtiteris: cũ me deceptũ fuiſſe nõ patieris. Num ſi animaduerteris me ob imperitiã florinos:quos uocãt:in cõuentis ꝑ ducatis accipere:pati debes errantem labi e uia? Scis ẽm uniuerſam pene Italiã aureos nullos ducatos apppellare præter Venetos.Nã reliqui nũmi aurei apud cæteros fere omnis & principes & reſpublicas florini uocant̃.At ueſtri iſtiuſmodi florini ſunt ſemiducati.Ego me falli nllo pacto uelim.Cura igitur apud iuſtiſſimũ principem ut dolus ille malus tollatur e medio.Quod ſi ſecus fiat:propediem conſulã & rei & dignitati meæ.Vale.Mediolani ex ædibus nr̃is idibus Octobribus.M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:Ioanni franciſco Gallinæ ducali ſecretario:ſal.

e Tſi noui ea te eſſe integritate ac bonitate naturæ: ut malã omnẽ maliciã nõ ſecꝰ atq; teterrimã peſtẽ aliquã abomineris:nolim tñ ea ratiõe decipiaris: ꝙ aliqui uelint prudẽtes uideri:qui nõ ſint.Nemo ẽm prudẽs põt eſſe:qui idẽ nõ ſit & iuſtus & omni morali uirtute præditus.Intelliges ex collega tuo uiro grauiſſimo & optimo Aloyſio crotto:qua temptẽt aduerſus me uti uerſutia hi: q ducaliũ ꝓuẽtuũ totiuſq; ducalis ærarij curã gerũt:ignorantes illi quidẽ:ut uidet̃:ſtomachũ meũ:qui nihil admittit indignũ aut ineptũ.Tu igit̃ q ab uſq; Sena & noſti me & dilexiſti:diligiſq; egregie:cura:ne mihi ulla fiat iniuria. Nam ego illã nullo pacto ſum platurus.Nõ te latet:ꝙ ego ſũ alienus ab omni auariciæ ſuſpitiõe.Cæterũ cõuẽta mihi atq; ꝓmiſſa ſine ulla diminutiõe ſuari uolo. Id ni factũ fuerit: me cõuentis omnibꝰ ſolutum exiſtimabo.Vale.Mediolani ex ædibus noſtris Idibus Octobribus.M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Antonio pessinæ: salu.

h Eri dedi binas litteras: alterã ad Aloysiũ Crottum: Alteras ad Ioannẽ franciscũ gallinã: quas puto legisse te. Tuũ fuerit curare: ut Senatus rei meæ hoc est ut iusticiæ ꝙprimũ ꝓspiciat. Quod ni effectũ cognoro: eodem utar uerbo: quo ad Philippum. L. Crassus. Si ego tibi Philippe senator nõ sum: nec tu mihi consul. Tenes animũ meũ. Num adeo me abicero: ut admissurus sim florinellos pro florinis: id est argẽteos sedecim in singulos florinos ꝓ argenteis duob⁹ ac triginta? At nostrates: dixeris: ita loquũtur. At nostrates nõ ita sentiũt. Ego illos florinos intellexi atq; intelligo: quos uos uestro more ducatos nominatis: cũ uniuersa Italia solos ducatos appellãt Venetos nũmos aureos. Et ita etiã intellexi munificẽtissimũ principẽ atq; statuisse certo scio: uel inuitis harpyijs istis: qui mentẽ nobilissimi principis deprauare moliuntur. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. xvij. Kal. Nouẽbres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: sal. plu. dicit Ioanni Antonio Rembaldo ducali cubiculario.

n On immerito sapiẽtissimus noster princeps te unũ ex omnibus cubicularijs plurimi semper & fecit & facit. Nouit enim bonitatem tuam: nouit grauitatẽ: nouit constantiam: nouit fidem atq; obseruãtiam erga se. Video alios nonnullos: qui loquuntur ad gratiã: qui se duci sese uel prece uel præmio non difficulter patiuntur. Te uero eum esse fatentur omnes: apud quẽ nil sit ueritate antiquius. Nihil in te fictũ est: nihil simulatum. Omnia refers ad iusticiam & ad principis decus. Et tum maxime officio fũgi putas: cũ nil aut agis aut loqueris: qđ iure possit a quoquã accusari. Quo uitæ morũq; instituto cũ apud principẽ summã tibi comparasti beniuolentiam: tum apud cæteros omnis laudem immortalẽ. Intellexisti quo dolo mecũ agebatur. Rem omnem: ut habeat: renunciasti principi: qui ut est animo splendidissimo munificẽtissimoq;: & iusticia singulari: non est passus sub figmento alicuius sui emolumẽti publicam atq; suam deludi fidem. Quis igitur te non diligat: amet: atq; perpetuis laudibus tollat ad cælum? Merui-

sti tu certe de me q̄ optime. Itaq; uelim: tibi pollicearis eũ esse Philelfum: quo de uno omnia tibi possis & recipere & spõdere: quæ præstari queãt ab animo ingenuo atq; gratissimo. Vale. Et me præstãtissimo nr̃o humanissimoq; principi accuratissime cõmẽdato ac dedito. Mediolani ex ædibus nr̃is. vj. kal. Nouẽbres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Bornio salæ iureconsulto: sal.

q

Vas ab me oratiões petieras ad te dedi. Serius uero: q̃m ijs carebã. Hospitabant̃ em̃ apud amicũ iam diu. Nã neq; meorũ scriptorũ min⁹: q̃ nũmorũ sum liberalis. Quare iniuste ij agunt omnes: qui abutunt̃ benignitate mea. Nõ em̃ omnes sunt Bornij: quo quidẽ uno gratum magis uidi alium neminẽ. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: sal.

m

Acrobij codex de saturnalibus is mõ est Mediolanum allatus: quẽ ante meã in Thraciã nauigationẽ Vicẽtiæ cũ agerẽ amisi. Puto eni meminisse te uirũ illũ clarissimũ Leonardũ Iustinianũ dedisse ad me litteras: quibus & a te Plutarchi æthica: & ab me Macrobij saturnalia peteret cõmodato. Vterq; codex datus ad eum est: per scribam præfecti præsidij Vicentini tabellario cuidam ducalis dominij: qui certe illos nũq̃ reddidit Leõardo. Quin uersutus & callidus ueterator fabellã excogitauit inquiẽs: cum ex equo descendisset apud cauponulam nescio quam bibẽdi gratia: equum se inde fuga surripuisse in proximas syluas: quem postea cum esset persecutus: uix illum tãdem inuenisse amissis illis codicibus: quos ephippiæ alligarat: putare tamen eos furto surreptos. Hos si rem memoria tenes: multum de libris laborauim⁹ frustra: cum nihil odorari potuerimus: in communem tandem acti sententiã: quod scriba ille: cuius fidei eos credideramus: fraude nõ uacaret. Quæsiui ex hoc homine: unde eũ sibi codicem comparasset: respondit emisse ex publico librario quodam: quẽ uulgo uos bidellum appellatis: esse autẽ eius tabernam librariam euntibus ex riuo alto ad forum diui Marci ad dexterã.

Tuũ igiť op⁹fuerit quærere ex eo librario:quo pacto ille co dex ad se deuenerit.Ita em̃ fiet fortaſſis: ut utq́ sublatos li/ bros nobis uẽdicem⁹.Id tu ne habeas neglectui:te plurimũ rogo. Vale.Ex Mediola.iij.kal.Nouem. M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:ſal.di.plu.Ioannocio manetto.

q Vam doleo uir amiciſſime:quod nobis uti nõ lice/ at litterarum uiciſſitudine pro noſtra cõmuni ſen/ tentia. At liceret mihi ſane:ubi eadem tibi licentia ſcribendi eſſet. Non em̃ is eſt princeps me⁹:qui mihi quic/ q̃ pręſcripſerit:utpote qui norit meũ ſcribendi genus totũ eſſe ingenuũ:nihilq́ cõtinere:quod reprehendi poſſit. Nõ em̃ curamus:quæ ad bellũ ſed quæ ad pacẽ attinẽt. Totum noſtrũ ſtudiũ eſt cum Muſis & cum iĵs artibus atq́ diſcipli/ nis:quæ ſemotæ ab omni armorum ſtrepitu:ad bene perti/ nent beateq́ uiuendũ. Quin iĵ mihi deſipere uidentur:qui ſe immiſcent ambitioni & auarciæ:quibus potiſſimũ uitiĵs publici principatus redũdant omnes. Quæ em̃ requies illis datur:qui aliĵſ malunt:q̃ ſibi uiuere. Vt igiť cætera omittã: quæ uel tyrãnida ſapiunt uel imperium: cupio ex te diſce/ re:q̃ belle uales:& quæ tibi cum libris reliqua ſit familiari/ tas. Nam ego huiuſmodi ſtudiĵs ſi unq̃ antea: tũ maxime hoc tempore delector. Vale. Ex Mediolano. iiĵ. kalẽ. No/ uembres. M.cccc.xxxxiiij.

Franciſcus Philelfus:Cyriaco Anconitano:ſal.

r Eddita ſũt mihi q̃ttuor pulcherrima epigrammata: quæ nuꝑ ex Pelopõneſo in Italiã aduexiſti. Hiſ ego ſum ita delectat⁹:ut nõ uerear te rogare:ne unq̃ ceſ ſes ab iſtiuſmodi mercatura:quæ & ꝓutilis eſt & doctis om nib⁹ ꝓiucũda. Qđ aũt intelligere ex me petaſ:quid antiqui philoſophi ſenſerint de partib⁹ animi:repetã paulo altius. Nam aliter eũ partiti ſunt:qui ab Italica philoſophia: aliter qui ab Ionica fluxerũt. Duo em̃ eſſe philoſophiæ principia te arbitror nõ latere:alterũ Ionicũ: alterũ Italicũ. Pythago/ ras igitur ſamius Italicæ princeps philoſophiæ dupliciter animum diuiſit:tum altius:tum propinquius ac dilucidiuſ: cũ primũ dixiſſet duas eſſe animi ꝑtes:alterã rõnalẽ:alterã irrationalẽ;Deinde etiã alia eſt uſus ſecũdo loco diuiſione

cũ diceret animũ diſtribui in tris partes: quarum altera in ſe haberet ratione͂: altera uero quæ ea careret: diuidebat̃ in duas ptes: quarũ una cõtineret τὸν θύμον thymõ: hoc eſt eo loco animoſitate͂. Nã θύμος thymos plura græcæ ſignificat: animoſitatem aute͂ pro iracundia accipiebat. In altera autem parte τὴν ἐπιθυμίαν epithymian. i. cupiditatem collocabat. At Democritus atq; Epicurus in ptes duas animum ſepararunt: Poſuerunt em̃ ratione͂ inhære͂te͂ ac fixam in thorace. Quæ uero pars ratione uacat: eã diſperſam eſſe noluerũt per omne͂ corporis concretione͂: quã σύγκρισιν ſyncriſin uocant. Quinetiam ea corpora: quæ ſenſu carent: Democritus uoluit aliqualis animi habere participatione͂. Et hi quidem omnes ex italica fuere philoſophia. At ſtoici qui auctore Socrate ionicam profitentur philoſophiã: cui principium dedit Thales mileſius: cõſtare hominis animũ uoluerunt ex octo partibus. In ijs enim poſuerunt hos ſenſus quinq;: uiſum: auditum: odoratum: guſtum: tactũ: & ſexto loco partem uocalem: ſeptimo uero eam ab qua eſt ſemen. Octauã autem parte͂ eã ſtatuerunt: quæ intellectu & ratione imperat omnibus hiſce partib⁹ ſeptem. Sed Plato Socratis auditor eade͂ eſt uſus tã primo q̃ ſecũdo loco animi partitione: qua Pythagoram uſum didicerat. Nam & in pte͂ habentem rationem: humanum animũ diſtribuerat: & in partem quæ eſſet rationis expers. Rurſuſq; eundem ſeparauit animum in tris partes: utpote qui mente͂ atq; rationem in capite collocarit: animoſitate͂ uero uigoremq; iracũdiæ: qui proprie eſt ipſe θύμος thymos: quem modo memineram in corde: & cupiditate͂ quoq; ſubter præcordia. Mens igitur ipſa: quæ prima eſt ea uis atq; poteſtas animi quam græci δύναμιν dynamin uocant: in capite tanq̃ in arce imperat: ut regina primæq; dignitatis: eſtq; conte͂platiua. Nam ea parte & uigemus: & intelligimus: & ſapimus. Sed altera uis animi cui Plato ſecũdam tribuit dignitatem: ut eſt in pectore cõſtituta: præſtat ut agamus quæ ip̃a me͂s atq; ratio imperarit. Vis autem illa: quam inferius poſitam oſtendimus: præſtantioribus illis poteſtatibus obte͂perat. Nec illud certe prætereundum reor: exiſtimaſſe Platone͂

per omnis artus animum meare corpusq; uniuersum: atq; singillatim per membra om̄ia tanq̄ p instrumēta quædam uim suam uirtutēq; oñdere. Præterea ad eūdem animū referri om̄ia: quæcunq; occurrunt sensibus: Quæ aūt a sensibus referunt: esse alia atq; alia. At Aristoteles Platonis discipl'us: illū enim annos uiginti audierat: ac princeps sectæ peripateticæ in hasce partis animum secuit. Eas em̄ eē duas dicebat: quarū altera uolebat rōnem cōtineri: alterā uero uacare rōne. Rursus aūt quæ haberet in sese rationē: illā quoq; in duas diuidi ptis: quarū altera ita contēplemur ea quæ sunt: quo ad ipsa principia secus habere non possunt: ut parte altera ea contēplamur: quæ habere aliter possunt: cū ad ea quæ alia sūt genere: ptes quoq; aliæ sint genere necesse est. Alterā uero harū partium Aristoteles scientificā uocat: alterā ratiocinatiuā: cū rōcinari aliud nihil sit: q̄ consultare. De ijs em̄ quæ habere aliter possunt: consultat nemo. Sedem uero mentis atq; rōnis in cordis penetralibus esse uoluit. Ad hanc aūt mentē Aristoteles docet ea referri om̄ia: quæ singuli sensus nunciant: ab eadē de ijs fieri iudiciū: quæ sentiunt atq; exanimari cuiusmodi ea sint quæ uarie occurrunt sensib⁹. At ea in parte: quæ sua natura rationis ē expers: appetitū Aristoteles posuit: qui si a rōne se regi gubernariq; patiat: multarū est uirtutū capax earunq; moralium: Nam mores huius partis sunt qualitates. Sin a perturbationibus auertat: distrahaturq;: fit officina uitiorum oīm. Et hæc sunt sane: quæ mihi hoc tpe de animi partibus occurrebāt. Cū plus ocij dabit: longior tecū ero. Vale. Ex Mediolano pridie Kal'. Nouēbris. M.cccc.xliiij.

Franciscus Philelfus: Francisco barbaro: sal'.

a Dhortatio tua mihi maiorem in modū probari debet: utpote quæ ab optimo aīo manat: meiq; amantissimo. Verum q mare ingressus in uæhemētioris fluctus inciderit: non quo uelit: sed quo ingruentiū uentoꝝ flatus traxerint: nauigare cogitur uel inuitus. Itaq; ex tēpore cōsilium capiatur: necesse ē. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Nouembres. M.cccc.xliiij.

Franciscus Philelfus: Normano albiçio: sal'.

scribit quendam

t V me obtundis litteris tuis. Quare mihi irasci non debes: si minus sæpe tibi respõdeo. Nam ea petis: quæ præstari non possunt. Prudenti⁹ tibi cõsulueris: si patris uiri grauissimi sapientissimiq; malueris: q̃ tuo uti cõsilio. Nescio tibi assentari mi Normane. Homo sum libero ingenio. Nihil simulati præ me fero. Dũ tibi mauis q̃ patri obsequi: oĩbus es ridiculo. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

Franciscus Philelfus: Rainaldo Albiçio equiti aurato: sal'.

p V to iampridem te ul'ab usq; Florentia: cum apud uos agerem: cognouisse haud obscure eo me esse ingenio: ut uerbis pascere didicerim neminẽ: illosq; longe minus: qui mihi iure sunt diligẽdi. Itaq; ne inani alaris spe: nihil hic esse uideo: quod faciat in rem tuam. Rem paucis tenes. Aliunde tibi consulas: oportet. Nec uelim: tibi persuadeas me tua causa laborem ullum aut fugere aut fugisse. Sed ita res habet. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

Franciscus Philelfus: sal'. dicit plu. Antonio Petrucio equiti aurato.

n I plurimi faciam amorem tuum: ingratus sim. Intelligo enim ex proximis tuis litteris (quod tamẽ dubitaui nunq̃) me tibi esse charissimum. Quod aũt me hortaris animum inducam: ac si opus est: cogam: ut ad uos redeam. Quod si facere decreuero: te operam daturũ polliceris: ut apud uos sim & q̃ commodissime & q̃ honorificentissime. Hortaris tu quidem & amice & perbenigne. Atq; habeo tibi gratias qui liberalissimi amici fũgaris munere. Cæterum nõ mihi licet ullam accipere conditionem uel maximam. Nam humanissim⁹ hic princeps ita me tractat: ut nulla mihi relinquatur querẽdi causa. Itaq; rogo te: ne moleste feras: si rationem habeo: tum cõstantiæ: tum dignitatis meæ. Vale. Et uirum optimũ Gynum bellantem nomine meo saluere iube. Ex Mediolano pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

Frãcis. Philel. sal'. di. plu. Frãcisco Scalamõti eqti aurato.

V

e Gi de prætura Mediolanenſi apud hunc nobiliſſi/
mum principem amice & accurate:feciq; intellige
ret:& qui eſſes & quanti faciundus. Non difficult
ſe perſuaderi paſſus eſt.Delectatur enim uiris doctis clariſ
ſimiſq; ingenijs.Itaq; nobis ſpem dedit nō uulgarem.Iuſſit
eñ nomen tuum referri in commentarios. Quantum mi/
hi uideor intelligere:noſter breui futurꝰ es.Interim ea pa/
ra:meditare:cogita:quæ noſtro huic magnanimio princi/
pi uoluptati:tibi uero futura ſint honori.Et ut magis arma/
tus ſis:delectatur hic princeps ijs hominibus:qui quemad
modum tu: aſtra ſapere uidentur: ſi forſan quicq̄ ſapiunt
aſtrorum potius q̄ raſtrorum. Vale.Ex mediolano pridie
kal.Nouembres.M.cccc.xliiij.

Franciſcus Philelfus: Rainaldo albiçio
equiti aurato:ſal.

q Væ mihi ſit ſentētia de re ueſtra Rainalde albiçi:
dicam ſane haud obſcure.Nimiam uideo in uobis
omnibus uiris optimatibus negligentiam: qui tanq̄ ſpere
tis ſecunda omnia uobis dormitantibus pro ueſtra uolun/
tate optatiſq; euentura:nullo utimini:non modo conſenſu
inter uos:ſed ne conſilio quidem. Nam quem exiſtimetis
rebus ueſtris affuturum:ſi uobiſipſis uos defueritis? Et ui/
gilandum eſt:mihi crede: & paranda omnia: quantum in
uobis ſit:quæ ad uictoriam ſpectāt. Atq; ut uno uerbo om/
nia perſtringam:nihil eorum faciūdum eſt:quæ facitis: Po
nite ante oculos inimicos ueſtros illoſq; in obeundis nego
cijs imitamini.Id ſi feceritis:breui futurum ſpero:ut & pa/
triam teterrima oppreſſam ſeruitute in priſtinam liberta/
tem dignitateq; uendicetis:& uobiſipſis perq̄ optime cō/
ſulatis.Quod ſi ſecus feceritis & illi male & uobis omnibꝰ
miſerrime proſpicietis. Vale. Ex Mediolano pridie kalē.
Nouembres.M.cccc.xliiij.

Franciſci Philelfi: Epiſtolarum Liber Sextus.

Franciſcus Philelfus: Vladiſlao Hungariæ Re/
gi:ſalutem plurimam dicit.

e Go te rex Vladislae cũ adire scribendo in/
stituissem: nõ poteram equidẽ nõ subuere
ri: ne a quibusdã existimarer imprudẽtior:
quippe qui dicturi uiderent non esse mei
neq̧ muneris nec etiã dignitatis ad ea sum
mum regẽ abhortari: quæ uel imprimis re/
galẽ magnitudinẽ præ se ferunt. Nam qui ad decus & glo/
riam natus: altus: educatus oĩa supra hominẽ & mediteris
& moliaris & facias: nunq̃ possis: ut opinor: ullis meis uel
monitis ul' adhortationibus quasi equus Lydus in campũ
ad splendidissimæ laudis cursũ uæhementius incitari. Sed
ego certe neq̧ te moneo admirabili prudentia principem
nec adhortator accedo: quandoquidẽ ultro pro diuina be/
nignitate ad summi honoris calcem qui humanæ fœlicita/
tis & testimoniũ est & præmiũ: uel eas ul' puenias potius.
Quid em̃ p immortalẽ deũ aut pulchrius ad humanæ: aut
fructuosius ad diuinæ gloriæ gradũ tibi contingere potuis/
set: q̃ quod ipsa dies & deus obtulit præclarã de Turcis ui
ctoriã gente Barbara & immani? Qui patritis relictis aui/
tisq̧ gurgustijs ubi sese per omnẽ turpitudinis fœditatem
dies noctesq̧ polluerent: horrentibus illis Caucasi uastisq̧
rupibus tamdiu ac multum in uniuersum prope terrarũ or
bem sunt aduersus christi nomen per omne ludibriũ & cõ
tumeliam debacchati. Quas em̃ ciuitates: quos populos:
quas deniq̧ remotissimas nationes quisq̃ afferat: quæ tur/
corũ immanitatem obscœnaq̧ flagitia per omne scelerum
omnium genus minus nel tulerint ul' pertulerint? Obdor/
mierat nescio quo pacto excelsum illd' & inuictum robur
uirtusq̧ Christiana. Ac tantus terror uniuersas mẽtes inua
serat: ut etiam sine prœlio uinceremur: & quicqd erubescẽ
di hostis libidini aut furori collibuisset: nõ pati solum: sed
perpeti quoq̧ posse uideremur. Oh temporum calamitas
miserabilisq̧ fortuna. Ad tantum miseriarum deuentum
erat: ut ignobile illud atq̧ agreste Turcorũ uulgus ex hu/
millimis pastoribus ac famelicis & fugitiuis scytharũ ser/
uis longe lateq̧ in populos Christianos & reges imperita
rent: indiesq̧ magis atq̧ magis ita suũ ꝓpagarent imperiũ

ut iam uix sexaginta milia passuũ abessent ab Italia. Itaq̃ nõ absurde fortassis audacissim⁹ iste & petulãtissim⁹ Amorathus iactare uino obrutus int̃ capacissima illa pocula cõsueuit se tẽplo sanctissimo diui Petri ꝓpediem pro stabulo ganeoq̃ usurũ. Considerabat em̃ latro callidus ac pestifer Christianos principes: qui & auctoritate ualerẽt & uiribus: mutuis int̃ se odijs atq̃ discordijs laborare: cõtendere: digladiari: alios uero præter quæstũ curare nihil: nõnullos ignauia corripi: negligẽtia plures detẽtos intercipi. Int̃ quas ille nostras calamitates iactabũdus atq̃ exultãs: nõ desperabat breui futurum: q̃d secũ ipse per omne facinus ac nequiciã aĩo uolutasset. Sed noluit certe dñs deserere tandem suũ gregẽ efferatis rapaciũ luporũ morsibus tã misere laniandũ. Audiuit fideliũ fletus: Vt clæmẽs: misericors: benignus: nõ solũ ærũnas leuare: sed extremã oĩno præstare opẽ auxiliũq̃ afferre dignatus est. Quare suos in te oculos coniecit. Tua ẽ præclara indole delectatus. Dilexit ꝓbitatem uitæq̃ sanctimoniam. Te unum delegit ex omnibus Christianis principibus: qui suum populum prostratũ erigeres: sustineres: tuereris: qui impurissimos hostes suos trepidos tandem palantisq̃ auerteres: fugares: prosterneres: cõprimeres: interimeres: qui in omnem posteritatẽ per immortalem nominis splendorem te omnibus gentibus admirandum redderes. Quæ quidẽ ipsa: rex præstantissime cũ mecũ ipse cogitarem: uiderẽq̃ maximis tuis laudatissimisq̃ conatibus tam tẽpestiue atq̃ salutifere christũ optimum: maximũ prospexisse: non potui equidẽ ꝓ mea erga te fide singulariq̃ obseruãtia nõ gratulari uel tuæ uel christianæ fœlicitati: quo tuo ductu tuisq̃ secundissimis auspitijs ea futura sit: cui non mõ accidere aduersi nihil quæat: sed cũcta potius affatim bona curriculo contingant. Mihi uero pluri lætor: quẽ supnus rerum omniũ imperator & conditor tuoꝝ parentũ regalib⁹ illis ac sanctissimis nuptijs iccirco uoluit interesse: quo te inde natũ ad cõmunẽ christianæ reipublicæ libertatẽ ac decus aut coram intueri aut saltẽ & crebro & uno & eodem omnium sermone tuas res clarissime gestas audire atq̃ gaudere aliquãdo liceret. No-

uit em̄ ul'Iulian⁹ iste innocēs ac sctūs uir uiuētis hui⁹ Christi Apostolus: sic em̄ iure appellare licet summū pōtificem Eugeniū: qua tēpestate orator sum missus ab impatore Cōstātinopolitano Ioanne Palæologo ad Romanoꝝ impatorē Sigismundū uenisse etiā me inuitatū ad nuptias. Et qđ incredibile mea cū uoluptate ī mentē redit: id uidi ꝑ somniū prima illa nuptiarū nocte: qđ nūc uigilās loquor. Videre em̄ uidebar dormiēs pulcherrimū quoddā astrū sole etiam ipō lōge maius atq; illustri⁹: qđ cælitus delapsum in regiæ isti⁹ uestræ: eminētiore culmine cōsedisset: unde circūquaq; emissis splēdidiorib⁹ radijs: ubi altius sese luce mirabili sustulisset: incredibili celeritate in Macedonicū ꝓmo: deinde in Mysum Olympū: uniuersamq; Asyam ꝑuadere festinaret: ac tantū undiq; fulgorē effūderet: ut æque solē: atq; ille lunam sua præsentia obscuraret. Aliaq; permlta uidere sum uisus: quæ curiosiore narratione persequi non licet. Sed qđ ad rē attinet: Reuelasti ꝓfecto mihi tu rex florentissime ingentibus tuis cœptis splendidissimisq; uirtutibus meā oēm tam longinqui somnij ueritatē: docuistiq; haud frustra somnia ul'immitti ul'emitti. Nam seu diuino iussu quodam reuelentur extrinsecus dormiētibus nobis: quæ aliqñ futura sunt: siue ea sit humani animi natura atq; uis: ut tū maxime uigeat: sapiat: intelligat: cū sensib⁹ corporis somno seruientibus ac pene uinctis: se ipse ueluti solut⁹ in libertatem uendicat: & tanq̄ per rariorē corporis nebulam illa quæq; cernere iā incipit: quæ perspicua olim & luce omni lucidiora ei futura sunt. Quæ quidem res sicui fortasse dubia sit: mihi sane esse nullo modo possit: cui re ipsa somniū omne iam aperitur. Tu em̄ rex Vladislae nuptialis illius astri imaginē repræsentas. Tu ueluti cælit⁹ missus es qui & Istro iā ꝓ diuina cōmiseratione & uniuersa Thracia hellespontoq; superato: q̄primū sis ꝑ illustrē perditissimorum hostium cladem atq; internicium in Mysiam illā Turcorūq; emporiū pursam ꝑuēturus. Tu nō diu post: ut spero: ægyptijs Syrisq; oppressis: patefacies cūctis christifidelibus sanctā ciuitatem. Tu quasi nouus aliquis Alexander ad Gangē usq;: uel ad illos potius usq; Gāgaridas quos

Alexandro metui fuisse legimus:cum tua sempiterna glo/
ria penetrabis. Nam quid ego te Alexandro comparem:
qui omni uirtute illo sis & melior & ingẽtior? Quanq̃ eñ
Alexander cũprimũ arma cœpit mouere : nõ in hostes &
barbaros : sed in amicos & græcos : eandẽ ætatem ageret:
qua nunc tu es:annos eñ uiginti natus erat: illum tamẽ ui/
tia pmulta comitabantur: te uero uirtutes plures. Erat Ale
xander ebrius: Vladislaus sobrius. Impudicus ille: Tu pu/
dicissimus ac plane temperans. Agebat Alexander oĩa
temere: Tu consulto oĩa & prudenter. Vtẽbatur ille ad res
gerẽdas audacia duce & iracundia: Tu fortitudine & clæ/
mentia. Præbebat ille sese ul' in amicos iniustũ: Tu neq̃ in
tuos nec in alienos quicq̃ ul' agis ul' meditaris sine iusticia.
Ille ingratitudini sæpenumero se fecit obnoxiũ: Tu unus
oĩm es, gratissimus. Quod si Alexander infinitis flagitijs
atq̃ sceleribus inquinat⁹: totam prope Asiam ne multo q/
dẽ cum milite subiugauit: quid de tot tuis tantisq̃ uirtuti/
bus sperandũ fuerit: qui nulli uel libidini uel animi impo/
tentiæ seruias: sisq̃ innocentissimus? Præsertim cũ ad flo/
rentẽ firmissimũq̃ exercitum christum habeas tecum pro
pugnatorẽ atq̃ uexilliferũ. Et q̃bus cũ tibi pugnandum ẽ?
Nũ aduersus gallos: aut Britãnos: an aduersus præpotẽtes
atq̃ inuictos Italiæ ppl'os? Sane aduersus turcos: aduersos
pastores & fugitiuos: q̃ nullo iusto Marte oĩa p latrocinia
furtaq̃ moliunt'. Nihilo tñ minus barbara ista atq̃ abiecta
natio contẽnenda oĩno non est: sed curanda oĩa diligẽter.
Nã ut ait poeta: Et neglecta solẽt incendia sumere uires. Id
qd' cũ in alijs q̃plurimis ueꝶ esse aĩaduertim⁹: tũ in re tur/
corũ imprimis. Cum eñ diutius isti contẽnunt': ꝑ nihiloq̃
habent': Bosphoꝶ urbẽ ad Hellespõtũ: ipsi⁹ etiã Iustiniani
ĩpatoris tp̃ib⁹ clãdestinis latrocinijs duce latronũ Bocha
mo cœperũt diruperũtq̃. Et cũ mox fugati sese intra Cauca
si cautes recepissent: rursus Heraclio ĩpante emerserũt
in Persida: unde Mahometum perditorum omnium per
ditissimũ atq̃ nequissimũ: cuius nũc impiam sectam ob ne
quiciarũ illecebras maxime omniũ amplectãtur latrocinã/
tẽ illũ eisdẽ latrões artib⁹ turpit' expulerũt. Indeq̃ factũ est

ut sensim atq; paulatim progrediētes: dum neminē pinde atq; contēpti repugnantē offendunt: in intimis hadriatici sinus regionibus cōsederint: late oīa longeq; turbātes: prædantes: populantes: usq; adeo christianorꝝ principū uirtus obdormierat: elanguerat: contabuerat. Itaq; diuina quadā prouidētia factū reor: ut in tantis humanarū mentiū tenebris ipse in lucem ueneris ad salutē & lucē christianorum. Quare perge: ut facis: Vladislae rex fortissime: Vtere tanto & tā grandi bono: quod tibi cælum oñdit & sydera. Permulta iam de Turcis in hanc diē splēdidissimaq; trophæa statuisti. Iā tota metuit te barbaria atq; cōtremiscit. Quicquid habebāt aut roboris aut spei impurissimi hostes oēs nominis christiani: id oīne in latrociniis insidiisq; turcorū collocarant. Horꝝ autē tot milibus per tot tāq; diuersa prælia abs te nuper interemptis: quid reliquū seu uiriū siue fiduciæ sit aut turcis: aut cæteris infidelibus: quē latere possit: esse certe arbitror neminem. Mirum profecto est quātam de tua animi magnitudine inauditaq; cōstantia apud christianos omnis & spem & fiduciā concitaueris. Iam de trophæis: quæ uocant: nullus sermo: nulla mētio est. Extremum illum optatumq; triumphum quotidie omnes expectant: per quē liceat cunctis impune ac secure: non ægyptū & palæstinā solum: uerumetiā uisere locos omnis ac gētes: ad quas olim uox euangelica peruenerit. Itaq; uniuersi populi regesq; christiani ꝑ tua incolumitate atq; uictoria deum orant: & unus omnium maxime christianissimus princeps meꝰ Philippus Maria anglus: qui te dignitatis & amplitudinis gradu non secus profecto: q̄ patrem & colit & ueneratur: sed amoris charitatisq; affectu æque atq; filium charum habet & periucundum. Qua hunc uoluptate affici existimes: quotiens audit suis de te optatis respondere fortunam? Ita mediusfidius delectatur ac gestit rebus tuis omnibus prospere gestis: ut nihil apud eum lætius increbrescere posse putem. Te regum sydus appellat: Te christianæ reip. propugnaculum nominat: Te christi uocat & ultorem & lumen. Quot quotidie pro te preces ad deum habet? Q̄: assiduis supplicationibus: illisq; pientissimis

ꝑ te uno: huius principis iussu:templa oĩa celebrãt? Quã-
obrẽ cum & deo te rex Vladislae intelligis hominibusq;
charissimum:cum in te uno christianorum omniũ salutem
constitutam esse animaduertis:tuum fuerit: ut quarum re-
rum labores ac discrimina maxima cũ tua ingenti laude su
scepisti: earũ pulcherrimã palmã expectatũq; triũphum ne
relinquas. Quin age adiutore atq; duce christo Iesu: inua-
de impiã illam teterrimãq; barbariã: Tibiq; persuade non
minorem tibi operam dandam esse: ut ratio tua pugnandi
om̃is cũ diuina uoluntate conueniat: q̃ ut exercitus om̃is
tuus & ordinẽ obseruet & modũ. Nã cælestem opem fru-
stra fieri uidem⁹: quã humana actio asperneṫ. Itaq; nõ mo-
do ut uincas: tibi cõsiderandũ est: sed quomõ uincas: cũ ijs
euentus maxime sit in laude: quẽ optima consultatio ante-
cesserit. Vale rex inuictissime. Ex Mediolano Nonis No-
uembribus. M.cccc.xliiij.

Franciscus Philelfus: Petro candido
leuco decembri sanitatem.

i Nter maxima innumerabiliaq; mala: quæ tristis in
uidia præ se fert: id eẽ boni animaduerto: qđ nemi
ni magis nocet q̃ sibi. Itaq; tua te torqueri insania nõ mole
ste fero. Vale & aliquãdo resipisce. Ex Mediolano. v. id⁹
Februarias. M.cccc.xlv.

Franciscus Philelfus: Antonio Raudensi theologo: sal.

q Vo significato accipi cõueniat quotusq́sq;: & si nõ
dubito nosse te: tñ q̃m id a me requiris: paucis acci
pe. Idẽ significare puto quotusquisq; in singl'ari nu
mero: quod nomẽ numerale quot. Vt quotusquisq; est qui
aliter sentiat: pro eo quod dicimus: quot sũt qui aliter sen-
tiant. Nam qui dicunt quotusquisq; idem significare quod
aliquis: uæhementer errãt: id quod ex Cicerone omniq;
uetustate licet intelligi. Vale. Mediolani ex ædib⁹ nostris
idibus Nouembribus. M.cccc.xlv.

Francisc⁹ Philelfus: Aloysio crotto ducali secretario: sal.

p Lacuisse plurimũ humanissimo nr̃o ꝓncipi epl'am
illã ad regẽ Hungariæ Vladislaũ uæhemenṫ gau-
deo. Quod aũt eius noĩe me hortaris: ad Philippũ

ducem Burgundiæ ut ſcribam: q̃ primum effectum dabo. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. xv. kal. Ianuarias. M. cccc. xlv.

Franciſcus Philelfus: Catoni ſacco ac iurecõſulto: ſal.

n Vnq̃ te das ocio Cato ſacce. Ac facis tu quidẽ & prudenter & bene. Quid em̃ eſt magis alienũ ab hominis natura: uita ocioſa & inerti: cum illud nobis debeat eſſe propriũ natura: ut ſemp ul' agam⁹ aliqd: uel circa ueritatis pſpiciẽtiã uerſemur? Sed iã ad ea: quæ petis uenio. Quæris em̃ quæ ratio Platonẽ adduxerit: ut animi ſedem locarit in capite: cum eã eius auditor Ariſtoteles in cordis penetralib⁹ eſſe uoluerit? Demõſtrant mundũ mathematici eſſe orbicularẽ: quæ quidem figura præſtat cæteris figuris omnibus: cum hæc ſola ſuis partibus ſimilat̃. Cũq̃ mũdus circũferatur: eius quoq̃ partes circumferuntur. Qua ratione ductus Plato uim mentis atq̃ rationis in capite eſſe uoluit. Is enim ad totius mundi exemplũ animũ diſtribuit trifariam. Nã ut mundi ſũmitatẽ ac etiã principẽ: qui & gubernat & regit & moderat̃ oĩa: cæleſti inſigniuit domicilio: ita ſummam hominis partem: quæ caput eſt menti rationiq̃ tribuit. Deinceps poſt cælum perinde atq̃ in media regione angelos dæmonaſq̃ ſubiecit: qui pro cæleſtis regis imperio & agant & exequantur imperata omnia. At hoĩes in terra poſuit: qui pareant & ĩpata obeãt. Ad quarũ rerũ imaginẽ tum quiddã in nobis: quod agendis ſtudeat: collocauit in medio: tũ pubeten⁹ atq̃ infra tertium illud poſuit genus: quod regitur atq̃ adminiſtratur. Quæ quidem ultima hæc duo appetitus ſunt ſpecies: quas tñ rationi ipſi Plato docet naturaliter obedire. Et ita mens in capite præſidet: quã primã uim animi dignitatemq̃ eſſe uult & eã contẽplatiuã: qua intelligimus ac ſapimus. Quæ uero ſecundæ eſt dignitatis: eã uim ita conſtituit in pectore: ut p eã agamus quæ iuſſa ſunt. Sed quæ uis tertia inferius eſt poſita: ea ſupiorib⁹ paret dignitatib⁹. Animũ præter ea putat Plato p oĩs meare artus & corpus uniuerſum: per mẽbraq̃ ſingillatim tanq̃ inſtrumenta uim ſuam trãſfundere. Quæ autẽ ſenſibus occurrant: ut ſunt alia atq̃ alia: ea in

ſentiendo referri ad animũ omĩa. Vt igit̃ paucis omnia cõ plectar: Plato uim mentis atq; rõnis: quaſi pncipem locauit in cerebro. Longius eñ abeſt ea pars corporis a colluuione ac ſordibus. Iracũdiæ uero animoſitatiſq; uæhementiã que θύμοσ uocatur a græcis ĩ corde: at cupiditatẽ ſubter præcordia ſtatuit. Cuius quidẽ & ordis & ſapiẽtiæ Virgili⁹ familiaris nr̃ minime ignar⁹: pulcherrime cecinit in pmo æneidos libro inquiẽs: Celſa ſedet Aeolus arce ſceptra tenẽs: mollitq; aĩos & tẽperat iras. At q̃re noĩatum deũ exiſtimẽ: & quæ ſit ei⁹ ſecundũ priſcos illos philoſophos definitio: rurſus paucis accipe. Stoici q ſunt grauiſſimi int̃ oĩs phos & acutiſſimi iudicati: diuinã ſubſtantiã ita definiũt: Diuina ſubſtantia eſt ſpũs intelligibilis igneus: q forma carẽs: tum in ea quæ uelit: mutat̃: tum reb⁹ oĩbus ſimul aſſimilatur. Vt aũt deus appellaret̃: huiuſmodi cauſam inuenio. Cum ſydera ſuſpicerent homines: quæ & curſu uterẽtur perpetuo: at currere dicit̃ græce θέειν thein: eſſeq; eadem in cauſa: ut ij contẽplarent̃: id qđ dicit̃ θεώρειν theorin: Iccirco cũ aſtra cætera: tũ maxime & ſolẽ & lunã deos noĩauerũt: q̃q; ſunt nõnulli: q deũ dictũ arbitrent̃ Δέοσ deos: quo noĩe timor ſignificat̃: qđ deus ſcilicet timẽdus metuenduſq; ſit: ijs uidelicet: qui ut ſunt aĩo deprauato: diuinã ſubſtantiã neq; uerent̃ neq; uenerant̃: quippe quã eſſe nullã putent. Ex quo℞ numero te nõ eſſe exiſtimãdũ: quæſtiones tuæ dilucidum præbent argumentũ. Vale. Ex Mediolano idibus Februarijs. M.cccc.xlv.

Frãciſcus Philelfus: ſal̃. di. plu. Frãciſco barbaro.

q Vem ego hac tempeſtate putẽ ex græcis hoĩbus græcos cæteros doctrina eloquentiaq; præſtare: quæris a me rem perfacilem iudicatu. Honos alit artis: Cicero noſter inquit: omneſq; incendimur ad ſtudia gloria. Quẽ inquã honorem nunc putes apud græcos ꝓpoſitum bonis artibus atq; diſciplinis: ĩ tanta græciæ totius inopia? Legi ad hippodromum Conſtantinopolis in marmoreis quibuſdam lapidibus ſub pulcherrimo illo obeliſco: uerſus quoſdã ad ptẽ anteriorẽ obeliſci latinos: ad poſteriorẽ aũt græcos: & utroſq; heroicos: & itẽ utroſq; admodũ ĩeptos:

qui quantum ex ijs potest intelligi: impressi atq; insculpti in lapidibus illis fuerāt: Theodosio seniore imperāte: cui Arcadius atq; Honorius filij in regnum successere. Quod si in secundissimis rebus illius orientalis imperij litteræ & bonæ artes negligebantur: quid nunc existimandum sit in tāta græcorum calamitate & seruitute? Ceterū ut ad quæsita respondeam: unus Theodorus gaçes mea sentētia cæteris græcis omnibus & litteris præstat & eloquentia: non hac inquā libaniana garrulitate: sed eloquentia illa prisca: qua & Demosthenē: & Aeschinem: & Lysiā: cæterosq; illos nobilissimos oratores usos legim⁹. Est præterea uir grauis & bonus: ac plane dignus: quem diligas. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Martias. M.cccc.xlvj.

Francis. Philel. Baueriæ philosopho ac medico: sal'.

d Ebes non esse oblit⁹: q me semp Boetij opera delectarint: cū in omī facultate atq; disciplina: tū ea maxime: quæ scripsit in dialecticis: in quib⁹ ipsis mihi uisus est excelluisse plurimū. Quæ igit̃ noua tantus uir de Syllogismis cathegoricis hypotheticisq; præcepta adinuenit: ea mihi excribi cupio. Itaq; a te peto, contēdoq;: ut eorum librorū copiam facias mea causa eruditissimo atq; disertissimo iureconsulto Bornio salæ. Is enim librariū aliquē parabit: qui huiusmodi prouinciam sit obiturus. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Martias. M.cccc.xlvj.

Franciscus Philelfus: Thomæ Senecæ: sal'.

q Vod pudorē tuū accuses: nequaq; est opus. Nam tā&si tuæ me litteræ plurimū delectāt delectarunt q; semp: quippe quæ ab homine erudito & ipo quidē mei amantissimo proficiscantur: tamen cum siles etiam: mihi es charissimus. Scio enim te mecū non libenter silere neq; sponte: sed ob eam fortasse rem: quod uel locus aliquis: ul' fortuna quæpiam scribere prohibuerit. Fuerunt aūt nunc mihi eo tuæ litteræ suauiores: quo sunt desideratæ diuti⁹. Quod uero cupis pro nostræ amicitiæ munere immortalitatis nomini per nos commendari: id q̄q; in te est: cuius eruditio est illustris: faciam tamen quod petis non inuit⁹. Sed tu uelim interea loci de morte dum nō imprudenter

cogitas:te uiuum esse memineris. Facitoq; : ne tuas prius sarcinulas colligas: q̃ te uidero:nã uidebo te iucũdissime. Vale. Ex Mediolano Nonas Martias. M.cccc.xlvj.

Franciscus Philelfus:Francisco ochæ:sal'.

b Artholomæus catias nouariensis iuriscõsultus me nuper consuluit: quẽ idoneũ ipse censere: qui noua riensem adolescentiã bonis & litteris & moribus institue ret. Itaq; tu mihi continuo uenisti in mentẽ. Audiuit uir il le de te libenter:petitq; q̃primũ curarẽ certior a te fieri: Velles ne Nouariæ ludum aperire. Volunt enim ij ciues eiusmodi uirum: qui & grãmaticam simul & rhetoricã do ceat publice. Tu igitur si rem probas:ostẽde mihi prope diem:quantum nũmorum tibi cõstitui uelis ꝑ huiusmo di annuo munere. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Maias M.cccc.xlj.

Franciscus Philelfus Petro perleoni:sal'.

t Vam illam orationem Ioanni caimo iampridẽ de di ad te:qua de quid ego sentiã:sentio em̃ optime: ex ijs quæ antea tibi scripsi: debes intellexisse. Cupio cul tellos turcos:non qui a turcorũ officina in Italiam nauiga rint:sed q̃s opifices genuenses turcos imitati fabricarint: falcatos illos atq; subcuruos. Nosti:quos dicã:qualis scili cet istic emi:cum adessem. Mihi res tua cordi est: id quod breui: ut spero:liq̃do cognosces. Vale. Ex Mediolano idi bus Maijs. M.cccc.xlvj.

Franciscus Philelfus Petro Thomasio philosopho ac medico:sal'.

n E quid rerũ mearũ lateat te hominẽ amicissimũ & uirum optimũ: ꝓxima nocte hora septima morte mihi sublatus est dilectissimus mihi filius Olympus flaui us:qui mihi natus ex uxore secũda ursina hosnaga matro na pudicissima:adeoq; formosa: ut horæosyna dici posset: nondum mensem nonum implerat. Itaq; naturæ imbecilli tati consentiens:non possum non esse in luctu: præsertim quod ex om̃ibus liberis meis erat is pulcherrimus: & præ se ferebat imaginẽ indolis cuiusdã egregiæ. Vale. Ex Me diolano. vij. kal'. Iunias. M. cccc. xlvj.

Franciſcus Philelfus: Pallãti Stroçæ eqti aurato: ſal'.

u Ix dici quæat: ꝙ me delectarint proximæ tuæ litteræ. Nullum em̃ officiũ omiſiſti neqꝫ boni uiri neqꝫ amici hoïs. Mõnuiſti & prudẽter & bene. Sequar equidẽ conſiliũ tuũ. Moderaborqꝫ mihi: & ſi nõ abſurde iã bilis excãdeſcebat. Is em̃ ſum: qui iniuriã ferre poſſim: contumeliam uero nullo pacto poſſim: nec etiam uelim. Nam iniuriam ferre prudẽtis hominis moderatiqꝫ duco: contumeliam uero & ſtulti & fatui. Faciã igitur quod hortaris. Tibiqꝫ uelim perſuadeas neminẽ omnium amicorum eſſe hac tempeſtate te uno mihi chariorẽ. Vale. Ex Mediolano. v. idus Ianuarias. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philelfus: ſal'. di. plu. Bernardo Iuſtiniano.

c Vpio oĩno uos uiſere ad reſurrectionẽ dominicã: quo & tuo reliquorũqꝫ amicorꝫ mutuo conſpectu frui colloquioqꝫ liceat: & certa honeſtatis lege quæ mihi iſtic negocia ſunt: componant̃. Quare ſi me amas: da operã: ut tuta mihi ad uos pateat acceſſio: nẽ publice principum ſimultates: ſi quæ tandem eæ ſint inter ueſtram noſtramqꝫ rempublicam: priuato obſint officio. Præterea ut ſcis nõ minus ſum Venetus: ꝙ Mediolanenſis. Vtraqꝫ em̃ ciuitate donatu ſum. Vale. Ex Mediolano kal'. Februarias M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philelfus: ſal'. plu. dicit Scæuæ corti equiti aurato ac iureconſulto.

t Abellarium ad te in germaniã ꝓficiſcentẽ nõ ſum paſſus ire uacuũ meis litteris. Ex quarũ delectatione poteris facile cõiectare: quãta me priuaueris uoluptate: qđ eidẽ tabellario Mediolanũ modo repetenti nullam ad me epiſtolam dederis. Et feciſti ꝓfecto (pace tua dixerim) inhumane & illiberaliter: quod cum ad alios ſcriberes: hominis amiciſſimi ſis oblitus. Sed quo maior eſt beniuolentia noſtra: eo fortaſſis exiſtimaſti magis licere tibi uti mecum ſilentio per litteras: præſertim in iſtis germaniæ niuibus: quarum frigore digiti quandoqꝫ ſtupeant ac rigeſcant. Itaqꝫ ignoſco excuſationi tuæ: modo iſta poſthac uti nolis. Quare fac: ut erratum cumulatiſſime reſarcias: ope/

ramq; des:ut aliquid noui reportes in Italiam tecum:quod musarum nostraq; intersit. Non em̄ fieri potest:quin episcop⁹ Aeneas uir doctrina & eloquentia singulari egregiū aliquid inuenerit in tot ac tam plenis & puluerulētis bibliothecis germaniæ. Vale. Ex Mediolano p̄die idus Februarias. M.cccc.xlvij.

Franciscus Philelfus: Guiniforto Barzizio iureconsulto: salutem.

q Vod ad principem Marchionem scripserim: non te latet. Quid aūt ea in re decreuerit: nosse cupio. Rogo igitur te ut quoniam non mediocriter nostra interest: quæ sit istius mens principis: q̄primum intelligere cures pro uirili parte: efficiasq; ne diutius nobis expectandū sit. Erit hoc mihi pergratum. Vale. Ex Mediolano idibus Februarijs. M.cccc.xlvij.

Franciscus Philelfus: Antonio trebano salutem.

a Ntonius Florētinus fictor & excusor egregius æq̄ tempestate nostra atq; praxitelen ap̄d priscos memorāt copan ue aut phidian aliquem & te diligit plurimū & mihi est charissimus. Itaq; a me petijt: ut te in familiaritatem beniuolētiamq; acciperem: quippe qui mei studiosissimus sis. Cupere enim se non secus suos amicos omnis fieri meos atq; ipse est. Quare ut & homini amicissimo & humanitatis officio satisfacerē: iccirco hasce litteras ad te dedi: ut tibi perpetuo testes essent singl'aris dilectionis erga te meæ. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal'. Martias. M.cccc. xxxxvij.

Franciscus Philelfus: sal'. di. plu. Petro Thomasio philosopho ac medico.

e Xpectabā quotidie tuas litteras: quibus de ijs omnibus fierem cumulatissime certior: quæ mea interesse censeres. Tamen cū interim iste nūcius ad te iret: nō eum sum passus meis litteris uacuū proficisci. Te aūt ut ul' hac in re meo exemplo uti uelis: etiam atq; etiā rogo. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal'. Martias. M.cccc.xlvij.

Franciscus Philelfus: salutem dicit pluri. Francisco Barbaro.

a Eque tuam humanitatem laudo: atq; tabellariorũ accuso uľ negligentiã uľ perfidiam in reddẽdis litteris meis. Intelligo causam: quare nihil responderis: cũ quid esses rñsurus: ignorares. Reliquũ est: ut quod tuis litteris q̃ amicissime polliceris ac recipis & diligẽter pficias & q̃primũ: Hoc erit mihi tam gratum: ut immortalibus beneficijs me tibi obstrictũ fore profitear. Vale. Ex Mediolano. iiij. kaľ. Martias. M.cccc.xlvij.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: saľ.

q Vanq; minime futurũ dubitabam: quin abs te mihi litteræ propediẽ redderenť: tñ cũ existimassem nequaq; tibi fore ingratum: si publicus tabellarius aliquid item litterarum mearũ ad te deferret: scripsi rursus: eadẽ scilicet quæ antea. Itaq; uelim cures: ut ad resurrectionem dominicã pateat mihi tutus ad uos accessus. Vale. Ex Mediolano. iiij. kaľ. Martias. M.cccc.xlvij.

Frãciscus Philelfus: Bornio salæ iurecõsulto: saľ.

r Em mihi feceris admodũ gratã: si a doctissimo philosopho ac medico Baueria Boetij commentarios in Porphiryum: & itẽ in Aristotelis prædicamẽta atq; in eũ librũ: cui titulus est. περί ἑρμηνείας peri hermenias: tantisper mutuabere: dũ excribanť: id qđ fiet q̃primũ. Nõ em̃ mutuũ peto fœneratorꝶ more: ut meũ fiat tuũ uľ tuũ meũ: sed ut cõmodet eos nobis commẽtarios: intra mẽsem em̃ redibũt Bononiã ad te: quo Bauariæ nostro restituas. Vale. Ex Mediola. iij. kľ. Martias. M.cccc.xlvij.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: saľ.

l Itteris tuis hisce occlusas cõmuni amico & eruditissimo iureconsulto Bornio salæ reddito pq̃celerrime: eũq; hortare: ut sepositis paulo conuiuijs ac musicis homini amicissimo inseruiat. Vale. Ex Mediolano pridie kaľ. Martias. M.cccc.xlvij.

Frãciscus Philelfus: saľ. di. plu. Nicolao quinto ecclesiæ Romanæ pontifici maximo.

n Esciam: quid optati⁹ in uita mihi pater beatissime Nicolae quinte pontifex maxime: quid iucundius contingere potuisset: q̃ q diuia benignitate te sacrosactæ

Romanę ecclesiæ præfectū didicerim. Iā tandē eṁ cum pu
blice: tū priuatim eruditis oībus optimisq; uiris tuo fausto
atq; fœlici ductu pulcherrime consultū & ad rē & ad digni/
tatē animaduerto. Nā qui sola uirtute: ingeniiq; præstātia:
atq; doctrina incōparabili: & eloquētia singulari ad summi
pōtificatus maiestatē sublatus es: ꝓbitatis disciplinæq; fau/
torē fore te: qui dubitet: esse puto neminē. Itaq; ut de reliqs
cōticescam: nō possum mihi nō uæhemētissime lætari atq;
gaudere: cū memoria mecū repeto superiora illa tempora:
Iam eṁ anni ꝓpe uiginti præteriere: quibus ab ineunte iu/
uenta usq;: cū Bononiæ primū docuissem: tua familiaritate:
qui eandē ætatē ageres: suauissime usus sum. Nō fieri enim
potest: quin una cum ætate ingēs ac mirifica tua illa creue/
rit erga me charitas: quando quidē quorū me gratia dilige
bas: ea nulla ex parte diminuta sint. Nam mea erga te fides
& incredibilis obseruātia accessionē indies magis magisq;
suscepit: & ita suscepit: ut nihil ad cumulū præter solū desi/
derium possit accedere. Etenim qui pro uiribus colit: nihil
amplius in eā rem quæat: q̄ supra uires aut desiderare aut
optare. Quare hoc unū est: quod in tāta mea ac tam mirifi/
ca animi uoluptate: quā ex hac ista tua ad summū pōtifica/
tum creatiōe concipio: me quodāmodo offendit: quod ma
iore aut pietate aut ueneratione te ꝓsequi nequeo. Quid
eṁ uel audeā supra hominē uel sperē? Frustra uero quicq̄
optare: demētis est. In te igit̄ amādo colēdoq;: nō tā acces/
sio a nobis est: q̄ stabilitas cupienda. Hanc aūt sempiternā
fore: tuæ sanctitatis merita ni præstiterint: nullū certe meū
præstare possit studiū. Nam cū permagna sit facta & omni
ex parte incomparabilis in dignitate disparitas: adeo: ut si/
militudo nulla possit adduci: eadē nunq̄ sit amicitia: ni tu
qui Christū ingeris in terris: Christi quoq; humanati secu/
tus exemplū: ex isto tuo excelso atq; diuino solio in nostrā
humilitatē tuum cordis intutū per superiorē illam ac tuam
animi mansuetudinē ita demiseris: ut seruata etiam illa ma
thematica (ut aiunt) inter plus minusq; ꝓmerētes propor/
tione quadā me nō minꝰ diligas: q̄ a me ipse diligeris. Hoc
enim si feceris: nō solum qđ fucata gentiliū: sed qđ uera &

indubitata æterni dei sapiētia præcipit: & similē amicitiam nostrā: & eandē omnino: quæ fuerit: ad ultimā uitæ calcem cōseruabis. Et ne maximis occupationibus tuis uel intēpestiuior accedā: uel importunior: iā de his satis. Nā reliqua si sanctissimus ille spiritus diui Nicolai Cardinalis Bononiēsis tibi quondā patris dū erat in uiuis: nunc uero sanctimoniæ tuæ filius: cui nosti me charissimū extitisse: altioribus melioribusq; intētus obsequiis: ingerere memoriæ tuæ distulerit: ea quæ mea interfuerint: omnia tibi pater amplissimus Mediolanēsis Cardinalis: Henericus uerbis meis corā exponet. Bene in Christo ualeat sanctitas tua: cui me etiā atq; etiā cōmendo ac dedo. Ex Mediolano uigilia resurrectiōis dominicæ: Anno a natali Christiano. M.cccc. xxxxvij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Tuscanellæ apostolico secretario: salu.

g Ratulor fortunæ tuæ mi Tuscanella iuxta atq; uirtuti: qd' locū nactus es ornatissimū apud Nicolaū quintum pontificē maximū. Qd' aūt me inuitas in Romanā curiā: tuūq; omē polliceris studiū: libent' audio adhortatiões tuas: mō intelligā: ex teipso ne loqueris: qd' ad me scribis: an iussus a pōtifice. Si me hac de re feceris certiorē: nō obscure animaduertā: qd me facere oporteat. Vale. Ex Mediolano idibus Iuliis. M.cccc.xxxxvij.

Frāciscus Philelfus: Catoni sacco iurecōsulto: sal.

q Vid tibi in mentē uenerit: nō possum augurari: qd' ex meipso cupis intelligere: quot annos sim natus. Num fortassis ullā mihi paraueris uxorē: quæ q̃ sū corpore firmo robustoq; uelit intelligere? Nā ferrū est: qd' amāt: ut est apud Iuuenalē. At mihi uxor est: tā&si eā ægrotans ægrotationē: quā qd' uæhemēter doleo: nūq; sit euasura. Patit' em̄ tabē eiusmodi: ut huius uita diuturna esse non possit. Vxorē tn̄ tertiā ducere mihi nō est in animo. Vtcūq; tn̄ habet postulatio ista tua: obsequar uolūtati tuæ. Natus equidē ipse sum anno a natali christiano nonagesimooctauo supra annū tricentesimum ad millesimū: die quinto ac uigesimo Iulii: & id quidem mane circiter ortū solis. Quo die litteras hasce ad te scripsi: meus natalis agebatur. Itaq;

initiũ dedi quinquagesimo ætatis anno:ualitudine usq; prospera:& acerrimis sensib⁹ pro diuina benignitate:ac firmissimo toto corpe. Vale mi dulcissime Cato. Ex Mediolano viij. kalen. Augustas. Anno a Christi natali die. M. cccc. xxxxvij.

Franciscus Philelfus:salu.di.plu.Ioanni ferufino iurecõsulto.

q Vod me dolore pene conficit ac macerat:acerbissimũ tibi hæc litteræ & luctuosissimũ afferãt nũciũ. Proxima em̃ nocte:quæ idibus Augustis successit: hora secũda splẽdidissimũ illud principũ decus atq; lumen Philippus Maria Anglus Mediolanensiũ dux:cũ uẽtris ꝓfluuio aliquot dies dissolueret:naturæ deoq; cõcessit. Tota ciuitas est in flætibus:senioq; conficit. Neq; quid cõsilij capiat:satis nouit. Tumultuaria sunt omnia. Nã neq; auditum fuerat adhuc tm̃ principẽ ægrotatiõe detineri ulla: cũ repente clamor sublatus est eũ uita excessisse. In hac tamẽ rerũ omniũ perturbatiõe uident omnes publicã libertatẽ appetere. Quid secuturũ sit:augurari nescio. Væhemẽtissimæ mihi uident ꝓcellæ tẽpestatesq; impẽdere: præsertim ꝙ hostes potẽtissimi sint in ipsis fere portis:& hic in tam repentino infortunio paratũ sit nihil. Ni deus ipse ꝓuiderit: maxime fluct⁹ naufragiaq; sequent. Vale.Ex Mediolano. xviij.Kal.Septẽbres.M.cccc.xxxxvij.

Franciscus Philelfus salu.di. plu.Ioanni Aurispæ.

n On iniuria mihi rebusq; meis metuis amicissime Aurispa.Nã hic omnia sũt turbulẽta. Post obitũ illius nobilissimi principis Philippi Mariæ:qui unus iure meritoq; potuit cũ omni hominũ memoria de gloria certare:mira hic facta est mutatio in animis hui⁹ ppl'i. Præter paucos ex ordine nobiliũ:ita sunt oẽs ad laxã quandam & dissolutã libertatẽ incensi atq; inflãmati: ut nihil magis oderint:ꝙ̃ unius Philippi illius nomẽ.Ego libẽtissime Romam cõcederẽ:si daret abeundi facultas. Vale.Ex Mediolano kal.Septẽbribus. M.cccc.xxxxvij.

Franciscus Philelfus:Albertho Zancario:sal.

b Reui ad te ibo Romã petitur⁹:nisi ab ijs fuero impedit⁹:qui nouæ huic præsunt reipublicæ. Quas literas tuis alligatas acceperis: cura q̃ diligentissime redditũ iri. Nã id te facere mea plurimũ interest. Vale: Ex Mediolano.iij.idus Septẽbres.M.cccc.xxxxvij.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico:salu.

q Vos duos hippocratis libros in latinũ cõuerti eloquiũ:alterũ de flatib⁹:alterũ de passiõibus corporis dedi ad te:ut ꝓximis litteris petieras. Hos cũ legeris ꝓ tuo arbitratu:cura ut ad me redeãt. Scio eñ nõ facies: ut mei quidã amici antehac apud uos cõsuerũt:qui quos libros mutuo potius:ut uidet̃:q̃ cõmodato & ad constitutũ tẽpus accepissent:ita uerterunt in usum suũ: ut apud dñm ius nullũ relictũ uideat̃. Sed hæc tecũ iocat⁹ sim. Noui eñ bonitatẽ & integritatẽ animi tui. Vale. Ex Mediolano idibus Octobribus.M.cccc.xxxxvij.

Franciscus Philelfus:Ioanni Lamolæ: sal.

r Ecte facis mi Lamola:qđ nullũ tibi relinquis dubiũ.

De musis qđ quæris:tibi paucis respõdi: utpote q eẽm minime ociosus. Sũt q musas denominatas putẽt pinde atq̃ ομού ούσασ homu usas:præsunt eñ orationi:una eñ utẽtes cõueniẽtia:quã άρμονιαν harmoniã uocant:& simul canũt:& simul tripudijs exercent̃:nec unq̃ inuicẽ separant̃. Nã tã&si earũ quæq̃ suã uim habet:ut alia in astronomia:alia in geometria:& alia in alijs disciplinis: i unaq̃q̃ tñ earũ musas omnis inuenias. In Astronomia eñ atq̃ geometria facile reperias & carminũ & historiæ pulchritudinẽ atq̃ dignitatẽ. Et eodẽ mõ in cæteris artib⁹ & sciẽtijs. At alij musas nomẽ duxisse arbitrantur a μωσαι: qđ ut nosti: quærere significat: Quærẽdo eñ disciplinas adipiscimur. Ob quã ipam rẽ eas prisci nominũ inuẽtores musas appellauere:qđ artis sint doctrinæq̃ præbitrices. Qđ aũt Ioue illas dicãt mẽoriaq̃ natas:nil dicũt absurde:cũ oporteat uirũ eruditũ ac doctũ intelligẽtia memoriaq̃ uigere. Sed uis intellectiua a Ioue est:ut reminiscẽdi a mẽoria. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Nouẽbres.M.cccc.xxxxvij.

Franciſcus Philelfus: Matthiolo peruſino philoſopho ac medico ſalutem.

t V me neglīgētiæ uideris accuſare cū nlła unq̧ diligētia uti cōſueueris: niſi circa rē fortaſſe pecuniariā cū aliquē ægrotū ſanādū acceperis: cui cū ꝓmiſeris recepis: ſpopōderiſq̧ futurū: ut intra octiduū omni aduerſa ualitudine liberet: in mēſis traducis duos & amplíꝰ: uerbis hominē lactās: pecunijſq̧ emulgēs. Sed hæc tecū iocatꝰ ſim: cū tu ſerio facis omnia quæ referāt ad quæſtū. Verum hæc medicis uobis legitima ſūt: ut uł celeriter hominē perimatis: uł ægrotatiōe diuturna cōficiatis. Ratio ueſtra omnis refert ad lucrū. Et accuſas me neglīgētiæ: q̄ unus omniū ſis negligentiſſimus. Vale. Ex Mediolano. xv. Kał. Ianuarias. M. cccc. xxxxvij.

Franciſcus Philelfus: Iacobino picheto: ſal.

ſ Vm ego tua cā Lactātiū aliūde mutuatꝰ: quē intra q̄ndecim dies ꝓmiſiſti reditur ū ad dn̄m. Tu eū codicē penes te habes iā ꝓpe annū. Faciſq̧ mihi non mediocrē iniuriā: cū tua cauſa ludere uideor uirū optimū mihiq̧ amiciſſimū. Prudētiꝰ tibi cōſulueris ſi Lactātiū dederis ad me q̧primū: ut eū tādē remittā ad dn̄m. Vale. Mediolani ex ædibꝰ nr̄is kał. Ianuarias. M. cccc. xxxxviij.

Frācīſ. Philel. ſal. di. pl. Antonio petrucio eq̄ti aurato.

q Vam nouiſſimis lr̄is tuis mihi cōditionē ꝓpoſuiſti quo redirē ad uos: ſi id mihi facere eſſet iā integrū: eā libēter acciperē. Sed cū ob alias multas rationes ea mihi uti nō licet: tū præcipue ob nouū huius reipu. ſtatum: quo tp̄e nemo eſt ſui iuris. Breui tn̄ futurū puto: ut tibi ex mea ſententia reſpōdeā. Vale. Ex Mediolano pridie idus Ianuarias. M. cccc. xxxxviij.

Frācīſ. Philel. Galeacio Cremēſi: ſalu.

a Liūde mi Galeaci tibi conſule. Nā hoc tēpore quid aliud tibi cōſulā: nihil habeo. Vale. Ex Mediolano idibus Ianuarijs. M. cccc. xxxxviij.

Franciſcus Philelfus: Catoni Sacco iurecouſulto: ſal.

n Eſcio ſane: quid tibi ſim reſpōſurus ad ea: quæ mlta

scripsisti nō amice min⁹ q̄ iucūde:& pro tua cōsuetudine. Sed uides: in quæ tēpora inciderim⁹. Itaq₃ ignosce: tū breuitati litterarū: tū etiā q͛d nō liceat apertius loqui. Sed mittam aliquē ex meis ad te: ex quo mentē omnē meā cognosces. Vale. Ex Mediolano idibus Ianua. M.cccc. xxxxviij.

Franciscus Philelfus: sal. di. plu.
Bessarioni Cardinali Nicæno.

Iam Homeri Iliada: quā uir eruditissimus Theodorus gaçes excripsit mihi & eam quidē magna cū impēsa atq₃ sumptu: facio tāti: ut ne Crœsi quidem ingētibus illis admirabilibusq₃ thesauris cuiq₃ sim cessurus. Te aūt pater reuerendissime maiorē in modū miror: q me cū ab usq₃ Costantinopoli noris ul' in publico discēdi ludo: ubi post obitū mei soceri Chysoloræ fuimus apud Chrysococem condiscipuli: mores arbitreris cū ætate mutasse. Vt qui unus omniū liberalissimus esse censerer: benignitatem illam cū auaricia cōmutarim. Donare didici sæpe permulta: at uendere nihil unquam: præsertim libros: quibus sane preciosius nihil duco. At hūc Homeri codicem tam charū habeo: tam iucundū: ut uix quicq₃ in uita magis. Itaq₃ ignosce hac in re mihi. Si quid aliud tibi possim gratificari: iusseris nihil frustra. Vale. Ex Mediolano. x. kalē. Februarias. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: salu.

Quæ hic gerant̄: neq₃ ausim: neq₃ debeo scribere tibi. Scis eñ non decere incolam in aliena repu. esse curiosum. Omnis mea cōsuetudo hoc tempore est cum libris. Itaq₃ semotus a popularibus fluctibus: ne pereā naufragio: institui tādiu in huiusmodi portu me cōtinere: donec alicunde secūdus aliquis uentus aspiret. Vtinā mihi liceret ad uos ire. Quod quoniā facere prohibeor: modice feram necessitatē. Vale. Ex Mediolano kalen. Februarijs. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: sal.

Nugaris tu quidem: cum negligētiam mihi obijcis: quasi tibi mores mei sint incogniti. Nā quem unū uidisti unq₃ q̄ me diligentiorē? At quid uelis: ad

te scribã in tanto rerũ omniũ turbine? Itaq̨ sine me tempo/rum habere ratione. Tibiq̨ ꝑsuade: tuã rem omnẽ nõ secus atq̨ ipsius meã mihi cordi esse. Vale. Ex Mediolano. viij. kal. Martias. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: salu. di. plu. Fran/cisco patricio.

q Va ipe in re tuo uelim uti officio: Galeaci⁹ Cremẽ/sis iste: q meas tibi lr̃as reddidit: diligẽter corã ex/ponet. Tuus aũt mihi animus exploratissimus est. Amas eñ obseruasq̨ me egregie. Nec potes oblitus esse: ꝙ ego te semp dilexerim. Nã tua: tũ doctrina: tũ dicendi ele/gantia testimoniũ facit. Quod cũ ita sit: reliquum est: ut re ipsa intelligã: ꝙ etiã hoc tẽpore tibi sũ cordi. Vale. Ex Me/diolano pridie Kal. Apriles. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Augustino dato: salu.

a Ccipies ex Galeacio isto Cremẽsi: qui meas ꝑtulit ad te litteras: quæ uelim abs te curatũ iri. Non enim ignoras: quantũ discipuli præceptorib⁹ debẽt: quos nõ secus ac parẽtes colere uenerariq̨ oporteat. Quod quo/niã minime ignoras: tecũ longior esse nolui. Vale. Ex Me/diolano pridie kal. Apriles. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: sal. di. plu. An/gelo actiolo equiti aurato.

q Væ petenti tibi: Philippo Maria duce adhuc uiuo: receperam de Cosmo medice: ea seruaui omnia. Quæ uero tu mihi neq̨ petẽti neq̨ cogitãti es pol/licitus: nusꝙ apparẽt. At nouit Cosmus & egregie quidem mecũ actũ esse nullo iure. Quod si extrema affect⁹ iniuria: omnia tibi cõdonaui: quid factur⁹ sit Cosmus: apud quem unũ tu posse uideris omnia? Aut igitur ꝓmissa perfice: aut tibi debeo nihil. Vale. Ex Mediolano kalen. Aprilibus. M cccc. xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Guarne/rio Veronensi: salu.

s Trabonẽ geographũ: quẽ ab me petis cõmodato: darẽ ad te ꝙprimũ: si penes me foret. Sed eum ab usq̨ Constantinopoli cũ alijs meis permultis libris misi ad

Leonardū Iustinianū uirū clarissimū & tibi æque amicissimū: atq; ipse mihi: ea scilicet lege: ut mihi cūprimū in Italiā reuertissem: bona fide restituerit. Nūc illo uita functo: libri oēs sunt apud ei⁹ filiū Bernardū: uirū optimū patriq; simillimū. Tu rem tenes. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Augustas. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: salu.

t E uno mi Aurispa nemo est in accipiendo liberalior: in dādo autem nemo rursus auarior. Quare ne prodig⁹ iure possim a quoquā iudicari: quod a me petis ad te non ibit. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Septēbres M.cccc.xxxxviij.

Francisc. Philel. Bessarioni Cardinali Nicæno: salu.

t Tsi mihi uidebar satis ad ea tibi antea respondisse ad decimū kal. Februarias: quæ de Homeri Iliade ad me scripseras pat̄ amplissime: tñ quia lr̄as meas forsitā nō accepisti: repetā eadē paucis. Idē mihi d' libris accidit: qd' homini auaro de pecunijs solet. Is em̄ aut dat nūq̄ aut ibi dat: unde plus accepturū se sperat. Ego nullo precio eiusmodi codicē sim datur⁹: quo æque delector atq; dilectissimis meis liberis. Cōmutatur⁹ aūt quo pacto: cū nullū existimē hodie in ulla disciplina codicē repiri qui possit cū eo cōparari. Itaq; rogo te: atq; mirū in modū & oro & obsecro ne me priues uoluptate mea: quā tantā habeo in hmōi Ilide cōstitutā: ut in ea mihi summū fere bonū collocarim. In cæteris aūt reb⁹ omnib⁹ me utere ꝓ tuo arbitratu. Vale. Ex Mediolano idibus Octobrib⁹. M.cccc.xxxxviij.

Fräcisc. Philel. Angelo actiolo equiti aurato: salu.

g Audeo equidē mirū in modū Petrū Medicē Cosmi filiū ita meas partis amplecti tueriq;: ut scribis. Nouit em̄ Petrus ab se usq; adolescente & ingeniū meū & mores: præterea dilectionē erga se plane singularē. Quid igit̄ facturus sit pater: si diligentius considerare instituerit prudentissimū iudiciū optimi filij? Qui perturbationes animi appellauere morbos: q̄rectissime eas nominauisse arbitror. Sūt em̄ ꝑfecto morbi: quib⁹ correpti qui fuerint: sui iuris esse nō possunt: præsertim si in eos inciderint

medicos:qui nõ curãdi:sed exasperãdi peritiam didicere. Nõ te præterit Cosmũ quibusdã uti familiaribus: qui mihi semp cũ florẽtiæ agerẽ:fuerũt infesti:idq; nulla mea culpa: sed sua dũtaxat aduersus me inuidentia. Quãdiu Cosmus istiusmõi hominib⁹ auris præstiterit:recte de me iudicare nunq̃ poterit.Itaq; admonẽdus mihi uidet̃: ne cui credat magis q̃ sibi:hoc est rõni & ueritati.Id si fecerit: nll'us perturbationi locus relinquet̃. Reliqua tu ꝓ tua singulari prudẽtia bonitateq; moderabere. Vale. Ex Mediolano.iij.Nonas Nouẽbres.M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus:Petro medici Cosmi filio: sal.

a Ngelus actiolus:ornatissim⁹ eques aurat⁹:qui te uero amat:fecit me suis litteris certiorẽ: id quod erat mihi clarius omni luce: te mei esse studiosissimum nihilq; usq̃ prætermittere:quod usui mihi atq; honori futurum putes. Quæ quidẽ ipse legẽs mirifice sum lætatus:cum intelligerẽ te omnibus palã facere plus residere in te officij q̃ illorũ insimulationis:qui recte sapere nunq̃:neq; didicere neq; uoluere. Satis em̃ a tua usq; adolescentia nosti me. Deus ijs male faciat:quorũ fraudibus atq; insidijs factũ est: ut qui animo semper fuerimus coniunctissimi tanto locoꝝ diiũgamur interuallo.Nam ego te mi Petre charissime eadem sum usq; beniuolentia uel absens prosecutus qua cum istic essem: cõsueui. Scis enim me non mentiri:cũ me docẽtem adolescentulus audires:quantũ ipse tibi & suadendo & monendo & docendo adhortandoq; prodesse studerẽ: nullũq; unq̃ locũ fecisse reliquum:ubi meũ ullum desiderare posses officium.Equidem puto nihil magis obfuisse mihi q̃ præcipuũ meũ erga te studiũ:cũ animaduerterẽt perditissimi quidã homines fore aliquando:ut cum adultiorẽ ætatem dignitatẽq; euasisses & auctoritate & gratia ualerem apud te omniũ maxime. Quare rerũ causa eas in me flãmas odij excitarunt:quas ni tua prudẽtia bonitateq; extinxeris:indies magis atq; magis exæstuabunt. Cui tantæ indignitati ut moderator curatorq; occurras: te etiam atq; etiam rogo. Vale. Ex Mediolano.iij.Nonas nouẽbres.M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Antonio panhormitæ: sal.

c

Vm idoneus esset oblatus nuncius: cui tuto litteras ad te darē: uolui certior fieres de rebus meis: quas p nostra summa atq; mutua beniuolentia: scio non sec⁹ te ducere: ac tuas. Quāti me faceret charūq; haberet diuinus ille dux Philippus Maria: nosti peregregie. Quo extincto: qd' sine lachrymis meminisse nequeo: ap d' hos ciuis subito est exortū incredibile quoddā publicæ libertatis studium: cuius initia pulcherrima extiterūt. Nam quādiu consensione sunt usi: res gesserūt & præclaras & maximas. Sed ubi relicta ratiōe publicæ utilitatis & gloriæ: ad ambitionē & auaritiā animū conuerterunt: permagnæ sunt inter eos discordiæ subsecutæ. Hinc enim gabellinæ: illinc gelphæ emerserunt factiones: quæ inter sese mutuis odijs æstuantes: in ardentissimas flāmas breui exurgant: necesse est. Videre uideor horrenda propediē emanatura incendia: quæ diuina atq; humana omnia concremabunt. Itaq; uellem me hinc tempestiue surripere. At quo me recipiam: nondū satis intelligo: ita mihi uidetur uniuersa prope Italia eodem hoc igni conflagrare. Quare te rogo: me adiuues consilio tuo: quid mihi faciundum magis cōducat. Est em̄ mihi familia nō parua: eaq; delicata: quā hic relinquere nec possū nec uolo. Quo autem honeste sim cōmodeq; acturus: non satis habeo exploratū. Vale. Ex Mediolano idibus Nouēbribus. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Gregorio arrigio iureconsulto: sal.

n

Ihil ad ea tibi possum: quæ a me quæris respōdere: præterea quid a me tibi quærendū est: Nū es oblitus: quod apud Ciceronē familiarē nostrū persæpe in officijs lectitasti: Nō licere incolæ i aliena repu. eē curiosos: Nā q̄q̄ ex pegrino ita ciuitate a diuino illo duce Philippo Maria donat⁹ sū: ut ad om̄e ciuitatis & mun⁹ & beneficiū horū mihi nemo sit præferēdus: quorū primi maiores illi Mediolanū cōdiderūt: tn̄ mihi ratio est habēda: quod ciuis sim nomine inquilin⁹ & nō hic ex maiorib⁹ meis natus. Insup satis debet apud te & rumoribus & nuncijs increbrescere: quomodo post proximā Carauaginā uictoriam hæc

Dimnij .i. excelo

habeãt negocia. Ego ubiq̃ gentiũ mallẽ hoc tp̃e q̃ hic eẽ: adeo futuras tẽpestates: ne dixerim naufragiũ: ꝑhorresco: Et hoc unũ attigisse me pœnitet. Sed mortuo sim locutus. Vale. Ex Mediola. idibus Nouẽbribus. M.cccc.xxxxviij.

Frãciscus Philelfus: Georgio Lampugnano iureconsulto: salutẽ.

n I te plurimũ amẽ: cui norim iãpridẽ me esse charissimũ: & dicẽdus sim: & habẽdus ingratus. Facit igitur præcipuus meus erga te amor: ut quæ mihi in mentẽ ueniunt nõ ignores. Video te grauissimũ subire discrimẽ: qđ tanto subijciaris reipu. oneri. Nã tam&si patriæ deesse nõ debes cũ extremo etiã uitæ periculo: amplustre tñ moderate est gubernandũ: neq̃ aduersis uentorũ flatibꝰ nitendũ cõtra. Quod qui minus cõsiderat: uæhemẽtioribꝰ surgẽtibus fluctibus: sese naufragio obijcit. Vtinã te nunq̃ negocijs hisce publicis dedidisses: quæ plena sunt ꝑcellarũ. Sed quoniã nõ est eiusdẽ tuto emergere: qui se ultro fluctibus immerserit: quod unũ facere tibi licet: moderare cursũ nauigationis tuæ: quo cẽsearis ab omnibus portũ malle: q̃ pelagus petere. Noli factiosus: noli seditiosus uocari ciuis. Id tibi facile cõtinget: si nullã in partẽ iudicatus propensior fueris. Stude cõmuni omniũ paci. Discordias: quantũ in te fuerit: prohibe. Factionũ seditionũq̃ principes suã ipsi pestem sibi atq̃ perniciẽ moliunt. Pone tibi ante oculos Spurium meliũ. Pone Saturninũ. Pone Gracchos. Pone etiam ex græcis cũ Themistoclẽ & Alcibiadẽ: tum alios permultos: qui dũ supra ciuilẽ moderationẽ appetiuissent: miserabilem exitũ habuerũt. Illud tibi uelim grauissimũ sapientissimũq̃ dictũ menti animoq̃ inhæreat: ne quid nimis. Et itẽ illud: Tempus cognosce. Hæc si curaueris: errabis ꝑfecto nunq̃: tibiq̃ ac tuis omnibus ꝓderis plurimũ & priuatim & publice. Hæc ut paucis te monerẽ: nostra singularis beniuolẽtia est me adhortata: quæ tu ut in bonã ptẽ accipias: rogo. Vale. Mediolani ex ædibus nostris idibus Nouẽbribus. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: sal. di. plu. Cyriaco Anconitano.

q Vod me donas sæpenumero ꝑpulchris quibusdã epigrãmatis: habeo tibi gratias: idq́ ut etiã q̃ sæpissime facias rogo te. Quod autẽ eulogiũ in Homeri sepulchro insculptũ ad me misisti: subdisq́ id satis esse argumẽto Homerũ nõ Smyrnæũ extitisse: sed Chiũ: neq́ ꝓbo sentẽtiã tuã: nec omnino reprobo: præsertim cũ & Acusilaus libro tertio & Hellanicus in aglãtide homeridas: quę familia apud Chios erat illustris: ab Homero poeta nomen duxisse tradiderint. Quorũ opinioni aduersat̃ libro secundo Seleucus: inquiẽs errauisse Crateta: qui putarit Homeridas Homeri fuisse posteros. Nã illos hoc nomẽ accepisse ab homeris: hoc est obsidib⁹: qm̃ Chiliæ quondã mulieres cũ desipissent in bacchanalibus: manũ cũ uiris conseruere. Cũq́ postea recõciliatis animis ὅμηρος homerus: id est obsides inuicẽ spõsos sponsasq́ dedissent: qui ex ijs posteri nati sunt: eos homericas uocauere. Quod si ea legeris: quæ tũ ab Herodoto & Plutarcho: tũ ab alijs nõnullis de illius poetæ præstãtissimi uita litteris sũt mãdata: neq́ de ei⁹ patria: nec itẽ de ætate: hoc est quo aut tempore natus: aut mortu⁹: aut ubi sepult⁹ fuerit: quicq́ certi inuenies. Tantũ aũt fuit & tã illustre ac præclarũ Homeri nomẽ: ut permultæ etiã nobilissimæq́ urbes eũ suũ fuisse ciuẽ cõtẽderint: ac sepulchrũ eius ostẽdant: Itaq́ nõ absurde id possit de illo dici: quod Socrates de se respõdere sit solitus: Vt si quis quærat: cuias Homer⁹ extitisset: respõdeat̃ eũ extitisse mundanũ: si diuinũ potius uirũ q̃ humanũ. Vale. Ex Mediolano. xj. kalen. Decembres. M. cccc. xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Aenico daualo equiti aurato: sal.

q Vo in statu sint res meæ post obitum illi⁹ nostri diuini principis Philippi Mariæ: potes tu mi ænice non coniectura modo animaduertere: sed oculis pene ipsis coramq́ intueri. Non enim obscuri aut uarij esse queant: qui ad uos quotidie & rumores & nuncij hinc perferuntur: adeo sunt omnia tumultuaria atq́ turbulenta. Nec longe abesse potest: quantum mihi augurari licet: quin hi ciues: ut mutuis feruent æstuatq́

odiȷs:inter sese p oẽm cruoris immanitatẽ digladientur:ni deus ipe auxiliũ tulerit. Sed cõtineo ipe me. Haud em̃ scio ꝙ hæc recte cõmiserim lr̃is. Adiuua me prudẽtissimo tuo amicissimoqꝫ consilio:si quid potes. Vale. Ex Mediolano. xv. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Nicolao cebæ: salu.

q Vanqꝫ reuertisses ne Genuã ignorabã: an adhuc te Massiliæ cõtineres:nolui tñ qui pecuniȷs nõ sim solitus:in dãdis litteris existimari parcior. Omniũ primũ intelligere ex te cupio:& ꝙ belle uales: & quo in statu sint res tuæ. Nã iãdiu nihil de te audiebat̃. De meis autẽ rebus quid ad te scribere audeã in his tẽporũ ꝓcellis: cũ tibi satis cognitũ esse debeat:quæ hic gerant̃? Quare cætera relinquamus gubernãda fortunæ:cuius temeritatẽ qui sequũtur:fortunatissimi hac die censent̃. Nos ad mercaturã litterariã reuertamur. Antonio Cassarino uiro siculo qui proximis annis Genuæ periȷt:codex fuisse dicit̃: qui omnis Platonis libros cõtineret. Hũc mihi cõparari cupio. At argẽto dixeris:opus est. Sed nec eũ mihi a te petebã dono datum iri. Nã tam&si pecuniosus neqꝫ sum:neqꝫ me futurũ spero: habeo tñ amicos quosdã:quos mihi opera mea tributarios reddidi. Horũ mihi æraria semper patẽt: &si difficulter iȷs utor. At in istiusmodi mihi cõparãdo codice uti non uerebor:illis etiã minime inuitis. Rem igit̃ mihi facies ꝑgratã: si per te ꝙprimũ didicero:& cuiusmodi sit codex iste: & quod eius preciũ:facito hac in re:si me amas: te strenuum mercatorẽ extitisse iure possim affirmare. Vale. Ex Mediolano kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxviij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: salu.

c Odicẽ illũ Antoniȷ siculi illius Cassarini:quo Platonis libros & scripta omnia contineri accepi:habere uæhæmẽter cupio. Qua qdẽ de re lr̃as etiã dedi ad Nicolaũ cebã uirũ sane grauẽ:ac mihi ab usqꝫ Cõstantinopoli ꝑfamiliarẽ:quẽ puto mea causa curaturꝫ omnia:modo in hãc diem istuc redierit. Cæterũ uelim ipse quoqꝫ curam omnem adhibeas atqꝫ diligentiam:ut is Codex iusto precio noster fiat. Fac igitur propediem ad me scribas indicẽ

librorum omnium ac item precium: & quicquid scitu opus esse arbitrabere. Vale. Ex Mediolano. kalē. Ianua. M. cccc. xxxxviiij.

Franciscus Philelfus: Antonio Bernaregio philosopho ac medico: salutem.

e S tu ꝑfecto mi Antoni: cum in cæteris philosophiæ partibus: tū in mathematicis disciplinis & eruditus & doctus. Quid igit̄ de solis magnitudine sentias: audire ex te cupio. Video em̄ nō idem inter oēs constare qui de eius magnitudine sunt locuti: cū alij minorē: alij multo maiorē sunt opinati. At dixeris fortasse eos ꝓpterea nō cōuenire inuicē: quoniā hi humilius: illi altius solem locauerunt. Quasi eadē ratiōe altitudo solis capiunda sit: qua Thales milesius pyramidū altitudinē ex earū umbra dimensus dicitur. At hominū uisus nō eandē uim habet in omnibus: cum alij eo utuntur acriore: alij hebetiore. Cum etiam sunt qui contēdant solē & lunam nō maioris esse ꝙ appareāt: & alij quoq; dicant solē: quē suspicimus: nō esse solis ipsi⁹ corpus: sed ueluti simulacrū simulacri solaris. Præterea nec aut humilior: aut sublimior sol appareat ex Atho Olympoue: ꝙ ex infima ualle aliqua. Insuper cū tanta in suo cursu celeritate sol utitur: ut nullo consistat loco: cuius uisus sit tanta pernicitas: ut eum dimetiatur? Vt breuiter: quod uolo: cōcludam: nullā mihi rationem afferunt astrologi tui isti: qua quiescere possit animus de solis reliquorumq; astrorū magnitudine. Quare si quid habes tu certius: fac ut sciam. Vale. Ex ædibus nostris Mediolani Kalen. Ianuarijs. M. cccc. xxxxviiij.

Franciscus Philelfus: Philippo Mediolanēsi philosopho ac medico salu.

d Vm Italia tota in armis est: ꝙ prudētissimæ ac uero familiaris noster Virgili⁹ cecinit: Grauidā bellis armisq; fremētē: ipi ad māsuetiora nos studia referamus. Memini cū nuꝑ uiuo diuino illo principe nr̄o Philippo Maria: esses Nediolani: uidisse apud te uetustissimum quendā codicē: q medicorū pluriū scripta cōplecteret̄. Vt Cornelij celsi: & utriusq; Sorani: & Apuleij & Democriti:

& quarũdã etiã mulierũ. Rogo igit̃ te in maiorẽ modũ: ut aut illũ codicẽ ad me mittas: tantisper apud me futurũ donec excribat̃ qđ factũ iri curabo q̃primũ: aut istic ipse mihi cures excribẽdũ. Nã quod mea causa impẽderis: id omne pecuniarũ breui ad te ibit. Medicos uero istos lectitare uolo: nõ ut eorũ mihi præceptis utendũ cupiã: qui sum ut nosti corpore bene cõposito: & ualitudine ꝓspera: sed doctrinæ dũtaxat gr̃a. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarias. M. cccc. xxxxviiij.

Franciscus Philelfus Lapo pisano iureconsulto: salutẽ.

q Vi tibi reddiderit meas litteras: est mihi iam multos annos perfamiliaris. Cuius fide ac beniuolẽtia erga me habeo exploratius nihil. Itaq; nõ sum ueritus huic uni committere ea omnia: quæ abs te cuperem curatum iri. Quæcunq; igitur uerbis meis tibi corã exponet: ea uolo: nõ secus accipias: q̃ si ex ore præsentis mei emissa audires. Nec em̃ puto alio te nũc esse animo: q̃ tũ eras: cũ i Arno de lunari meatu atq; natura tã facete cõmetabaris. Nam q̃q; audio te ad rem nũmariã factũ paulo auidiusculum: q̃ soleres: & si profusus fuisti nunq̃: tamẽ quia operam a te exigo: nõ pecuniã: nihil est quod dubitem de tua benignitate: ni forsitan iurisperitorũ more: operam quoq; uenalẽ proponis. Effice quod uolo: ac Vale. Ex Mediolano idibus Ianuarijs. M. cccc. xxxxviiij.

Franciscus Philelfus: salu. dicit plu. Pẽtro Thomasio philosopho ac medico.

f Ranciscus barbarus uir clarissimus: & ut scis: latinæ atq; græcæ eruditissimus: habet meos nõnullos græcos codices: quibus non poetæ solum & oratores historiciq;: sed philosophi quoq; atq; theologi continentur. Et habet eos quidem ab illo usq; tempore: quo ipse agebam Constantinopoli. Nam cum instituissem breui repetere Italiam: libros illos ea ratione misi ad uirũ amicissimum atq; optimũ: quo mihi ad reditum salui forent. Quid sit in causa: non intelligo. Nõ modo repetenti mihi libros

nõ restituit:sed ne respõdet quidẽ. Vereor:ne litteris ad se meis forsitã ob tẽporũ malignitatẽ interceptis:respõdendi facl'tas sublata fuerit. Fugit rogo atq; obtestor:ut barbarũ meũ uirũ humanissimũ adeas meo nomine eũq; horteris: meos omnis codices ire ad me curet:uel ea ratione ut sibi liceat:quẽ maluerit ex ijs codicibus:accipe dono:id me nõ modo nõ ferẽte grauiter:sed loco etiã singularis beneficij ducẽte. Et ut hãc rem dilucidiorẽ teneas:habes istic phœbum capellã iuuenẽ certe modestũ ac bonũ. Is uiuo adhuc Philippo Maria duce:scriba senat⁹ uestri cũ barbarũ ad eũ principẽ oratorẽ ꝑ more patrio secut⁹ esset:præsens corãq; audiuit:& me libros meos illos repetentẽ:& respodentem barbarꝝ:cũ primũ Venetias reuertisset:se mihi satisfacturꝝ. Itaq; minimo sane cũ labore:cũ mihi morẽ gesseris homini tui studiosissimo:tũ iusticiæ fũgeris officio. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Apriles. M.cccc.xxxxviiij.

Franciscus Philelfus:Phœbo capellæ:salu.

p Etrus Thomasius uir scientia uirtuteq; singularis quiddam est quæsiturus ex te. Sine ullis etiã adhortationibus meis:quæ uera sũt:minime reticesceres. Verum etiã mea causa: ut ea quæ perspicue nosti:referas: te plurimum rogo. Nihil abs te peto:quod alienum ab officio censeas. Quid autem magis officiosum: q̃ quod uerũ est:loq;? Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Apriles. M. cccc. xxxxviiij.

Franciscus Philelfus:sal.di.pl. Nicolao fregoso.

n I mihi bonitas humanissimi tui ingenij modestissimiq; mores ab ineũte ꝓpe adolescentia cũ me præceptore florẽtiæ utereris:cogniti admodum forẽt: non auderẽ fortasse tanta cũ fiducia id a te postulare: quod mihi gratissimũ sis factur⁹ tibiq; honorificũ. Solẽt eñ nonnulli:qui se lætiore in fortuna uidẽt cõstitutos: reddi insolẽtiores. At nõ debeo esse nesci⁹ nihil tibi posse accidere huiusmodi:q nll'a fortunæ traharis temeritate: sed rõne semp cõsilioq; ducaris:nõ tu sane ignarus uirtuti debere omnia: quæ si uera fuerit:nõ fucata:fortuna omni ꝓ famula utitur. Sed ne uidear difficilius quicq̃ abs te petiturus: rẽ accipe

breuiter. Petrus perleo ariminensis fuit: ipse quoq̧ nõnul/
los annos Florẽtiæ ꝑmo: dein etiã Senæ auditor meꝰ. Vir
bonus est: idemq̧ perdoctus ac facundus mihiq̧ charissi/
mis: qui Genuæ oratoriã docet: ut scis. Istic q̃d publicũ est
præmiũ constitutũ: perq̃ difficillime dissoluitur. Absurdũ
est profecto quẽq̧ posse bñ docere & simul pugnare cum
ægestate. Oportet em̃ ingeniũ hominis eruditi: si uelit suo
fungi officio: uacuũ esse mercẽnaria om̃i cura. Tuæ igiť ul'
prudentiæ fuerit: qui litteratissimꝰ & habearis & sis: ul' be
niuolẽtiæ erga me: quẽ nosti & tui & Frægosorum oĩm lau
dis studiosissimum esse: operã dare: ne cogatur Petrꝰ pleo
noster ob inobseruatã publicam fidem istinc discedere ac
ꝓficisci Venetias: quo eũ noui frequenter accersiri hone/
stissima cõditione. Tu rem tenes. Dabis operã: si me ama/
bis: ne frustra uidear ad te scripsisse. Clarissimũ ducem Ia/
num cũ uniuersis Frægosis & saluere & magnos esse indi/
esq̧ magis fore uæhementer opto. Vale. Ex Mediolano.
xv. kal'. Iulias. M. cccc. xlviiij.

Frãciscus Philelfus: sal'. di. plu. Bornio salæ iurecõsulto.

e Rat natalis meus cũ hæc scriberẽ tibi ad octauũ kl'.
Augustas: agebamq̧ ætatis annum unum & quin/
quagesimũ: qui natus essem anno a natali christia/
no millesimo trecentesimo nonagesimooctauo. Q̃d iccir/
co uolui ne te lateret: quo ad oĩa quæ scripseras responde/
rem. Habes ætatẽ meã: quã si nosse uoluisti: ut mihi uxorẽ
aliquã forsitan dares: nihil est q̃d labores. Nõ em̃ hæc sunt
tempa: quibus de re uxoria ulla ineunda sit ratio: cum nec
mihi sit integrũ hinc decedere: & hic non ego solũ: sed uni
uersa ciuitas in extrema rerum omnium difficultate sit po
sita: imprimisq̧ rei frumentariæ: cuius indigentia tanta est
ut permulti inedia iam perierint: pereãtq̧ quotidie. Et fe/
les & canes & immunda oĩa esu consumpta sunt. Atq̧ mi/
rabilis tamẽ est ciuitatis huius constantia: ut emori oẽs ma
lint q̧ dominum quẽq̧ admittere. Quid ergo facturi sint
Mediolanenses? Nihil habeo: quod tibi respondeã aliud:
q̧ quid nõ facturi. Ni deus ipse prouiderit: uidere uideor
breui fore: ut prodigiosa audias ꝑmulta. Ego de me quid

actur⁹ sim:nescio. Necesse fuerit: ut ex tẽpore alia atq; alia cõsilia capiã: quæ cuiusmodi sint futura: augurari nequeo. Vale. Ex Mediolano. viij. kal'. Augustas. M.cccc. xlviiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal'.

e Go mi Aurispa in syrtibus nauigo: unde sine maximo periculo erũpere non licet: & inter nauigandũ ne fluctib⁹ obruar ac pereã naufragio: plurimũ est metuendum. Si qd habes: adiuua me cõsilio tuo. Nã qd agã: incertus sum. Vbiq; gentiũ hoc tpe q̃ Mediolani eẽ mallẽ: Vbi neq; sine maximo periculo esse possum propter ciuilis seditiones: nec etiam hinc abire ab his permittitur: in quorũ potestate sunt omia. Adde difficltates rei meæ familiaris. Quare mihi omia sunt aduersa. Nihil oino cõsilij mihi relictum ẽ. Tu qui nauigas in portu: si quod mihi adiumentum afferre potes: ne differ. Vale. Ex Mediolano. vj. kal'. Augustas. M.cccc. xlviiij.

Franciscus Philelfus: Blondo flauio: sal'.

q Væ a me scire uis de illo diuio principe Philippo Maria': nõ est narrãdi locus. Sed unum uelim: tibi certo persuadeas: neq; esse neq; fuisse unq̃ uirũ alterum: uno. G. Iulio excepto: quo nihil hominũ natura produxit profectius: qui ulla uirtutis laude cum Philippo Maria illo conferri posset. Vellem: mihi liceret omis illius laudes singillatim in medium referre. Sed quoniã hæc sũt tempora: mihi tacendũ existimaui. Q̃ cuperem: una eẽ possemus. Vale. Ex Mediola. vj. kal'. Augu. M.cccc. xlviiij.

Franciscus Philelfus: Georgio plato iurecõsulto: sal'.

a Dmonitionẽ tuã & probo: & plurimifacio: utpote quã norim manare a beniuolentissimo in me animo. Cæterũ uelim illud tibi eẽ exploratissimũ: ita me mihi uitã instituisse: cũ ãtea semp: tũ præcipue hac die ut nihil obijci quæat meis moribus: cuius redditurus non sim q̃prectissimã rationẽ. Nec sum adeo curiosus in uestra republica: ut a quoquã possim iure accusari. Ego totus uersor cum libris. Meq; domi contineo: non modo: ne loquar quicq̃ quod mihi sit incommodum allaturum: sed ne audiam quidem. Itaq; admonẽdus non est: qui & secũ habitat:

necaliunde pendet: q̃ ex sese: ni fortassis mihi metuis a Cādido decēbre: homie natura maledico & inimicissimo bonis uiris & eruditis omnibus. Is si quid insidiarū tetēderit: da operā: ut corā accersar. Id si feceris: facile oēs dilucideq̃ intelligēt nefarios dolos: ac fraudes teterrimi nebulonis. Tibi autē gratias habeo immortalis: quod nihil prætermittas: quod mea interesse arbitreris. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Augustas. M.cccc.xlviiij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni philosopho ac medico: sal. di. plu.

d Electatū esse te duob⁹ ijs libris Hippocratis: altero de flatib⁹: altero de morbis: siue id malis: de passionib⁹ corpis: hoc est περὶ πάθων peri pathon: quos ex græco in latinū cōuertim⁹: plurimū lætor. Nā laudari abs te doctissimo philosopho ac medico prudētissimo lucubrationes meas non mediocri mihi ascribo laudi. Quod aūt me hortaris ad cæteros Hippocratis libros interpretādos: obsequerer tibi profecto perlibēter: si id mihi facere liceret. Sed usq̃adeo sum aio occupato: ne perturbato dixerim: ĩ hac tēpoꝶ ꝓcella: ut uix sim apud me. Qđ si deus q̃spiam secūdius flauerit: nullo erit ad eā rē opus adhortatore. Vltro em̄ accingar: quo nr̄is hominib⁹ ꝓsim. Interea tpis sine me habere eoꝶ rōnem: quib⁹ ꝓpius urgeor. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Augustas. M.cccc.xlviiij.

Francis. Philel. sal. di. plu. Leonello æstēsi Marchioni.

s I tibi corā narrare possem præstātissime princeps Leonelle: quantū me tibi debere putem: qđ nullis meritis de te meis ultro me inuitaris ad tuæ celsitudinis hospitiū atq̃ familiaritatē: intelligeres profecto: q̃ sit apud me egregia uirtus tua: quāq̃ admirabilis peneq̃ diuina. Non em̄ expectasti: ut te lr̄is anteuertere ac rogarē: ut me intra regalis tuos parietes excipes: dignūq̃ redderes beniuolētia tua. Sed id diu mihi atq̃ multū aggredi cogitāti: sponte occurristi: teq̃ ipm liberaliter pbenigneq̃ obtulisti: ac nullū prætermisisti officium humanissimi sapientissimiq̃ principis. Et quod a Platone scriptū legimus: non obscure confirmasti: Beatas illas fore respublicas: quæ aut

a ſapientibus: aut a ſapientiæ ſtudioſis adminiſtrarentur. Nec em̄ ignoramus inter regē & tyrannū illud intereſſe: qđ hic oīa refert ad utilitatē ſuā: contempto diuino oīi atq; humano iure. At rex ſecus oīa: qui iuſticiā atq; pietatē ante oculos ſemper ferens: ſibi oīa uult cum ciuitate eē cōmunia: ſuum atq; proprium nihil duces quod a publica utilitate dignitateq; ſeparetur. Dignus es tu profecto: qui q̄ diutiſſime ſis in uita: & non minus uniuerſæ Italiæ: q̄ tuo iſti pacatiſſimo atq; fœliciſſimo potentatui domineris. Totus es ad laudem & gloriam natus: cuius uniuerſa uita plena eſt honeſtatis: plena ſapientiæ. Faciat deus omnipotēs: ut mihi aliquando liceat uti atq; frui: quod mihi beneficiū q̄ beneficentiſſime alacerrimeq; proponis. Nunc enim ea ſunt tempora: ut aliud nihil queam non modo deliberare: ſed ne reſpondere quidem. Vale. Ex Mediolano. v. kalē. Auguſtas. M.cccc.xlviiij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao Varoni philoſopho ac medico: ſal.

q Væ mihi ſcripſerit nobiliſſimus princeps tuus: immo noſter: quidq; ipſe pro tempore reſponderim tecū ipſe conſiderabis. Nam ego in præſentia mei iuris nō ſum. Itaq; oīa ſunt accōmodanda tempori. Tu uelim: interea modereris: & cōponas oīa pro ſingulari tua prudētia. Meum animū habes in manu. Nec loqui apertius q̄ licet. Cum licuerit: id quod nō lōge abeſſe potuerit: aperiam tibi mentem meā. Es em̄ unus: cui crediturus ſim omnia. Vale. Ex Mediolano. v. kl. Auguſtas. M.cccc. xlviiij.

Franciſcus Philelfus: Albertho Zācario: ſal.

q Vid tibi reſpondeā: haud ſcio. Nec auſim efferre: ſi quid etiā ſciam. In ſcylleo æſtu nauigam⁹. Niſi deus aliqs oportune reflauerit: ultimū naufragiū patiemur. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Auguſtus. M.cccc.xl viiij.

Frāciſcus Philelfus: Bornio ſalæ iurecōſulto: ſal.

f Viſti tu in me ſemp & liberalis & comis: nullumq; unq̄ liberalitatis officiū & comitatis prætermiſiſti. Eundē quoq; in hunc iſtū te fore exiſtimo: cui meas ad te litteras dedi. Eſt enim & homo perpulchre doct⁹ ac diſert⁹

& uir prædit⁹ elegãtiſſimis morib⁹. Quaꝓpꝑ officij tui fuerit id præſtare:ne quã ſpẽ ab me habet de te receptã:eã falſam extitiſſe ĩtelligat. Vale. Ex Mediola. v. kl. Auguſ. M.

Franciſcus Philelfus: Ioanni Auriſpæ: ſal.

q Vid ſupbiæ me accuſas:qđ tibi rñdeã nihil: q̃ſi ea ſint tpa: ut cuiq̃ liceat loq: qđ ſentit? Itaq3 malo abs te ſupbiæ accuſari:q̃ ſtulticiæ. Nõ ſũ eñ uſq3adeo obtuſiorib⁹ ſenſib⁹:ut qd me aut deceat aut dedeceat: nõ ĩtelligã. Te igiť rogo: æquo aĩo feras ſilẽtiũ meũ. Nã cũ licuerit: te obtũdã ꝓlixitate orõnis. Vale. Ex Medio. ꝑdie kl. Aug.

Franciſ. Philel. Angelo actiolo eqti aurato: ſal.

n Ihil eoꝝ in hãc diẽ uideo abs te cõfectũ:quæ mihi: tũ corã antea: tũ poſtea ꝑ lrãs tã liberaliť recepiſti. Ac nõ poſſũ ſane nõ admodũ mirari:qđ ne rñdes tu qdẽ: ni fortaſſe uelis me tuũ inťpretari ſilentiũ:qđ nihil mihi receperis: neq3 hic præſens: nec poſtea ſcribens: ſed qđ ũba nõ tã feceris q̃ dederis. Id ſi ita ẽ: utar illo Terẽtiano: Par pari referto. Vale. Ex Mediola. iij. Nonas. Auguſtas. M.

Frãciſ. Philel. ſal. di. plu. Petro medici Coſmi filio.

p Ræcipuũ tuũ in me amorẽ & expt⁹ ſæpe ſum præſens & audiui abſens. Faciſq3: ac feciſti ſemp ꝓ officio gratiſſimi diſcipli & uiri optimi. Nã de tua erga me uoluntate cũ ab alijs ꝑmultis: tũ ex Angelo actiolo: ſplẽdidiſſimo eqte aurato: & ueſtræ familiæ ſtudioſiſſimo egregie accepi. Reliquũ eſt: ut Achillis: qđ fabulanť iaculo utamini in ſecũdo ictu. Qđ ſi factũ cognoro: haud patiar ulla me beneficij iuriſq3 magnitudine ſupatũ iri. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Auguſtas. M.cccc.xlviiij.

Franciſcus Philelfus: Lampugnino birago: ſal.

l Audo bonitatẽ ingenij tui: qui ætate iãdudũ ingraueſcẽs: des operã græcæ litteraturæ: iſtis diſſimillimus: qui litteratiſſimi haberi uolũt: græcis litteris ignoratis omnino. At ſua ſe plurimũ opinione fallunt. Nemo eñ mea ſentẽtia latinus ſit optim⁹: ubi græca ꝓrſus eruditiõe careat. Prudenť igiť tibi cõſuluiſti. Quare qcquid a me poſtulas: id totũ in tua eſſe ꝑtãte poſitũ exiſtimato. Nam & libris tibi & doctrina nũq̃ ſum defuturus. Vale. Ex ædib⁹ no-

ſtris Mediolani Nonis Auguſtis.M.cccc.xlviiij.

Frãciſcus Philelfus:ſal.di.plu.Aloyſio Crotto.

h Ieronymi q̃s petieras Auguſtiniq; epiſtolas:ad te dedi cõmodato.Quare ubi eas ꝑ tua uoluntate le/ctitaueris:cura ad me redeãt. Qđ aũt quæris qd de utroq; ſentiã:& quo ad doctrinã & quo ad eloquẽtiã:breuiť acci/pe.Omniũ primũ de reb⁹ diuinis nõ eſt meũ iudicare: ſed ecclaſticæ dignitatis auctoritatiſq;.Cæteꝝ puto utrũq; ꝯo pulcherrimeq; diuinarũ rerũ oĩm ſciam tenuiſſe. Sed quo ad reliquas oĩs ꝑtes philoſophiæ Auguſtin⁹ uiſus ẽ longe tũ acutior & peritior:tũ etiã ſubtilior. Dialecticus Augu/ſtinus fuit egregi⁹ & idẽ phyſic⁹ atq; mathematicus. Huic Hieronym⁹ plurimũ præſtitit dicendi elegãtia poti⁹ q̃ do ctrina:id qđ ex utriuſq; oratiõe licet intueri. Græcã lr̃aturã Hieronym⁹ ꝑpulchre calluit:Auguſtin⁹min⁹ ꝑfecte. Ille he braicæ q̃ꝫ habeť erudit⁹ & Auguſtin⁹illi⁹linguæ ignar⁹oio. Vita horridus Hieronym⁹: Auguſtin⁹aũt mitis. Qđ ſi ex iis duob⁹ unus effici potuiſſet:nihil natura abſolutius ædi/diſſet. Vale.Ex ædib⁹ noſtris Mediolani. M.cccc.xlviiij.

Franciſci Philelfi Epiſtolarum Liber Septimus.

Frãciſcus Philelfus: Senatui & populo Flo rentino:ſalutem dicit plurimam.

c Vm inclytæ ueſtræ & excellentiſſimæ rei/pub.principes Florẽtini egregiã illã at ſin/gularẽ bñficẽtiã:qua cũ iſtic aderã:a uobis pulcherrime ſum ornat⁹:nõ min⁹ſuaui q̃ aſ ſidua recordatiõe mecũ repeto : nihil ẽ qđ malle me debere intelligã: q̃ & oĩb⁹ in reb⁹ & apđ oẽs mortales id ꝑ uirili ꝑte præſtare:ut gratitudinẽ aĩ mei certo aliquo argumẽto recognoſcatis. Quare cũ ali/as ſemp:tũ maxĩe hoc tꝑe qd ꝑ ueſtri nõis amplitudine,ſũ moq; ſplendore mihi ſtudendũ cẽſerim: ubi breui oratiõe oſtẽdero:facile iudicabitis beneficioꝝ in me ueſtroꝝ me/moriã nulla neq; tẽporũ lõgitudine nec fortunæ uarietate apud animũ meũ interiiſſe. Quib⁹ eñ in rebus cumulatio res ſim uobis gratias relatur⁹:q̃ ſi ad ſplendidiſſimũ laudis

mun⁹: dũ uos ad decus & gl'iam natos cohortari prexero: præcipuã in me quandã si nõ prudentiã: fidẽ tñ & pietatẽ intueamini. Nemini quib⁹ sex annis pulcherrime apd' uos agerẽ: nullius regi magis ppl'm Florentinũ: q̃ dignitatis ratione habere solitũ. Quare cũ uel de pace ul' de bello ageret: tũ cõsilia oĩa: tũ decreta ad dignitatẽ semp referebãt. Qui pfecto bene moratæ reipu. mos iure mihi laudãdus uideri debet. Nihil em̃ nec utile in uita nec iucundũ cẽsendũ est: qd' honestate uacet. Om̃ia quæ aut corpis aut fortunæ ducunt cõmoda: & fragilia sunt planeq; inania ubi minus ad decus relata fuerint. Itaq; ut oĩs uirtus fructifera est & uoluptatis plena: ita nihil in bonis aut expetẽdis ponendum est: qd' a uera laude discedat. Quo fit: ut si uos laudis qd' eximiæ uirtuti debet: studiosi im̃pmis uniuersæ Italiæ paci trãquillitatiq; cõsuletis: & p cõsuetudine uestra facturi sitis & ornatissimũ ĩmortalitatis nomẽ assecuturi. Quo tpe uobis est renunciatũ de obitu Philippi Mariæ angli: q fuit unus oĩm pfecto q̃diu uixit: nostræ ætatis principum atq; regũ fortissimus atq; sapientissim⁹ quidã uir. Haud dubito: qn animũ oẽm a rerũ bellicarũ studijs ad pacis ociũ cõuerteritis. Nã & uestro ingenio mites estis atq; phũani & uestræ florẽtissimæ reip. nõ belli: sed pacis artes cõducere cõsuerunt. Nec enim unq̃ bella suscipitis bellãdi cupiditate: sed ut pacate possitis cũ dignitate uiuere: nec etiã cũpmum illi optimo p̃ncipi bellũ intulistis: alia uos rõ ulla mouit q̃ hmõi honestæ pacis cõsiliũ. Cũ em̃ quo illi⁹ conat⁹ tẽderẽt nesciretis: & Imola atq; Forũliuiũ & flãminijs captæ urbes haud iniuria uobis suspitionẽ ei⁹ animi non mediocrẽ afferrẽt: qñ ille tñ nihil alienũ appeteret: sed ptim ecclesiæ Romanæ quã Braci⁹ ingẽti aĩo uir munitissimo firmissimoq; exercitu nitebat̃ opprimere: ptim reb⁹ suis cõsulere cupiẽs: qppe q uereret̃ hõ prudẽtissim⁹ Bracij incremẽta ĩ p̃niciẽ suã & exitiũ emanatura: quã ipa; suspitõe; p̃nceps callidissim⁹ Nicola⁹ æstẽsis admodũ cõfirmarat: his rõnib⁹ mot⁹ Philippus in flãminiã miserat uires suas: tũ ultro uos: ut estis uni omniũ cautissimi: nulla ne minima quidẽ iniuria lacessiti: armis obuiã ire aggressi ei⁹ consilijs: quæ rebus

ueſtris detrimẽtoſa fore exiſtimabatis: diuturni: maximi: calamitoſiſſimi belli fuiſtis auctores. Qua quidẽ in re: non modo accuſandi nõ eſtis: ſed tolerandi potius. Nam cũ qd ille animo uerſaret: uos lateret: uideretiſq; urbes finitimas in illi⁹ ptãtem actas: nec eſſetis obliti: q̃ ancipiti & periculoſiſſimo bello cũ ei⁹ patre Ioãne Galeacio clariſſimo & potentiſſimo principe dimicauiſſetis: prudentiæ ueſtræ munus eſſe duxiſtis: prius occurrere eiuſmodi conatib⁹ q̃ pati: ut magis indies magiſq; inualeſcerent. Quãto aũt in diſcrimine utrinq; uerſata deinde res fuerit: uniuerſa nõ modo nouit: ſed etiã ſenſit Italia. At ubi maximus & optimus ille dux naturæ uel intempeſtiue conceſſit: ac uiri Mediolanenſes: ut ſunt excelſo atq; inuicto aĩo: in libertatẽ ſe uendicarunt: continuo declaraſtis & id quidem certiſſimis argumẽtis nihil eſſe uobis & ueſtra & Italiæ pace neq; optatius nec iucũdius. Nullo eñ pacto fieri põt: ut ſiquã præpotentẽ Italiæ aut urbẽ aut regionẽ belli fulmen inuaſerit: qeto ipſi aĩo eẽ poſſitis. Itaq; pacis & tranquillitatis bono qđ ſplendidiſſima hæc potẽtiſſimaq; reſpu. maxime oĩm affectabat: omĩ opa & induſtria ſtuduiſtis: & ita ſtuduiſtis: ut quãtũ in uobis fuit: nullæ diurturni ardẽtiſſimiq; belli ſcintillæ relinquerent̃. Cũq; diuino etiã cõſilio quodã fieri uideret̃: ut q honeſtã pacẽ min⁹ admitteret: duriſſimis euentis pugnæ pſæpe affligerent̃: iã eo loci deducta res erat: ut nõ min⁹ q̃ Mediolanẽſes cæteri quoq; pacẽ expeterẽt. Qđ cũ ſedulo fieret: ac iam propediẽ tẽpeſtas oĩs ꝓcellaq; belloꝝ turbinẽ oẽm amiſſura uimq; putaret̃: ecce repente: infœlici neſcio quo ſydere inopinati qdã turbulẽtiſſimiq; fluctus inſurrexere. Franciſcus eñ Sphortia magno & elato aĩo uir atq; rerũ bellicaꝝ glia cunctis noſtræ tẽpeſtatis ducib⁹ lõgiſſime antecellẽs: a Mediolanẽſib⁹ quoꝝ copijs exercitibuſq; præerat: ſeſe abduxit: & ita fato neſcio quo abalienauit aĩm: ut quæ in hoſtes cõſueuerat: in hoĩes amiciſſimos & optĩe de ſe meritos: ĩfeſta arma conuerterit. Nec me ſane dubitatio ulla tenet: tñ illũ & tanta laude uirũ nõ tã libidine dñandi: quæ nõnullos ſæpe tranſuerſos agit: q̃ hoĩm q̃rundã minime ſibi amicoꝝ inductu a priſtino inſti-

tuto in huiusmodi suspitionē incidisse. Putat eñ Mediola
nēses cū Venetis aduersus se machinatos insidias. Sic igit̄
suauissimū Italicæ pacis ociū tādiu multūq; desyderatum:
quo tpe postliminiū fecisse credebat̄: mox deteriore cōdi
tiōe tāq̄ sedib⁹ suis extrusū: durissimis bellorꝝ catenis pre
mit̄. Huic aūt tātæ & tā acerbæ rerū difficultati: qbus mihi
remedijs occurri posse uideat̄: paucis dicā. Quid Frācisc⁹
Sphortia aduersus hāc præualidā amplissimamq; rēpu. aut
sperare possit aut desperare: nemo eo melius nouit. Quid
rursus Mediolanēses de illius conatib⁹ aut metuendū sit
aut audendū: nescij certe nō sūt. Ad hæc ea utrosq; prudē-
tia esse puto: ut neq; uelint qđ nequeāt cōseq: nec qđ quæ-
ant: nolint. Sed animis pturbatis recte iudicare nūq̄ licet:
Nā ul' cupiditate ul' ægritudine ita distrahunt̄ interdū: ut
sui cōpotes eē nō possint Quinetiā tātæ qnq; puicaciæ sese
mortales obnoxios faciunt: ut sciētes uidētesq; præcipites
ruere q̄ ad sanitatē redire malint. Plusq; ualet qnq; amico-
rū apta & ipsi pmotioni accōmodata prudēsq; suasio: q̄ for
tiores ullæ firmioresq; rōnes: quæ se intempestiuas obtule
rint. Itaq; unos oīm uos aptissimos iudicaui principes Flo-
rentini: q tantā hanc & tā illustrē præclarāq; ꝓuinciā ꝓ ue-
stra in utrūq; & Mediolanēsem pplm & Franciscū Sphor-
tiā singulari beniuolētia suscipetis. Ea eñ est sapia: eo rerꝝ
hūanarꝝ usu: ea pitia: ut nihil oīno nō mō ad suadendū: sed
ne ad psuadendū qdē uos quæat præterire: qđ mortales re
liqui oēs norint. Quare & hortando & monendo: ac etiā si
usui fuerit: accusando: orādoue facile apud hoīes amicissi-
mos: oīa quæ uoletis: cōsequimini. Nā cū utriq; sint existi-
maturi uos ut amice & prudēter: ita etiā fidelit̄ atq; ꝓ offi-
cio reb⁹ suis cōsulere: facile sint in uestrā sentētiā ituri. Qđ
& si uobis facillimū factu futurū ē: tñ si difficillimū quoq;
laboriosissimūq; foret: uestri muneris ac laudis ducere de-
betis: quicqd honestū sit: a uobis curari oportere. Nam cū
ad uirtutem nati oēs sim⁹: nihil possum⁹ sine reprehensio-
ne omittere: quod decus aliqđ præ se ferat. Quid aūt pul-
chrius: qd laudabilius: qd īmortalitate digni⁹ q̄ inimicitias
tollere: q̄ bñ facere: q̄ iniuriā ꝓpulsare? Nōne satis uiri bōi

lacessunt iniuria: cũ infert cuiq̃ iniuria uel ignoto? Homo em̃ hois causa nat⁹ est. Nec ille human⁹ ducẽdus ẽ: q hũanitatis officium neglexerit. Qđ si grãm int hoies uobis amicissimos recõciliabitis: quantã etiã uniuersæ Italiæ grãm sitis: nõ obscure ex præsentib⁹ incõmodis coniectare uobis licet. Qđ em̃ circũquaq; strenui & pecuniosissimi uiri: qui substãtias suas aut in mercatura: aut in uectigalib⁹ haberẽt occupatas: ob hãc bellorũ calamitatẽ decoxerunt? Nec id in Italia solũ: sed p oẽm fere Europã. Nã cũ ꝑpt bellorum aut periculũ: aut metũ: & nõnunq; etiã detrimentũ rñderi cõuẽtis nequeat: necessario fides apđ mercatores: apud mẽsarios: apud publicanos cõcidit: id qđ nõ solũ calamitatem multis: sed ignominiã quoq; affert latinis oĩbus. Siquis em̃ uir latini nois qui uľ in Gallis uľ in Germanis uľ in Gotthalanis mercatoriã mensariãue exercet uľ aliud quicq̃ qđ ad rem pecuniarã ptineat: apud exteras nationes agit: coact⁹ turbationũ Italicarũ difficultate: fidem ad cõstitutũ tẽpus quibus debeat: præstare nequiuerit: unius aut paucorum culpa uniuerso latinorũ nomini ascribit. Neq; em̃ pauci sunt hoies Itali q ad Britãnos & Gades usq; & p uniuersum prope terrarũ orbẽ diuersis in negocijs pecunias tũ suas: tum alienas hñt implicatas: quas ubi explicare ꝑpter hasce calamitates facultas non erit: decoquant necesse ẽ: quæ certe res nõ decoctoribus modo: sed locupletissimis quoq; & illustribus Italiæ ciuitatib⁹ nõ mediocre detrimentũ atq; dedec⁹ allatura ẽ. Nec em̃ uni⁹ urbis ciues magna ulla rei pecuniariæ iactura affici pñt quo min⁹ reliquæ etiã clarissimæ Italiæ ciuitates eodẽ premant incõmodo: cũ int se se inuicẽ & cõtrahunt & mercantur. Huic aũt tali tãtoq; detrimẽto atq; turpissimæ famæ notæ aliđ remedij nihil afferri posse intelligo: q̃ si dederitis operam ut uiri uobis amicissimi mutua inter se odia armaq; deponãt: malintq; æquo & bono q̃ cupiditatis facib⁹ parere. Quis em̃ audeat in Italia ullas bellorum flãmas excitare: ubi primariæ amplissimæq; urbes & unus Frãcisc⁹ Sphortia tãt⁹ & tãta ꝓbitate princeps inuicẽ cõsenserint? Nã neq; fugere uos põt: quãto in pic'lo tota nutet Italia. Videtis: quæ gẽtes i ea cõsederint ob ite-

ſtina inter nos odia: quæ tã[?]ex aliqua ſpecula nr̃as diſcor dias obſeruãtes: nihil aliud expectãt: moliunt̃: agunt: q̃ ubi laſſos & pecuniis exhauſtos aĩaduerterint: ĩopinatos nos opprimãt. Quapropt̃ ut ueteri ueſtro inſtituto: q dignitatẽ & glĩam maxime oĩm adamatis: ut cõi utilitati: ut totius Italiæ ocio ac trãqllitati ꝓſpiciatis: hãc talẽ tãtãq; rẽ principes Florẽtini diuio ductu auſpiciiſq; ſuſcipite. Legatos ueſtros ingẽti uirtute & prudẽtia uiros: tũ ad Mediolanẽ. tũ ad Franciſcũ Sphortiã mittite: q utroſq; ita ſuis aptiſq; rõnib⁹: nõ ſolũ hortent̃ ac rogent: uerũetiã ſi op⁹fuerit ꝓ iure mutuæ beniuolẽtiæ ul' moneãt ul' incuſent: ut q̃primũ oĩmi aĩoꝝ relicta contẽtione in mutuã priſtinãq; gr̃am redeãt: ne cũ ꝑuicacius inuicẽ dimicãt & ĩpi ꝑditũ eãt & Italiæ uniuerſæ naufragiũ parant. Nã quantum uos quoq; religionis chriſtianæ rõ ad hoc tam illuſtre tanq; ſalubre cõſiliũ excitare & inflammare debeat: qd attinet dicere? Videtis ẽm iam aduẽtare ſacratiſſimos annui iubilei dies: quẽ ab ipſa uſq; tũ habraæ: tũ Moſei tẽpeſtate: figura diuina quadam mẽteq; cõſtitutũ Chriſt⁹ optim⁹ maxim⁹ redẽptor noſter: cũ ex hac uita in celũ aſcẽderet: indulgentiarũ largitate diſpenſandũ reliquit miniſtris ſuis imprimiſq; romanæ eccleſiæ ſũmo põtifici. Qua ex re ſi nulla etiã utilitas eẽt emanatura: oĩmi tñ cura atq; labore ſtudendũ foret: ne tãtæ religionis ueneratioui cõiq; læticiæ iniuria ulla fieret. Quãta ꝟo cũ ad Italos oĩs: tũ ul' maxime ad uniuerſos ciuis ueſtros ſint ex hm̃oĩ celebritate peruẽtura emolumenta: debetis ex ſuꝑiorib⁹ tẽporib⁹ meminiſſe. Itaq; ur̃i officii & ſapientiæ eſſe puto: id quantũ in uobis fuerit præſtare: ne tot illi & tã locupletes atq; opulẽti ppl'i trãſalpini ab Italiæ acceſſu ob hũc belloꝝ turbinẽ ꝓhibeant̃. Valete. Ex Medio. idibus Auguſtis a natali Chriſtiano. M. cccc. xlviiii.

Frãciſ. Philel. Petro Thomaſio pħo ac medico: ſal'.

n Eq; hic eẽ licẽt ſine ꝑicl'o: nec alio ire ꝑmittit̃. Itaq; lupũ teneo aurib⁹. Cõſiliũ tñ tuũ nõ mõ laudo: ſed etiã ꝓbo. Sed qd agã: q̃n hæc ſunt tpa? De⁹ bñ uertat. Vale. Ex Mediola. kl'. Septẽbribus. M. cccc. xlviiii.

Frãciſcus Philelfus: Ioannocio Manetto: ſal'.

t E semp omnibus in rebus exptus sum amicissimũ: siqua unq̃ in re tua mihi opa opus fuit: nũc ẽ maxime. Galeaci⁹ chremẽsis tibi corã exponet: quid abs te uelim. Quẽ nolis frustra ad te missum: tã peto abs te uæhemẽter: ut uæhemẽtius petere nihil possim. Vale. Ex Mediolano pridie idus Nouẽbres. M.cccc.xlviiij.

Franciscus Philelfus Bernardo Iustiniano: sal'.

q Vi tibi reddidit meas litteras: tanta mecũ beniuolentia iunctus ẽ: ut maiorẽ nemo esse possit. Quicqd is tibi noĩe meo dixerit: id ita existimato: ac si a meipo corã audieris. Vale. Ex Medi. idi. Septẽbri. M.cccc.xlix.

Frãciscus Philelfus: Nicolao Varoni: sal'.

h Aec negocia quib⁹ fluctib⁹ agitent: scio te nõ latere. Quid aũt mihi boni priuatim sperandũ sit in tãta rerũ oĩm calamitate: & ipe intelligo: & tu potes aĩaduertere. Itaq̃ si qd habes cõsilij: id ut doceas: rogo. Nam mihi uix ullũ relictũ ẽ: præsertim cũ hinc abeundi facultas nõ detur. Vale. Ex Mediola. xij. kl'. Octobres. M.cccc.xlviiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Aurispæ: sal'.

d Ix narrari quæat: quantis in malis tota hæc ciuitas fluctuat. Nec reliquũ ẽ qd expectet: præt ultimũ naufragiũ: id qd lõge abesse nõ põt. Bacchat ĩ oĩa mucro. Nec humanis nec diuis parcit reb⁹. Scripsissem tibi pluribus: sed nescio q̃ hæc recte sint lr̃is cõmissa. Tu siqd mihi cõsilij potes afferre: excogita: Nã mihi nullũ ẽ relictũ ĩ tãta impunitatis licẽtia. Vale. Ex Medio. idibus Octobrib⁹. M.

Francis. Philel. Petro Thomasio pħo ac medico: sal'.

q Vod rẽ meã oẽm Veneto℞ legato Leonardo Venerio clarissimo uiro cõmendaueris: gaudeo: tibi q̃ ago gratias. Valet enim is apd' hosce ciues & auctoritate & gratia plurimũ. Q̃q̃ futurũ puto: ut mihi prodesse non admodũ possit: ita sunt oĩa iã debilitata & perdita. Passim atq̃ cateruatim moriuntur inedia. Mihi uero siquid etiã pecuniolæ alicũde abradi posset: tamẽ nõ ẽ: unde satis panis pari quæat. Qui mihi ob inuidiã nocere moliunt: me Sphortianũ esse insimulãt. Quare in distributione panis q uicatim emẽdus singulis dat: negatur plærunq̃

mihi tanq̃ hostis studioso. Itaq; neq; hic esse sine uitæ periculo ulla possum arte: & abeũdi ptãs oĩs sublata est. Nescio quantũ mihi ꝑdesse poterit Leonardus in tãta malignitate tẽpoꝝ. Meliuscule tñ mihi sperandũ uideo: q huic uiro charissim⁹ fact⁹ sum: q̃q̃ etiã ipse: ut mea fert opinio: nõ hic est sine periculo: ita sunt oĩa tẽpestatũ ꝓcellarũq; plenissima. Vale. Ex Mediolano kl'. Decẽbribus. M.cccc. xlix.

Franciscus Philelfus: Antonio metello: sal'.

u Tinã mihi liceret te uidere tecũq; loqui corã. Aut eñ me tu in tuã: aut ego te in sententiã meã agerẽ. Illud aũt hortari te ac monere non dubitabo: cum omni in re: tum etiã nõ minus in loquẽdo moderationẽ seruandã esse. Verbũ alatũ fingit Homerus: qm̃ & emittat celerit & non facile reuocari emissum queat. Prudẽs es. Quid hæc sibi uelit oratio: nõ ignoras. Hic indies oĩa habẽt miserabilius. Quod petis: curabo diligentissime. Vale. Ex Mediolano pridie idus Decẽbres. M.cccc. xlviiij.

Frãcisc. Philel. Blasio axeretẽsi Mediolanẽsiũ prætori: sal'.

u Enirẽ ad te quotidie: nisi me id facere prohiberet gladioꝝ metus: q̃bus assidue uideo urbem uniuersam coruscari. Nã in armoꝝ fragore: ut scis: uerba legũ exaudiri nõ solẽt. Itaq; patere obsecro: me tãtisper habere salutis meæ rationẽ: donec alicũde lætior dies illuxerit. Vale. Mediolani ex ædib⁹ nostris. kl'. Ianua. M.cccc. L.

Franciscus Philelfus: Francisco barbaro: sal'.

c Onsiliũ tuũ facio certe plurimi: tũ qđ est prudẽtissimũ: tũ q beniuolentissimũ tuũ erga me animũ præ se fert. Quid aũt agendũ mihi statuerim: ex isto corã accipies: qui tibi reddidit meas lr̃as. Tu interim cura om̃ia diligenter. Nã quantum erit in me: oĩno obsequar uoluntati tuæ. Vale. Fx Mediolano. iiij. idus Ianuarias. M.cccc. L.

Franciscus Philelfus: Ioanni Amideo iurecõsulto: sal'.

t Vus ille familiaris quotidie me obtũdit. Rogo te: des operã: ne mecũ uaticinet̃. Nã ut ait ille apud poetã Dau⁹ sũ: nõ œdip⁹. Hẽat sibi sapiẽtiã suã. Nã hoc tpe nihil ẽ oĩm min⁹: qđ uelim: q̃ uaticinari. De⁹ norit: qđ futurũ sit. Illud mihi uaticiniũ est certissimũ: Petrũ Cã-

didũ ſemp inuigilare:ut mihi incõmodet:cui⁹ īſidioſa mali gnitate:ne incaut⁹ oppmar:tuũ fuerit ꝓuidere. Noſti eñ ingeniũ:noſti flagitiũ facinoroſiſſimi hoīs. Vale. Mediolani ex ædib⁹ noſtris pridie nonas Februarias. M. cccc. L.

Frãciſ. Phil. Blaſio axeretẽſi Mediolanẽſiũ. prætori: ſal.

u Erſari uideo arma undiqꝫ. Quid tant⁹ tumult⁹ ſibi uelit:nondũ ſatis intelligo. Tu ſi qd habes:qđ me ſcire oporteat:fac ut ꝗprimũ intelligã. Nã animus præſagit:neſcio qd:deus bñ uertat. Ego me interea domi cõtineo. Vale. Ex ædib⁹ nr̃is Mediolani. v. kł. martias. M. cccc. L.

Franciſcus Philelfus: Nicolao cebæ: ſal.

n Vlla noſtra ratio:nulli humani conat⁹:nullæ terrenæ uires cæleſti queunt aduerſari imperio: ſiue id fatũ:ſiue neceſſitatẽ:ſeu aliud quicqꝫ:qđ ſupra nos ſit:appellari oporteat. Noſtra ſane inferiora hæc oĩa uana ſunt nulliuſqꝫ momẽti:ubi min⁹ diuino adminicło auxilio qꝫ nitanẽ. Cũprimũ diuin⁹ ille princeps Philipp⁹ Maria anglus uitã deſeruiſſet:cœperũt Mediolanẽſes hi ciues cõtẽpto p oẽm cõtumeliã ac ludibriũ pncipis uni⁹ ipio: adamare ãplectiqꝫ libertatẽ: Cui⁹ ſtatuẽdæ initia ſecũda ſane fortunatiſſimaqꝫ fuere. Nã hoꝶ optatis Venetos aduerſantis trib⁹ deinceps cladib⁹ affecere. Placẽtia pmo:quæ ſe ultro illis tradiderat:ui capta ac direpta: dein claſſe eorũ maxia & oĩbus reb⁹ ornata apud Caſalẽ cognomẽto maiorẽ:ſupata & capta magnaqꝫ ex pte in Pado & tormẽtis & igni pdita:ad poſtremum eodem anno maximis eoꝶ copiꝭ & firmiſſimis ad Carauagiũ fuſis fugatiſqꝫ in tãta & militũ & ducũ ac pncipũ captiuitate & præda: ut de ipo etiã Venetorũ impio actũ uidereẽ:ni Mediolanẽſes ipi deſipere uoluiſſent. Cũ a Frãciſco eñ Sphortia quẽ unũ ſuis exercitibus præfecerãt:ſibi metuiſſent:ne iꝭ ꝓpter Blancã Mariã Philippi filiã regnũ ſoceri tanꝗ hæreditario uxoris iure foret poſt tãtã uictoriã occupatur⁹:cœpe de pace clã tractare cũ Venetis p Henericũ quendã panicarolã: q patria Mediolanẽſis mercaturã Venetiꝭ exercebat. Veneti ut uiri ſunt prudẽtiſſimi:tã&ſi quæ ꝓponerenẽ:nõ detrectabãt:tñ cõſultata re diligẽti⁹cũ Frãciſco Sphortia maluerũt:ꝗ cũ Me

diolanen̄. repu.agenda cõtrahere.Nã etiã is certior fact⁹: cũ de huiusmõi occultis cõsilijs:tũ de aĩo Mediolanẽsiũ erga sese:cõuenit cũ Venetis honestis qbusdã cõditiõib⁹:ut tãdiu sibi auxilio eẽnt & milite & re pecuniaria: quoad ei⁹ urbis diciõe potiret.Id em̃ Veneti suo imperio tuti⁹ fore duxere:q̃ꝫ pati urbẽ potẽtissimã eãdẽqꝫ insolẽtẽ in proxima regione excrescere alti⁹:præsertim cũ intelligerẽt unũ Franciscũ Sphortiã Mediolanẽsibus oĩbus incredibili esse odio. Quib⁹ reb⁹ ita cõstitutis ac firmatis:missus ẽ a Frãcisco Benedict⁹ Nursinus:qui non mõ erat egregi⁹ medicus: uerũetiã uir prudẽs ac disertus.Is cũ primo multa de Mediolanẽsibus noĩe sui principis in cõtione publica quæstus est:tandẽ in eã sententiam perorauit:ut oñderet & lege & æquo & bono urbis huius imperiũ:oẽmqꝫ eã dicionẽ:quã Philippus possederat:ad uxorẽ Blancã Mariã ad ipsumqꝫ Frãciscũ:quẽ Philipp⁹adoptauisset:ptinere:& ita ea quæqꝫ repetere. Cui cũ nihil ꝑ postulatis responsum eẽt: ad Frãciscũ redijt re infecta:& ita magnũ piculosumqꝫ bellũ a Venetis in Mediolanẽses cõuersum ẽ. Qđ inde difficultates malaqꝫ emerserint:prolixũ est difficilimũqꝫ narratu. Om̃s & urbes & oppida:& municipia:& castella breui ad Franciscũ defecerunt. Ager Mediolanẽsis fere oĩs ferro igniqꝫ uastatus. Præter urbis suburbia tenebatur nihil. Ad postremum exhausta æraria om̃ia. Rei frumẽtariæ in urbe nihil. Extrinsecus importari nihil poterat ꝑpter hostiũ copias: quæ ad ipsas usqꝫ portas oẽm aditum ꝓhibebãt. Nobilitas oĩs ab urbe aberat:alij alio cõfugiẽtes.Ptãs oĩs ad plæbẽ redacta est. Si q fuerãt aĩo seniore q fuerũt admodũ pauci: ij obtrũcati oẽs. Cũ eo difficultatum redacta res foret:ut passim fame cõfecti ciues inter ambulandũ caderẽt: qñquidẽ neqꝫ feles:neqꝫ canes neqꝫ ulla ĩmũda aĩalia esui reliqua iã eẽnt:ob idqꝫ diuti⁹ deditio ad Franciscũ differri nõ posset: Veneti cũ Mediolanẽsib⁹ societate inita & auxiliaris copias ex agro Mediolanensi trans adduam ire iubẽt: & omni pecuniarum ope Franciscum destituunt: pauloqꝫ post per Pascalẽ Malippæriũ eidẽ nunciãt:ut ab om̃i ui atqꝫ iniuria in Mediolanẽses abstineat. Id si facere recusaret: bello in-

dicto ꝓ bono æquoqꝫ & ꝓ cõmuni Italiæ pace ac trãquilli-tate. Quã aiorum mutationẽ cũ Frãciscꝰ ægre & ꝑmoleste ferret: ꝑml'taqꝫ frustra quereret ac ꝓficeret nihil: ad susti-nendũ Venetoꝝ bellũ iuxta: atqꝫ ad inferẽdũ Mediolanẽ-sibꝰ accingit. Cæteꝝ cũ rẽ negligẽtiꝰ Veneti gerũt: utpote q sperarẽt fortasse Mediolanensem ppl'm extrema coactũ inedia: eis urbẽ dediturũ: in eã eẽ tandẽ aliqñ uentũ neces-sitatẽ: ut nocturno tumultu facto: in turbulẽta seditiõe nul-loqꝫ hoim cõsilio: Frãciscꝰ Sphortia: q apd' uicũ mercatũ se cũ octo cohortibꝰ in sũmis reꝝ oim difficultatibꝰ contine-bat: spõte in urbẽ a ppl'o ipo accersiret. Ex qbus qdẽ rebꝰ manifesto colligi põt inferiora nr̃a hæc oia nullo nr̃o consi-lio: sed occl'tiore ui quadã administrari. Hæc aũt gesta sũt noctu: quinto kal'. Martias: cuius proximo die Franciscus Sphortia in urbẽ exceptꝰ est. Vale ubiubi es: nã ubi esses ignorabamus. Ex Mediolano. iiij. kal'. Martias. M.cccc.L.

Frãciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: sal'.

l Eonardus Iustinianus uir clarissimꝰ pater tuus: non præsentẽ solum: sed futurã etiã gl'iam eamqꝫ imor-talẽ animo meditatus: te in quo ipse uicturus esset: & pecu-nia muniuit & disciplina: quarũ altera præsentibꝰ uitæ ne-cessitatibus pro dignitate subuenires: quantũ ul' tua ul' ami-corũ: uel reipu. interesset: altera mortuus quoqꝫ uiuere pos-ses in uiuis. Rẽ pecuniariã tibi maxime curæ eẽ & certa & una omniũ uoce mihi assidue nunciatur. Atqꝫ istud quidẽ prudẽtiæ est. Quod aũt sapiẽtiæ munꝰ ducũt: id ꝙꝙ tenes egregie: quotidie tñ nequaꝙ colis. Quid eñ aliud debeo cõiectare: cũ totiens meis lr̃is inuitatus nihil rñdes? Qua-re si uel paternæ & institutionis & gloriæ ul' tuiipsius non es oblitus: scribe aliquid: ut quẽ in cute uiderim: intꝰ quoqꝫ indies magis magisqꝫ perspiciã. Vale. Ex Mediolano pri-die kal'. Ianuarias. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus: sal'. di. plu. scribis ducalibꝰ.

q Vod scire ex me petitis q auctor scribi debeat: bre-ui accipite. Cũ alij nonnulli litteratissimi uiri: tum Priscianus grãmaticus locupletissimus testis est: eundem esse apud nos auctorem: qui græce dicatur αὐθέντης

authentes. Hinc arbitrati sunt aliqui iuniores: in hoc nomine. c. litteram ante. t. in eadem syllaba utranq; mutam addi non oportere: cum neq; apud græcos αὐθέντης authentes eã recipiat. At ego idẽ significare auctor qđ αὐθέντες facile cõcedo: sed ab augeo id nomẽ deductum puto. Sicq; quoniã a supino auctu formet̃: p. ct. esse scribẽdum: & ita a priscis uidemus obseruatũ. Nã si ab αὐθέντες descẽderet c. litteram auctor nõ reciperet: & . t. aspiraretur. Valete. Ex Mediolano kalen. Iuniis. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: salu. di. plu. Ambrosio iurecõsulto.

q Voniã iamprid ẽ obduruit meus anim⁹ ad eas ærũnas omnis: quas affert incõstantia mutabilitasq; fortunæ: Iccirco æquiore in illos me præbeo qui nll'a iniuria lacessiti se mihi præstãt importunos atq; infestos. Nã si iniurias singulas persequi uelim: mihi potius nocebo: q̃ aliis. Non omnes amici sunt qui uidentur. Qui commoda emolumentaq; sectantur: tamdiu sunt amici: quoad utilitatis ratio coram floret. Si discedat utilitas: quæ amicitia manere potest? Idem possit de iis iure dici: qui uoluptatem sibi proposuerunt. Tamdiu enim se amicos inculcant: donec perfruantur optatis. Quod si qd tristius accidat: nusq̃ sunt. Non igitur me perturbant: quæ de hominis leuitate significasti: est enim similis sui. At ego sequar meũ uitæ institutũ. Equidẽ bene faciam semper. Iniurias si propulsare non potero: aut contemnã: aut perferã. Vale. Ex Mediolano. kalen. Iuniis. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Mario filio: salu.

f I uim maiestatemq; uirtutis uelimus considerare: neminẽ inuenias: qui eam assidue secutus noctesq; diesq;: consecutus unq̃ fuerit. De hominib⁹ inquã loquor: non de deo nostro Christo iesu: qui & homo fuit & deus. Itaq; ut homo is & doluit & metuit & lætatus est & cupiuit: q̃q̃ omnia mediocriter. Sed talis perturbationum mediocritas nõ cadit in deum: qui nullo tangit̃ motu animi. Itaq; nõ absurde prisci illi philosophi eruditissimiq;

uiri: quotquot uel apud latinos uel apud græcos uirtutis laudibus claruerunt: neminem habuerunt: quem uirtutis nomine uoluerint appellare. Quære Platonẽ: Quære Aristotelem: Sume e nostris. M. Varronem. M. Ciceronem: L. Annæum Senecam. Vbi a uirtute quenq̃ nominatũ inuenias? Video quosdam iuniores & apud nostros uirum uirtuosum: & apud græcos ἀνδρα ἐνάρετον andra enareton qui modesti⁹ uir bonus diceretur atq; ἀνὴρ ἀγάθος inepto nomine appellare. At ne in prisca quidem & doctiore ecclesia tale usq; nomen reperias. Quod si poetas: oratores: historicos priscos lectites: persæpe boni uiri: at uirtuosi nomẽ tibi nusq̃ occurrat. Et ille quidem bonus dictus est mea sententia: qui ad uirtutem adipiscendam & diu laboret & multum: ἀπό του πόνου apo tu ponu. s. nomen sibi uendicans. Huiusmodi autem labore qui utatur: iccirco uocatum existimo uirum bonum: ꝙ in eo non uirtus: sed quasi aliquod uirtutis simulacrum eluceat. Nullo enim humano labore: nullo studio fieri potest: ut meram uirtutem quisq̃ assequatur. Sed satis superq; sit: si quis industria & diligentia sua q̃proxime ad uirtutem accesserit. Et quoniam petis: quibus eum uirtutibus præditum esse oportet: qui sit uir bonus & habendus & appellandus: quid sentiam: paucis accipe. Duas esse reor animi partes: quarum altera: quam habemus cum deo communem: & ratiocinamur & intelligimus: altera uero quæ communis est nobis cum pecudibus: appetim⁹ atq; afficimur. Itaq; alia est moralis uirtus: nam mores sunt qualitates partis illius appetitiuæ: alia ratiõalis: intellectualis alia. Ratione inquirimus: quid nos aut sequi oporteat aut fugere. Nec sine ratiocinatione callidi ac prudentes esse ullo modo possumus. Quæ uirtus in actione posita circa ea consultanda uersatur: quæ nobis utilitatem afferãt. Intellectu autem ad scientiæ cognitionem peruenimus: & quod est sapientiæ proprium: diuinam essentiam naturamq; contemplamur. At moralem uirtutem eam dicimus cuius forma est ratio. Materia uero animi perturbatio: quam etiam tum passionem: tum affectionem uocant: & eandem quandoq; mor-

bum. Et q̃q̃ nemo est uir bonus iudicandus: nisi idem sit: quantum humanum fert ingenium: totius uirtutis laude cumulatus. Quis enim uirtute morali floreat: nisi idem gubernetur prudentiæ ductu: ad quam morales omnes uirtutes referuntur: & prudens esse nemo queat: nisi sapiens fuerit: Nã omnis recta actio a contemplatione manat: Facit tamen consuetudo: ut eum maxime uirum bonum existimemus: qui iustissimus sit. Sed quoniam hanc rem omnem in commẽtationibus florentinis: cum de exilio loqueremur: diligenter prosecuti sumus: nihil est quod in præsentia simus prolixiores. Verum te fili Mari monere hortariq; nõ desistam: ita nomẽ uirtutis adames: ut eam nullã esse putes quæ omnibus uel cogitationibus uel dictis uel actionibus suis deum nõ solũ interesse: sed præesse nolit. Nam tum sumus iustissimi & optimi: cũ dei opera maxime imitamur. Vale. Ex Mediolano. kalen. Octobribus. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus: Ioanni Amerino iurisconsulto: salutem.

q Vod scribis dem operam: ut libros Aristotelis tibi comparem: aut qui de republica: aut qui de re familiari nobis præcepta tradunt: faciam & propediem & diligẽter: modo librarium nactus sim: cuius in his excribendis opera uti possim: id quod spero nobis minime defuturum. Laudo autem præstatiam ingenij tui singularemq; uirtutem: qui q̃q̃ es occupatissimus: nolis tamen pati earum te rerum expertem dici: quæ ad bene beateq; uiuendum præcipue cõducunt. Nam si sese moderari & instituere pulchrũ est: quod moralis disciplina facit: quanto sit pulchrius & præclarius idem præstare posse tum de domo: tũ de ciuitate uniuersa cuius fœlicitas omnium fœlicitatẽ cõplexa est? Accedit ad rem: q harum disciplinarũ cognitio eo est tibi magis necessaria: quo legum & iuris ciuilis sapiẽtia magis præstas. Nam quis audeat se iureconsultum profiteri his ignoratis fontibus unde leges omnes iuraq; manarunt? Faciam igitur quod iubes & amice & recte. Vale. Ex Mediolano kalen. Octobribus. M.cccc.L.

Frãciſcus Philelfus:Nicolo cebæ:ſal.di. pl.

e Tſi nondum audiebam te Genuam reuertiſſe: poſteaq̧ ob aeris intemperiem tamdiu carere patria inſtitueras:quoad uis peſtilentiæ plane deferbuiſſet:Tamen cum accepiſſem:ciuitatem ſe habere melius:& iam prope plæroſq̧ omnis nobiliſſimos ciuis in urbem rediſſe: iccirco ad te ſcripſi: ut tuis litteris ſuauiſſimis de te ipſo certior fierem:& ubi eſſes: & q̧ bene ualeres: itaq̧ mihi rem facies iucundiſſimam: ſi me q̧ primũ leuabis omni ſollicitudine.Diſertiſſimũ perleonem noſtrum ſaluere cupio cum uxore & liberis:cultellorũq̧ meminiſſe. Videtur mihi auarior fact⁹ q̧ ſolebat. Vale.Ex Mediolano.iiij.Nonas Octobres. M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philoſopho ac medico:ſalu.

e T litteras accepi & conuiuium. Quod iam tibi cælo gloriam quæras:non terra & probo & laudo. Nã quemadmodum terræ gloria: quæ a cęleſti non proficiſcitur:tota inanis eſt:quãtacunq̧ tandem ea ſit: ac plane nulla:ita profecto quæ in cælo eſt:radios ſuos quaſi ſol quiſpiam diſpergit in omnem terram. Scripſiſti profecto Chriſtiane & ut uerus philoſophus: Nam qui ſe philoſophum auſit profiteri:qui Chriſti ignarus fucatæ cuiuſdam honeſtatis umbram ſtult⁹ ac fatuus perſequatur? Nihil ipſe quidem honeſtum eſſe puto:niſi quod apud deum probatum ſit.Hoc uero qui ſequitur:ueram nimirum eum gloriam aſſequi credendum eſt.Et facis tu quidem recte atq̧ ſapienter.Non enim ignoras peregrinari nos ſemper ac ſeruire q̧diu uiuimus.Itaq̧ dies nocteſq̧ oportere illi⁹ patriæ meminiſſe:ad quã cum longo poſtliminio redierimus: futuri ſimus:tum liberi:tum glorioſi ciues: gloria non fucata:ſed ſimplici ueraq̧. Vale.Ex Mediolano.iiij.Nonas Octobres M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus: Petro perleoni:ſal.

a Nimaduerti ex tuis ad me lr̃is:tibi fortunã:quã uocãt aduerſari. At tu ſi me audis:animo forti magnoq̧ ſis:Et prudẽtia utaris & patientia:Spereſq̧ fore: ut præ

ſtanti ingentiq; uirtuti nihil tandem neq; ad dignitatē nec ad emolumentum deeſſe poſſit. Itaq; ut ad Battum ait Corydon apud Theocritum.

θάρσην χρὴ φίλε βάττε τάχ᾽ αὔριον ἔσσετά μεῖνον.
ἐλπίδες ἐν. ζωοῖσιν. ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
χὠ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος ἄλλοκα δ᾽ ὕει.

Quos quidem tris uerſus ita licet interpretari.

Fidere Batte decet: melius cras forſan habebit.
Sperandum eſt uiuis: non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nūc pluit: & clarus nunc iuppiter æthere ſurgit.

Quare cōfide etiā tu ꝓpediē tibi melius fore. Quādiu uiuimus: nos bona ſpe duci cōuenit. Nā poſt imbrē ſerenitas ſequi ſolet. Curabo quod petis: ꝗꝗ res noſtræ ſunt hac tēpeſtate ob uim diuturni belli anguſtiores. Vale ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. L.

Franciſcus Philelfus: Franciſco barbaro: ſal.

u Ellem: eā mihi fortunā deus optimus maximus tribuiſſet: ut & mihi poſſem & amicis ſemp gratificari. Nō em̄ libros meos abs te peterē. Sed quoniā illis carere nō poſſum: rogo: ut reſtituere iā incipias. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. L.

Franciſcus Philelfus: ſal. di. plu. Antonio Canobio.

n On iniuria ſemp ego te dilexi mi Antoni: quē unū animaduerterim ab om̄i deſidia & inerti ocio alienū. Itaq; om̄e qđ tibi tp̄is a tuo magiſtratu uacuū relinquit̄: id aut legēdo: aut audiēdo: aut quærēdo aliquid dignū memoria cōſumis. Scribis Candidū decēbrē cōtēdere tecū: ſolitū nihil uſq; ſcripſiſſe Ariſtotelem de animi immortalitate. Idq; mirari te: ꝙ talis ille tātuſq; philoſoph⁹ in tāto errore uerſatus fuerit. Quæ ipſe in tuis litteris legens: nō potui nō ſurridere: ꝙ nebulo iſte Cādidus nitat̄ impietatē ſuā ſubdolo ac falſo confirmare teſtimonio. Nā & immortalē Ariſtoteles eſſe animū ꝓbat & diuinū. Audi primū: quæ maximus ille ſapiētiſſimuſq; philoſophus reliquit ſcripta hm̄oi uerbis in libro ſecūdo de animaliū generatione: inquiēs: Om̄es animi neceſſario ſūt uirtute pri⁹: ꝗ̄ actu. Neceſſe etiā eſt aut omnes nō eſſe prius & fieri: aut omnes

antea existere:ul'alios eẽ antea:alios non eẽ. Ac fieri aut in materia:& nõ ingredi in maris fæmine:aut in materia ueni re a fæmine. Vel in materia uenire a fæmine qdẽ:sed in ma re:uel extrinsec⁹ fieri oẽs:uel nullũ:uel alios fieri:alios non fieri. Qd' fieri igiẽ nequaq̃ possit:ut animi oẽs pri⁹ existãt: patet ex hmõi ratiõibus. Quorũcũq; eẽ principiorum cor poralis scilicet est opatio:hæc antea existere sine corpore minime possunt:ut incedere sine pedibus. Quo fit: ut ani/ mi extrinsecus ingredi nequeãt. Neq; fieri enim potest: ut ipsi p sese:qui separari nõ possunt:ingrediant̃:nec itẽ incor poreo fæmine. Est eẽ fæmen supfluitas immutati alimẽti. Relinquit̃ ergo mentẽ solã extrinsecus aduenientẽ ingre/ di:& eandẽ solã eẽ diuinã. Nihil eẽ cũ eius agilitate habet cõmune opatio corpalis. Omnis igit̃ uis animi uidet̃ alius corpis eẽ pticeps:& ei⁹quidẽ diuinioris:q̃ illa sũt corpora quæ uocant̃ elemẽta. Ex quib⁹ quidẽ Aristotelis rõnibus sa tis intelligi põt:animi uim atq; naturã & cælestẽ eẽ & diui/ nã:ac propterea immortalem. Audi eundẽ rursus in ijs li/ bris:quos de animo & acute & subtiliter & copiose reliqt scriptos. Ita eẽ ait:De mente aũt & ui cõtemplatiua nõdũ est pspicuũ:sed uidet̃ esse aliud gen⁹ animi:Et hoc solũ po/ test separari:queadmodũ id quod est ppetuũ:adeo qd' cor rũpi põt. Docet inq; Aristoteles illud animi genus:p quod cõtemplamur atq; intelligimus:cui mẽti est nomẽ:separari posse ab altero illo genere:qd' dicimus sensitiuũ:esseq; im/ mortale atq; sempiternũ:at partẽ alterã sensitiuam & corru ptibilẽ interituiq; subiectã. Hinc Homerus disciplinaꝝ om nium perinde atq; abundãtissimus quidã fons: & Herculẽ: & Thesea tum locat in cælo:tum apud inferos:Ita eẽ malo q̃ in inferno loqui. Infernus eẽ substãtiue apud latinæ lin/ guæ doctissimos nusq̃ inuenias. At in sacris libris hoc est uerbũ pro eo usurpatũ:quẽ ἅδηϛ haden græci nominant. Sensitiuã igiẽ animi partẽ:quæ nobis cũ pecudibus est cõ/ munis:dissolui humiq; remanere sapiẽtissimus ille poetaꝝ princeps ostẽdit:at alterã illã partẽ:qua proxime ad deũ ac cedimus:p sese cõsistere:altiusq; sublatã euolare in cælum: ubi sempiternũ æuum bene beateq; trãsigit. At Candidus

iste tu⁹:cui⁹ anim⁹ ob flagitiorꝝ magnitudinē æternis tene/bris est addictus: hæc nō credit: ob idq; Aristotelis aucto/ritate: quē nunq; legit: tueri autumat stulticiā suā. Sed quid miremur ita opinari Cādidū: cū ne ullā qdē credat eē diui/nitatē. Nū si crederet deū eē: uiueret ita: ut uiuit? Quare si sapias: oēm ei⁹ cōsuetudinē aspernabere. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iij. Nonas Octobres. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal.

n Ihil est quod hoc tēpore aliud tibi respondeam. Nā hic princeps me cœpit ꝑhūaniter tractare: spemq; iā attulit fore: ut sit in me ꝑbenignus. Qđ si fecerit: cælū mutare nullo pacto uelim. Itaq; ex tēpore cōsilium est capiundū. Tu quæ mihi sit mens: intelligis. Proinde quan/tum ad rē attinet meā: moderaberis istic omnia ꝓ tua singu lari prudētia. Cupio aūt ex te certior fieri: quo in statu sint res tuæ. Nō tam de te ipso quæro: cuius mores noui omni/bus esse charissimos: sed de tuis. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Octobres. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus: Aenico Daualo equiti aurato: sal.

q Vod binis antea litteris ad te scripsi: centū satyra/rum opus est ab me nuper elucubratū: quod in de/cadas decē distribuim⁹ æquali numero satyrarum: quas iccirco hecatostichas nominauimus: q͂ singulæ satyræ singulis centenis uersibus constent. Dederam ad te primā satyrā supioribus litteris. Vltimā quoq; in præsentia ideo uolui abs te legi: ut liquido cognosceres opus hoc oīe no/mini Alphonsi regis esse ab me cōsecratū. Reliquū est: ut a te certior fiam: quod sit tuū hac de re consiliū. Mittā ne hu/iusmodi codicē ad regē: an ipse afferam corā redditurus? Quod cōsulueris: faciā: idq; q͂primū. Præterea cuperē ma/iorē in modū mihi cognitionē offerri rerū ab Alphonso ge starꝝ. Nam si quādo ociū detur: aliquid fortassis aggrediar. Tu uelim nō uno exemplo ad me litteras des. Fit eñ plæ/rūq; tabellariorū uel negligentia: uel ꝑfidia: ut frustra missæ uideant̄. Intercipiunt̄ etiā nonnunq;. Quorū ne quid acci/dat: exemplis pluribus mecū age. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Octobres. M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus: Iacobo Caſſiano preſbytero: ſal.

t Andiu inani ſpe duct⁹ abs te ſũ: ut mihi ipe ſuccẽnſeã. Cõmodarã Victorino feltrenſi eruditiſſimo & optimo uiro Proclũ in Platonẽ cũ Timæo locro & Ariſtotelis dialectica cũ egregijs cõmentarijs Alexãdriq; & Themiſtij. Cui⁹ Proclus utaᵗ aut hoſpitio aut carcere: ſum plane ignarus: niſi etiã ipſe fortaſſis fuerit a te cõiectus in uincula & in ꝑpetuas tenebras. Dialectica uero apud te eſſe: tua iãpridẽ ad me epiſtola teſtis ẽ. At ea in ſex uſq; mẽſes cõmodato petieras: cũ iam anni quattuor præterierint. Nec codicẽ mittis: nec quicq; ad eas lr̃as rñdes: quas dedi ad te hac de re creberrimas. Itaq; nõ mirari nõ poſſum: Occurritq; mihi memoriæ te idẽ olim de Euripidis tragœdijs & mathematicis libris: quos idẽ Victorin⁹ ꝑ te mihi reddẽdos iuſſerat: egiſſe. Itaq; nõ poſſũ nõ moueri. Nã quãtũ uidere uideor: tibi ſũ ludo. Facies aũt ꝓ officio tuo: q & ſacerdos ſis & Victorini diſcipul's: & mei ſtudioſus: ſi & mea ad me dialectica dederis: & aliqd de Proclo docueris. Volo eñ omnino meos apd' me libros: ne inanis ſemꝑ dñs exiſtimer. Vale. Ex Mediol. pridie Nonas Octobres. M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus: Aenico Daualo eqti aurato: ſal.

q Vod crebrius ad te ſcribo: facit amor erga te meuſ. Cupio eñ quotidie tecũ eẽ: & cõmẽtari tecũ. Præterea nõ ſatis ſcio: q̃ tuto litteræ ad te meæ cõmiſſæ ſint. Nã qui nũcij offerunᵗ: nõ eunt ad te: ſed petũt aut Romã aut florentiã. Cuiuſmodi uero ij ſint futuri: q ex illis locis Neapolin cõcedãt: augurari nequeo. Quo fit: ut eadem exẽplis plurib⁹ ad te ſcribã. Accipe igiᵗ & carmen unũ: qd' de tuis laudib⁹ ueluti luſim⁹: & ultimã ſatyrã e cẽtum: quas regis Alphõſi nomini dicauim⁹. Qd' aũt cõſiliũ dederis de aduẽtu iſtuc meo: aut de mittẽdo ſatyrarũ codice: ut antea tibi ſignificaui: libẽter amplectar. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus: Petro Thomaſio philoſopho ac medico: ſalu.

n Ihil erat: qd' ad te ſcriberẽ: & iã tuas lr̃as expectabã quæ me facerẽt de rebus omnibus certiorem: quas

mea interesse duxisses. Cupio: meos illos libellos huic tabellario ad me des: & cũ his tuũ Claudiũ Ptolemæũ de harmonia: hoc erit mihi uæhemẽter gratum. Quas ad me dedisti arũdines: libẽter accepi: Atq; habeo tibi gratias. Qui mihi causam esse nolueris: qua min⁹ quotidie ad te scriberem. Nũcio τῷ γραμματοφόρῳ grãmathophoro pecunias nullas soluito: neq; ꝑ libris neq; ꝑ litteris: Ipse em̃ satis facturus sum semp. Et ita eũ cõmonefeci. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc.L.29.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: sal.

Quo magis quotidie tuas expecto lr̃as: eo me magis mea fallit spes. Miror q; plurimũ: quid sit i causa ut tabellarius uacuus semp redeat lr̃is tuis: cũ ab aliis amicis frequẽtes reddat. Itaq; ꝑ nr̃a uetere beniuolẽtia abs te peto: ut hoc me desiderio tandẽ leues. Qđ si feceris: habebo tibi nõ mediocres gr̃as. Præterea mea illa opuscula: quæ tũ pater tuus uir ille grauissimus atq; optim⁹: tum etiã ipse tu uisenda accepisti: isti nũcio ad me des uelim: q meã tibi epistolã reddidit. Nã cũ earũ rerũ nullũ omnino mihi exemplũ sit: uideor familiaribus quibusdam nõ æque in se nũc liberalis atq; antea cõsueuerã. Vale. Ex mediolano pridie idus Octobres. M.cccc.L.30.

Franciscus Philelfus: Blasio Axeretẽsi equiti aurato: sal.

Posteaq̃ in tuũ te castellũ recepisti: uideris sane tuorũ familiariũ omnino oblit⁹. Ego aũt & si tibi gratulor: ꝙ ita beat⁹ sis: monẽdũ tñ existimo: ne quid supra hominẽ te posse arbitreris. Nam q̃q; tibi cupio omnia nõ esse solũ: sed magis etiã atq; etiã indies fore & secũda & ꝓspera: debes tñ nõ eẽ nesci⁹: quãta eẽ plærũq; soleat incõstãtia mutabilitasq; fortunæ: quã dicunt. Nec itẽ ignoras in omnẽ uitæ uicissitudinẽ amicos eẽ iucũdos. Ego aũt lætiorem tibi fortunã indies offerri uæhementer opto. Vale. Et plãtas ficulneas ad me dato. Malo em̃ in præsentia cõcipiẽti solo: q̃ parturiẽti postea cõmẽdare. Ex Mediolano pridie idus Octobres. M.cccc.L.31.

Franciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: sal.

Geris ne an minus egeris:quod Fr̃aciſcus Sphortia
e princeps noſter tibi abeũti mãdauit:ſcire uæhemẽ
ter cupio.Itaq; rẽ mihi feceris gratiſſimã:ſi ꝓpediẽ
de re om̃i quã mea intereſſe credideris: ex te certior factꝰ
fuero:quod ut facias in maiorẽ modũ te rogo. Litteras q̃s
tibi ad regẽ Alphonſum dedi: ut q̃ diligẽtiſſime reddi cu/
res: ſummopere abs te peto. Vale. Ex Mediolano idibus
Octobribus. M.cccc.L. 32

Franciſcus Philelfus:Ioanni Mario filio:ſal.

Vdio te functũ Maſſiliæ magiſtratu & eo quidẽ nõ
a mediocri tua cũ laude:id qđ me plurimũ delectat.
Tua em̃ laus omnis nr̃a eſt. Reliquũ eſt: ne tempꝰ
uacuũ labi patiaris:quod eo magis facere debes:quo meliꝰ
tibi & uxori familiæq; cõſulas. Quare da operam:ne iſtinc
fruſtra tibi tẽpꝰ teratˢ. Si Renatus rex te charũ habet: ut ſo
let ꝓ humanitate & munificẽtia ingenij ſui: eũ cũctis in re/
bus ſequaris: iubeo. Quod ſi ſecus fortuna tulerit: te in Ita/
liam recipe:& ibi malis eſſe ubi aliquo numero ſis: ut inqt
Cicero:q̃ iſtic ubi ſolus ſapere uideare.Expecto mathema
ticũ illud opus:de quo ſcripſiſti ad me antea.Et ſi quid græ
corũ librorũ offenderis.Cura:ut ualeas:teq; ab imminenti
peſtilẽtiæ morbo quoad poſſis:incolumẽ reddas. Vale.Ex
Mediolano.vj.Kal.Nouẽbres.M.cccc.L. 33

Fr̃aciſcus Philelfus:Blaſio Axeretẽſi equiti aurato:ſal.

Vid tandiu ruri tenearis:ignoro:præſertim cũ neq;
q ficus ruri:neq; uua:neq; pomoꝝ quicq; offenditur.
Sed caſtaneæ te fortaſſe delectant:quæ quoniã ſpi/
ritus ſunt pleniſſimæ:ne lateri tibi noceant caue.Nam ſi ijs
utaris familiarius: uentris crepitum nunq; uites. Ego plan/
tas ficulneas indies expecto. Vale.Ex Mediolano.iiij.kal.
Nouembres.M.cccc.L. 34

Franciſcus Philelfus Thomæ frægoſo:ſal.di.plu.

On poſſum ꝓfecto nõ mirari:quod nõ modo petẽ/
n ti mihi tam ſæpe Mediolanẽſia noſtra cõuiuia quæ
tibi legenda cõmodarã:nõ tandem reddideris:ſed
ne reſpõderis quidẽ creberrimis epiſtolis meis.Nã & ociũ
tibi nonnunq; datũ intelligo.Quo etiam ſi uacaſſes:officio

te fungi oportuit: & librariis minime cares: q tũ mihi tuo nomine rnderẽt p epistolas: tũ couiuia ipsa si te forte delectassent: facile trãscriberẽt: qđ si librarij quoq; & notarij defuissent: at nummis abũdabas abundasq;. Quare fuisset uł liberalitatis uel officij tui nõ tãdiu silẽtiũ egisse: præsertim cũ satyro: qui nihil solet humanis in reb⁹ intactũ relinquere: quod uel uitio uel laudi dandum censeat. Accedit ad rẽ beniuolẽtia erga te mea: quã eẽ maximã nosti. Quapropter etiã atq; etiã te rogo: ut me tuũ ppetuo fore patiare. Nam si neq; mea mihi couiuia restituis: neq; rndes quicq;: obseruantiã erga te meã nõ solũ negligis: sed etiã cõtẽnis. Vale. Ex Mediolano pridie Kał. Nouẽbres. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus: Nicolao frægoso Genuensium præfecto: sal.

q Vantã mihi iucũditatẽ afferat tua omnis dignitas: scio te nõ latere. Nã amorẽ erga te meũ haud nunc primũ intelligis. Quid eñ te nõ semp amarim: quẽ ab ineunte ætate semper magnũ ac præstantẽ uirũ fore cognossem? Nulla certe ex parte me đ te mea fefellit opinio. Magnæ sunt fundamẽta uirtutis: quibus qui solide nititur: mirabili incremento cum die auctus surgit in gloriã. Iecisti tu quidem mi Nicolae pulcherrima laudis fundamenta adhuc puer: quibus ppetuo quodã (ut ita dixerim) probitatis pariete sic in hanc usq; ætatem respondisti: ut cunctis in rebus pro tua prudentia fortunã obsequentẽ habueris. Nam fortuna siqua tandẽ ea sit: nunq; inertibus: nunq; ignauis fauet: sed industrios & strenuos homines planeq; prudentes ad res maximas semp uel comitat̃ uel sequit̃. Tu igit̃ uirtutis gradibus per egregia deinceps facinora ad Genuẽsem præfecturam non difficile es euectus. Hanc uelim ita existimes te adeptum: ut nullo fortunæ obsequio potuisse intelligas: nisi uirtutis ductu ac præsidio usus es. Quod cũ ita sit: reliquũ est: ut quibus artibus hãc es dignitatẽ assecutus: eisdẽ quoq; sustineas atq; tueare. Nõ eñ solũ ornatu & oratione atq; honore: ut docet Aristoteles: cæteris eũ præstare oportet: qui illustri sit loco excelsoq; constitutus: sed multo etiam magis totius uitæ morumq; grauitate & constan-

tia. Nā quāti faciūda sit uestitus elegātia & magnificentia: ostēdit Solon: quē in eo genere gallū Crœso prætulisse acceperim⁹. Quæ sit in dicēdo seruāda dignitas: quæ maiestas: nō Parysatis mō Artaxerxis mater: sed norunt etiā histriones & uniuersa theatralis turba: qua nihil humili⁹: nihil abiectius. Tyranni præterea nō min⁹ q̄ reges honorant̄. Eo em̄ assentatores cōfluunt: ubi plurimū tū ineptæ fortunæ: tum leuitatis & stulticiæ abūdare aduerterint. Nec eos pudet modo quid cōmodi se adepturos putēt præstare omne famulatus obsequiū. Vt aūt huiusmodi hominum colluuio arcēda a nobis est: ita doctissimorū grauissimorūq; uirorū cōsuetudine assidue utendū: quo eorū prudentia uel instituti uel confirmati meliores indies sim⁹. Et qđ Theophrastus Alexandrū monuisse tradit̄: libri q̄plurimi cōparādi sunt: quo scriptis horū admoniti quæ amici principibus dicere uerent̄: quid sequendū aut nō sequendū sit: teneam⁹. Sic em̄ cū alia multa: tum etiam qui ornatus: quæ oratio: q honos nobis cōueniat: nō ignorabimus. Sic ad Porsenam qui occidendū accessit: eū offendisset hmōi nugis cæteros antecellere: fortasse nō re infecta rediisset ad suos. Nec Darij mater Hephæstionē pro Alexādro adorasset: si aut extæriore corporis cultu aut uerborū fastu aut honorationis insolentia maiorem Hephæstione uidisset Alexandrum. Laudat̄ a sapientib⁹: nō Hagesilaus rex modo: sed uniuersi Lacedæmonij: quod & amictu admodū uili: & sermone breui ac simplici: & ueluti quadā uitæ uictusq; atq; morum æqualitate uterentur. Itaq; ingenti illo uulnere a. M. Attilio regulo perculsi Carthaginenses: nō Crœsum nō Sardanapalum: nō Xerxem aliquem: sed Lacedæmoniū Xanthippum suis afflictis rebus præficientes e uictis uictores euaserunt. Sola quidē uirtus est: quæ nullis hmōi ornatus insignibus & insignis est & ornatu omni ornatior: quæ nullis decorata uerbis sese ipsa decorandā ostendit: quæ si a nemine etiam honoret̄: cunctis est honorabilis. Virtutē ergo ipsā mi Nicolae si tuo semp comitatu cōtubernioq; dignaberis: si hāc tibi sociā: si sodalē assumes: si cūctis hāc tuis actionib⁹: nō mō interesse: sed præesse uoles: nllī te unq̄ errato

facies obnoxium. Verum ita uelim uirtutem abs te coli: ut eam nullã esse ducas: quæ deo uacet. Nã quæcũq; a priscis ill' uel sapiẽtib⁹ ul' sapiẽtiæ studiosis uirtutũ nominib⁹ appellant: nequaq̃; uirtutes sũt: sed ueluti adumbrata quędam simulacra uirtutũ. Nã uera & incõmutabilis uirt⁹ sapiẽtia ẽ: quæ nihil fictũ: nihil simulatũ admittit: sed ad ueritatẽ cælestiũ rerũ tota deũq; refert. Omnis aũt scientia hæc inferior & sciẽtiæ partes: quas actiuas & moralis uirtutes dicimus: ita uirtutẽ sapiũt: si sapiẽtiæ se cõiũxerint. Nã sciẽtia omnis hmõi quæ sapiẽtiã & manca est & debilis nullorũq; neruorũ. Quẽ em̃ prudẽtem dixero: quẽ iustũ: quẽ liberalẽ: quẽ forti & magno animo uirũ: quẽ deniq; modestũ: frugi: temperantẽ: qui principẽ atq; reginã uirtutũ omniũ quã sapientiam dicim⁹: ignorarit? Nihil igit' tibi agendũ arbitror: qd' nõ tecũ antea diu sis multũq; meditatus. Nulli aũt cogitat⁹ tui ueritate & deo uacare debent. Hoc præsente atq; arbitro: & cõsiderãda tibi & dicẽda & agẽda sunt omnia. In cũctis autem & uerbis & rebus fides seruãda est. Huic enim uni quæ iusticia minus nititur: iusticia esse nullo pacto potest. Homo uero iusticia uacuus: similis est immanium beluarum. Nulla re alia Aristides & dictus est & existimatus uir optimus: nisi q iustissimus haberetur. Eandem sibi cum de se opinionem. M. Cato apd' Romanos comparasset: ingentem est laudem assecutus. Et quoniam ut monere Bias consueuit: Magistratus uirum demonstrat: danda tibi est opera: ut non minus ipẽ dignus magistratu existimeris: q̃ te magistratus. Sunt enim nonnulli: qui nulla uirtute fræti cum in aliquem dignitatis gradum ascenderint: superbiũt ilico: & ita cunctos insolentissime dediguantur: ut seipsos dedignari uideantur. Quare ut facilitatem: imprimis amplectare: te non solum hortor: sed etiam rogo. Nam qui se difficilem adeuntibus præbent: plærumq; in nomen morositatis incurrunt. Et respondẽdum est omnibus & bene respondendum: ne aut contumeliosi: aut superbi iudicemur. Q' sit non modo negligentia & desidia in magistratibus & præsidibus: sed ocium etiam fugiendum: satis eo monemur exemplo: quo anus illa paupercula Philippum regem

nō insulse cauillata est. Nā cū esset huic controuersia apud regem quā is sæpe multūq; rogatus: ut audiret atq; iudicaret: respondit se ociosum non esse: tūc anus exclamauit: inquiens: Noli te igitur regem esse. Quod quidē dictū Philippus ut erat uir prudētissimus admiratus: nō illā solū: sed alios quoq; cōtinuo audiuit & sollicitudine liberauit. Quare tum labore indulgendū: tum grauitati studendū est: quæ tunc maxime seruet̄: si lenitate seueritas condiat̄. Nam cū lenitas nimia lenitudinis nomen subit: tum immoderata seueritas in sæuiciā labitur. Nec admodū exhilaratā faciē ꝓbo: nec item supra modū tristem: sed talem sane: quæ ueluti mixtam Lælij & Scipionis: quam tradunt: faciem repræsentet. Vocem neq; comicā neq; tragicam uelim: sed quæ inter contentionem ac sermonem media quædam sit. Incessum etiam ipsum ad mediocritatē referri cupio: ne aut uiatorū aut pompā agentium similes simus. Ea cōstantiæ ratio est habenda: ut idem semper uelle: non semꝑ facere aut dicere contendamus. Id autē maxime tuebimur: si rerum: hominū: locorū ac temporū discrimen habuerimus: si callidi: diligentes: prudentesq; fuerimus. Cū aliæ multæ illustresq; uirtutes requiri in principibus & magistratibus solēt: tum innocentia & abstinentia non uulgares habent̄. Quid eñ turpius: q̄ uenalem habere rempublicam? Quid fœdius q̄ quod iusticia debet: & mercede fiat: & præmio? Alij corrupto argento uim afferūt legibus. Alij aut ducti promissis rei concupitæ: aut tetra libidine occæcati se iniuriarum licitatores faciuut: quos propulsatores ultoresq; oportuit. Et qui non manus & oculos solū: ut Pericles monebat Sophoclē: abstinentis habere debeant: sed mentem etiam & cogitationem omnem: hi per omnem auariciæ & incontinentiæ labem ac dedecus uolutantur. Vt autē cauendū est: ne metu fracti quod rectū est: deseramus: ita quoq; nos conuenit turbulētissimos iracūdiæ indignationis sed motus cohibere. Iratus enim nunq̄ recte iudicet. Quam quidem sententiam secutus Aristides: uillicum qui deliquerat: punire iratus noluit. Et Alexander Macedo: quos per iram amicos interemisset: ita doluit: ut uix ab se manus abstinuerit. Nō

igitur absurde Aiacem poetæ ferunt præ iracundiæ uæhementia in insaniã actũ. Quãobrem nõ ego illũ fortẽ dicendum putem: qui agendis in rebus comite ira utitur: sed audacem potius ac plane insanum. Nam furẽtes & insani homines agunt quandoq; multa: non ratione & consilio: sed quadã casus temeritate: quæ specie quapiam fortitudinis laudãtur a stultis. A prudentibus enim grauissimisq; uiris: non modo non laudantur: sed uitio eis dãtur. Cum ad pœnam accedimus: ita iusticiæ faueamus: ut misericordiã exosi minime censeamur. Atq; opera danda est: ut quantum in nobis sit: nulla detur causa puniendi. Accidit enim quandoq; idq; in urbibus factionum plenis: ut magistratuum ac principum uel suasione uel confidentia multi multa & ipsi perpetrent per iniuriam: & aliĳs perpetrandi causam afferant. Delinquẽtes autem ita sunt plectendi: ut nulla id odiĳ acerbitate: sed lege: sed æquo & bono fieri uideatur. Curãdumq; est maxime: ne seditiões fiant in ciuitate: ne simultates inimicitiæq; alantur: Quæ tum potissimum solẽt accidere: cum non æquo iuræ cum ciuibus utitur: cum non eadem bonis aut præmia aut commoda redduntur: Improbis uero pœnæ aut detrimẽta. Quæ quidẽ errata in factionibus uigẽt maxime. Nã homines factiosi quo se potentiores efficiãt: concordiã tollunt: pacem quietẽq; perturbant: & rerũ publicarum statũ funditus euertunt. Hæc autẽ horumq; similia nunq; recte seruemus: nisi nobiscum ipsi ante coueniamus. Pareat igitur in nobis rationi appetitus: libido uoluntati cedat. Perturbationũ omniũ uæhementiores motus si tollere omnino non possumus: sedare saltẽ mitigareq; studeamus. Nã quo pacto alios moderetur: qui seipsum nequit? Nũ qđ in aliĳs uituperamꝰ: laudemus in nobis? Qui alios puniamꝰ: si nobis ignoscimus? An ignoramꝰ eam esse subiectorũ priuatorũq; naturã: ut magistratuũ & principũ facta imitentur? Si alios iustos & bonos uolumus: ne mali ipsi iniustiq; uideamur: nitendum est. Ciuitatum fœlicitas a bonitate principum proficiscitur. Vbi iusticiæ locus datur: ibi discordiæ locus esse non potest. Est ẽm discordia totius seditionis & belli seruitutisq; fundamẽtum.

Cõcordiæ igit̃: qua una respublicæ & seruant̃ & crescũt: tũ maxime cõsulamꝰ cũ præceptis iusticiæ institutisq; paruerimus. Iusti aũt simꝰ: si pietatẽ qua religiosissime deũ colimus præsentẽ semp̱ corãq; habuerimꝰ. Omnis em̃ hũana iusticia nisi a diuina manarit: quæ pietas est: eã eẽ iniusticiã sũmam reor. Quis illũ ambigat: q deũ nõ uereat̃: homines etiã contẽnere? Quos aut cõtẽnimꝰ: quibꝰ eos ulˡˢ iniuriis: uel cõtumeliis afficere dubitemꝰ? præsertim oblata impunitate. At uir bonꝰ atq; idẽ sapiẽs si nllˢ etiã neq; deꝰ nec hõ sit metuẽdus: flagitiũ tñ & improbitatẽ abominabit̃: nec qd reliqui aut dissimulẽt aut ignorẽt: sed qd ip̃e de se sentiat: cogitabit. Hæc tibi quãq; ꝓ tua prudẽtia nõ ignota esse cẽsebam: uolui tñ ꝓ meo erga te studio intelligeres eadẽ mihi quoq; uideri: quæ ip̃e p̱ oẽm uitã obseruare didicisses: quo ueteris doctoris tui iudicio cõfirmatꝰ: uirtutẽ atq; sapiẽtiam cũctis rebꝰ mortalibꝰ anteponas. Sic em̃ nõ tã a præfecturæ ornatus magistratu: q̃ præfecturã ornasse iudicaberis. Vale. Ex Mediolano Nonis Nouẽbribꝰ. M.cccc.L. 36.

Frãcis. Philel. Ciccho Calabro ducali secretario: salu.

d Ixisti cũ hinc eẽs abiturus laudẽ: ad triduũ fore: ut q̃s iusserat princeps pecuniæ mihi indubitato redderent̃. Quatriduũ iã adueuit: & de pecuniis uerbum nullũ. Itaq; te rogo: ne iussa principis frustra tuæ fidei mãdata uideant̃: q̃ diligẽtissime cures. Vale. Ex Mediolano. viii. idus Nouẽbres. M.cccc.L. 37.

Franciscus Philelfus: Ioanni calabro: salu.

q Vanti facias meũ in te amorẽ: nõ sum nescius. Itaq; te rogo plurimũ: ut quod mihi uerbis principis significasti: factũ iri q̃primũ cures. Id erit mihi tã gratum: q̃ qdˀ gratissimũ. Vale. Ex Mediolano. viii. idibꝰ Nouẽbribus. M.cccc.L. 38.

Frãcis. Phil. Petro Thomasio philosopho ac medico: sal.

d Esideraui iãdiu litteras tuas: rursusq; desidero. Itaq; si me amas: id quod est mihi clarius luce: noli committere: ut te uel negligentiæ nomine uel obliuiõis crimine accusem. Vale. Ex Mediolano. viii. idus Nouembres. M.cccc.L. 39.

Franciſcus Philelfus:Franciſco barbaro:ſal.

p Erſæpe litteras ad te dedi: quib⁹ qđ erat uel officij uel humanitatis tuæ:non petieram modo:ſed ſummis te precibus obſecrarã. Quod autẽ nihil reſponderis: aſcribo occupationibus tuis:quibus ut exiſtimo: impeditus:cum priuatis:tum publicis in rebus: nec nobis potueris: nec ἀὐτῃ τῃ ἀθυμιά ſatiſfacere. Accedit ad rem ὁ τοὺ συγγάμβροὺς οὐ φόμος: quo te nõ mediocriter angi puto. Sed tu uelim omnia pro tua ſapientia modereris: operãq; des: quoad eius præſtari a te poteſt: ut oẽs intelligant: nullũ eſſe Venetijs ſeditioni & ciuili diſcordiæ locum. Nec eñ te latet Agathonis dictũ: Solo uno puari deum: infecta facere quæ facta ſint. Malum præterea malo accumulare non eſt prudentiæ. Itaq; & magnũ te uirũ & prudentem & moderatũ: ut præſentibus poſteriſq; oſtendas: operepreciũ arbitror. Vale. Ex Mediolano. vij. idus Nouembres. M.cccc. L.

Franciſcus Philelfus: Bernardo Iuſtiniano:ſal.

q Voniã totus pythagoreus factus es: nihil peto ut rñdeas: quanq; loquẽdi pythagoras: non ſcribendi ſilentium iuſſit. Tuos filios ut & tui & aui ſimilis effici patiaris: rogo: petoq; ut meos mihi libellos reddi cures. Vale. Ex Mediolano. vij. idus Nouembres. M.cccc. L.

Franciſcus Philelfus: Petro perleoni:ſal.

e Binis litteris tuis quas proxime ad me dederas: poſteriores accepi: Priores aũt miſſas audiui: ſed nuſq; uidi. De re tua nihil habeo: quod ad te ſcribam. Nam ea ignaris etiã nobis tẽtata fuerat apud principem per tuum ariminenſem ſcribam: cui quod cuperes: litteris declararas. Reſpondit princeps: ut eſt mihi renunciatum: ſatis ſibi unum Philelfum eſſe: nec pati aut rem aut tempus impenſam aliam: præſertim non neceſſariam. Idem etiam ſenatus reſpondit. Quare cum inutilem futuram cenſuerim meam omnem ſuaſionem: ſilentium agere inſtitui. Neq; omiſi tamen: quin cum Nicolao Arcimboldo ſenatore grauiſſimo & ſapientiſſimo iuriſconſulto rem ipſam cõmetarer: qui idem quoq; ipſe reſpondit: qđ cæteros audieram

Doleo hanc temporum conditionem nobis oblatam. Tu uelim: prudenter consulas rei tuæ βηλτάριομ ὡσ οἶΔασ ἀρχέι βομώμιάσ γράφομ πέρι σοὺ προσ ἀύτομ. Vale. Ex Mediolano. vij. idibus Nouembres. M·cccc. L.

Franciscus Philelfus: Ioanni euangelistæ fratri Eremitano: salutem.

n Ec inferre cuiq̃ sum iniuriã unq̃ solit⁹: nec ferre cõtumeliã. Itaq; monẽdus uisus es: ut cœptis abstineas: ne & inanis conatus tuos tacito cogitationis couitio tãdem accuses: & mihi argumentum afferas iure ulciscendi. Quod si pristinã amicitiã nostrã uolutare animo uolueris: nihil frustra tẽtabis. Præterea nõ te debet cœpisse obliuio: & quæ locutus & quæ molitus fueris in principem nostrũ proximæ tyrannidis tempestate. Nec si efferant in lucem te puto: pœniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arcessendi testes. Nam & uicinia tua omnis & tui ordinis socij & sodales: item cõmanduconesq; tui cõstantissima testimonia aduersus te ferant. Paucis te admonui. Tu ne mihi stomachum moueas: caue. Vale. Mediolani ex ædib⁹ nostris. vj. idus Nouembres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Mæmmo epõ Crossetano: sal.

d Ederam⁹ ad te ãno supiore duo illa prima lyrici nostri opis carmina: qđ mõ sum⁹ aggressi. Ea qm̃ tibi ut audiui: reddita nõ sunt: iccirco rursus mittenda statui: ut intelligeres nullo neq; locoꝝ interuallo: nec tẽporũ longitudine cessauisse amorẽ erga te meũ. Vale. Et si qd istic meũ esse noris: facito intelligã id tibi esse charissimũ. Ex Mediolano. vj. idus Nouẽbres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Dominico Mauro: sal.

u Ir quidã grauis ac ꝓb⁹ qui nup a uobis reuertisset Mediolanũ: mihi neq; petẽti neq; cogitãti renunciauit te de me dignos disseminare sermões. Id aũt ego de te minime sum miratus: qui ita loquaris: ut es & natus & altus & educatus. Reliquũ est: ut non minus honeste de te iure audeas: cꝙ ꝓ moribus tuis de Philelfo tuo locutus es. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Decẽbres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philo-

ſopho ac medico:ſal'.

Eddita mihi ſunt una cũ litteris tuis opuſcula:quæ
r miſiſti. Et habeo tibi gratias. Reliquũ eſt: ut cũ ter
tius liber de exilio tibi reddit⁹ fuerit:eũ ad me des
ꝙprimũ. Velim etiã ꝙ diligentiſſime odoreris:qd de ſecũ
do eiuſdem operis libro: quid de Mediolanẽſib⁹ cõuiuijs:
quid de ijs Hippocratis Coi libris quos in latinũ uertim⁹:
actum ſit. Nam hæc oĩa ad Leonardum Iuſtinianum ui/
rum patricium & de me optime meritum legẽdi gratia de
deram⁹. Quare ut & hæc ſingula & Coſmianã orationem
ab illius ſummi uiri nobiliſſimo filio Bernardo petas: atꝗ
mittas ad me: te ualde rogo. Audio iſtic. D.M. petulãtiſſi/
me de me loqui. Et ne id quidẽ miror. Raro fit enim ut im
purus adoleſcens:in improbum & flagitioſum uirum non
corruat. Iſtum tamen moneri cupio: Philelfo bilem ne mo
ueat:ne quæ falſo alteri obijcit:uero in ſeſe ac liquido cum
agnorit:ſtulticiæ ſuæ pœniteat. Nam canis hic quod Dio/
genes dicere cauillariꝗ conſueuit:betis non ueſcitur. No/
uit autem ipſe:& qualis eſt & qualibus natus. Ego nullius
opis diuina benignitate in præſentia indigeo. Nam oĩa
mihi apud hunc liberaliſſimũ principem ſecunda ſunt pla/
neꝗ fœlicia:quæ ſi leuiſſimus iſte nebulo cõſiderare uolue
rit:ſeſe inſaniæ arguet. Quæ iccirco ad te ſcripſi: ut homi/
nem moneas:ne cũ detrahit bonis uiris ſuiꝗ diſſimilibus:
ſibi ipſe tandem iraſcatur. Vale. Ex Mediolano. x. Kl'. De/
cembres. M.cccc.L. xx

Franciſcus Philel. Baptiſtæ Sacchæ barocio:ſal'.

i ITa uelim officio tuo uti ut id mihi cõmodo ſit:nõ
incõmodo. Quare ne mihi lõgius uerba des:huic
nuncio & epiſtolarum codicem & Ariſtotelis particulam
ad me dato. Vale. Mediolani ex edibus noſtris. x. kal'. De
cembres. M.cccc.L. xλ

Frãciſcus Philelfus: Baldo martyrello:ſal'.

q QVod iãpridẽ de Gaſpare librario ſuſpicabar: duct⁹
uel quadã φύσεώρο μιάσ recondita ratione: id p/
ſpicue tandem erupit in lucem. Quam mihi rationem fin/
git homo impudẽtiſſimus? Quã lacernam blactit? Num

ego lacerna utor? aut usus unquam sum? Num petii? Nu promi-
si? Num meo nomine cuiquam dedit? Non est apud me chi-
rographum eius: quo ratio nostra omnis continetur? Sed
miror profecto te: qui noris inconstantiã & leuitatẽ homis
mendacissimi in Aeneidos codice: & mihi tamẽ impedi-
mẽto sis: quasi is non faciat dum mea mihi nõ restituit: sed
patiatur iniuriã. Prudentius egeris: si hoĩs impudentiam
acriter castigaueris. Vale. Balbũ nostrũ saluum esse cupio.
Ex Mediolano. vii. kal. Decembres. M. cccc. L. 48.

Franciscus Philelfus: Facino forobronun-
cianensi: sal.

Quod mihi abiens uerbum nõ feceris: fecisti tu qui-
dẽ inhumane: id quod nõ tã moribus tuis qui sunt
humanissimi: dandum uelim: quam liberalitati Calabri nostri
Cicchi: qui dum ui nũmorum te obruit: facit oblitũ amici-
tiæ nostræ. Quare peto abs te: eum ut roges meo nomine
ne te nũmosiorẽ efficiat: quo in amicos sis diligentior: ad-
dasque se mihi gratissimã rem facturũ: si negociũ meũ confe-
cerit apud principẽ: idque & quamprimũ & ex sententia nostra
Quam ipsam rem ut etiam tu quam diligẽtissime cures: maio-
rem in modũ a te contendo. Vale. Ex Mediolano. vii. kal.
Decembres. M. cccc. L. 49.

Franciscus Philelfus: Ciccho Calabro du-
cali secretario: salutem.

Rem meam ut apud principem cures: tãto studio te
rogo: ut maiore uix aliud quicquam possim. Nõ ea mi-
hi cõditio est: ut morã pati liceat: id quod tibi esse perspicuũ
non sum nescius. Noui præterea occupationes tuas. Quo
fit: ut uel importuniorem me præbeam. Cedit enim necessi-
tati pudor. Itaque uelim: omnia pro tua prudentia modereris.
Vale. Ex Mediolano. vii. kal. Decembres. M. cccc. L. 50

Franciscus Philelfus: Blondo Flauio: sal.

Percunctanti quotidie sæpissime de te mihi: tandẽ
est renũciatũ te Ferrariã concessisse: habereque per-
belle. Quæ res me quanta uoluptate affecerit: considerari
abs te malo quam dici a me: qui eo te amore complexus sum:
ut aliũ magis neminẽ. Quod aũt in hanc diem nihil ad me

ſcripſeris non mediocriter ſum mirat⁹. Nō em̄ es neſcius: ꝙ mihi iucūdæ eſſe debeāt tuæ ſecūdæ res oēs: quas æque mihi atq; tibi ſecundas ſemp iudicarim. Itaq; tuæ liberalitatis munus erit: ſi me feceris ꝙ primū certiorē de omni ſtatu tuo: quē indies ab immortali deo magis magiſq; fortunari non ſolū cupio: ſed etiā opto. Vale. Et clariſſimo philoſopho Nicolao Vario: & eloquentiſſimo uiro Guarino Veronenſi ſalutem meo nomie plurimā dicito. Ex Mediolano. vij. kal'. Decembres. M. cccc. L.

Frāciſcus Philelfus: Ioanni Auriſpæ: ſal'.

c Retenſis quidā auceps qui noīe tui principis accipitres ad Cæſarem hunc noſtrū nup dono tulerat: fecit me certiorē te modo e Romana curia Ferrariam reuertiſſe. Itaq; mei ſum officij arbitratus: ut te uiſerem meis lr̄is: & de om̄i meo ſtatu doctiorē facerē. Omnium primū quod tibi eſſe non ingratum exiſtimo: & ualeo ipſe quidē: & huic humaniſſimo principi ſum chariſſim⁹. Nummorū autem tantundem mihi nunc eſt: quantum antea ſemper: hoc eſt æque ac nihil πολύσοφίας ἤ πόλυ πλούτιας magis delector hoſpitio. Et hæc de me. Cupio nūcies uerbis meis nr̄o amiciſſimo Blondo Flauio: me poſteaq; a nobis abijt: quædam ſcripſiſſe: quæ Caſpari ſuo ul' noſtro potius non inutilia fore ſit putaturus. Hæc mittam ad eum: cum me docuerit: quem tandem in portum omnino ſe receperit. Itaq; uelim etiā ex te ſcire: & quid agat & quo in ſtatu res ſuas collocarit: ſit ne in Romanam curiam profecturus: an iſtic futurus diutius. Idem quoq; ut de teipſo intelligam: facito: quo ſciam: quo in loco te ſint noſtræ litteræ offēſuræ. Præterea ſiquid noui es nactus: quod maxime muſarum interſit: cura ut norim: uel potius: ut id mihi commune ſit tecum. Vale. Ex Mediolano. vj. kl'. Decembres. M. cccc. L.

Franciſcus Philelfus: Ciccho Calabro ducali ſecretario: ſalutem plurimam dicit.

m E tuæ phumanæ amiciſſimæq; litteræ: nō modo recrearunt: ſed etiā mirifice refecerunt. Nec dubito: quæ ſcripſiſti: ex animi ſnīa eſſe a te ſcripta: modo quēad

modum ipſe benigne cupis: ita etiam reliqui iuſſa princi-pis exequantur. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Decembres M.cccc.L. 48

Franciſcus Philelfus: Ciccho Calabro ducali ſecretario: ſalutem.

d E re pecuniaria quid mihi ſperandū ſit: nō ſatis intelligo. Cōueni utrūq; Antoniū & Boſſium & Lōgum: quorum alter pecuniā dicit nōdū eſſe allatā. At Lōgus addit nihil etiam de ea mihi ſperandū eſſe: Nam illā oēm deberi atq; decretam eſſe auunculo tuo Angelo Simonetæ. Itaq; te rogo: des operā: ne diutius res trahat. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Decembres. M.cccc.L. 49

Franciſcus Philelfus: Ioanni calabro: sal.

r Eddidi tuas litteras Antonio longo: quib' is lectis mihi reſpōdit diligētiſſime ad ſeſe de me ſcriptū: ac ſe cupere mihi admodum gratificari: ſed nequaq̄ poſſe: Nam ſibi eiuſmodi pecunias eſſe nullas. Itaq; aliunde conſuli oportere: quoniam quicquid nummorum ex Papiēſi illa ratione in hanc urbem afferetur: id omne conſtitutū eſſe Angelo Simonetæ auunculo tuo. Tibi autem mi Ioannes habeo gratias: qui quantum in te fuit: uoluntati meæ ſatiſfeciſti cumulatiſſime. Vale. Ex Mediolano. vj. kl. Decembres. M.cccc.L. 50

Franciſcus Philelfus: Petro Thomaſio philo pho ac medico: sal.

n Oſti eā eſſe ſapientū uirorum ſententiā: nihil accidere phicioſius ſenectuti q̄ animi relaxatiōe. Ea ēm ingenii uis quā iuuentæ feruor excitabat: iā ſpiritali ſanguinis fomento ueluti tepeſcente paulatim hebet: ubi diligentia & perpetuo quodā ſtudio minus acuatur. Itaq; non abſurde monent: qui præcipiunt eſſe in huiuſmodi ætate labores corpis minuēdos: adaugendos aūt animi. Quanq̄ haud ſcio: q̄ ocioſa uita conducat corpori. Videmus certe apud Homerum Neſtorem & animi & corporis uiribus æque delectari. Ego autem puto in omni ætate mediocritatē eſſe ſeruandā: & ita agendum: ut nihil nimis: nihil parum. Intenſionem remiſſione cenſeo condiendam. At re

laxari qui uelit: languidæ cuiusdã pecudis simillimum iudi co. Quorsum hæc? Iampridẽ nihil ad me scribis uel q̃pluri mis litteris prouocatus. Nihil esse in causa aliud opinor q̃ senium. Quare te rogo: ut & tui & musarũ iam incipias re minisci: Mihiq̃ aliquid responde: ne uel senectutem in te accusem uel obliuionẽ uel negligentiã. Vale. Ex Mediola no. vj. kal. Decembres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Aeneæ siluio episcopo Senensi: salutem.

a Ccepi te Senæ declaratum episcopum: quod & ti bi & senensibus uæhementer gratulor. Vtrisq̃ enĩ recte consultum puto. Nam & tu uiues in patria: uiues cum tuis: uiues tranquille: uiues cum dignitate: & Senen ses eum pontificem sunt adepti: qui sit integerrimus: inno centissimus: doctissimus. Reliquum est: ut quando quidẽ liberale tandem ocium nactus es: ea bona quæ tibi natura q̃affluentissime largita est: & obserues & colas. Vales in genio: eruditione: eloquẽtia. Hæc tibi sunt omnia excitan da: Curandumq̃ ut non tibi solum sed bonis omnibus: nõ modo uiuis atq̃ præsentibus: sed uniuersæ quoq̃ posteri tati natus uideare. Videre nonnullos consueuimus: qui in paupertate frugi & industrij extiterunt: At ijdem ubi reb⁹ lætioribus uti cœpissent: cum dignitate & opibus desidiã etiam admiserunt & negligentiã. Quod & si de te minime uerẽdũ arbitror: facit tamẽ incredibilis amor erga te me⁹ ut ul currentem adhortari audeam. Si cum esses & episco pus Tergestinus & regis Romanorum secretarius: ac idẽ sæpissime pro illo principe orator: tum ad pontificem ma ximum: tum ad Florentissimas orbis terrarum respublicas ac dominos: semper aliquid egregium lectitabas: dicebas: scribebas. Quid te nunc agere oportet tanta leuatum labo rum mole? Noli obsecro pati: ut uel punctum aliquod tem poris tibi uacuum labatur. Nõ parum prodesse poteris & tuis & alienis: si tuos grauissimos cogitatus acutissimaq̃ in uenta litterarum monimentis commendabis. Pone tibi añ oculos põtificẽ nostrũ Ambrosiũ: Aureliũ Augustinũ:

Ioannem Chrysostomũ:utrunq; Gregorium:qui cum ipsi quoq; essent episcopi & infinitis fere occupationibus obruti:quot tamen & quanta quãq; salutifera uolumina lucubrarunt? Quid enim aut magnum Basilium aut Eusebiũ Hieronymum abbates meminero: quorum pene infinitis elegantissimisq; libris & Italia pollet & Græcia: Christianiq; omnes mirifice iuuantur? Sed lõgior sum q̃ debeo:præsertim tecum pontifice prudentissimo. Vale. Ex Mediolano. vj. kal'. Decembres. M. cccc. L.

Francisci Philelfi Epistolarum liber Octauus. 52

Frãciscus Philelfus: Renato regi: salu. plu. di.

i Oannes Marius filius cum nuper Mediolanum mei uisendi gratia rediisset:cum aduentu suo cupienti & exoptãti mihi uoluptatem maximam attulit: tum eo iucundior fuit:quod se tibi charissimũ esse declarauit:& id quidem permultis erga se tuis ac pulcherrimis beneficiis. Quid enim adolescenti ad uirtutem uel nato uel cõtendenti fortunatius possit contingere: q̃ eius principis uti consuetudine:apud quem uersari non minus sit honorificum q̃ fructuosum? Vt enim nulla utilitas in bonis cẽsenda est quæ honestate careat:sic in actiua atq; ciuili uita honestum id amplectẽdum imprimis arbitror: quod emolumenti rationem non aspernetur. Nam illud honestum: quod prisci philosophi gloriam sibi dumtaxat proponentes coluerunt: &si erat amplissimum:tamẽ quia nullam habebat uim utilitatis admixtam:a ciuili uiuendi cultu:& ab om̃i reipublicæ administratiõe reiectũ est. Quare cum uideo esse filio apud te meo & honestati simul & utilitati locum:non possum mediusfidius non lætari: cum eius:tum etiã tua causa: cuius laudi uæhementer faueo. Ego tibi rex Renate non mediocriter sum affectus:quippe quem audiam iis uirtutibus præditum:quæ maxime sunt in rege humanitate:munificentia & studio disciplinæ. Nam quanq̃

fæmina quædam uirtutis sunt nobis natura insita : ea tamē doctrina mirifice coalescunt & speciosissime efflorescūt. Itaq̧ laudant̄ a uiris sapientissimis Cyrus: Alexander: Cæsar: qđ essent doctissime eruditi. Qđ si natura quadā oēs incendimur ad sciendi cognitionē: quanto id magis nitere debet in regib⁹: qui ueluti quædā optimæ naturæ deiq̧ simulacra habentur in terris? At humanitas cum delectat in oīibus: tum in principibus & regib⁹ maxime: qui quo excellentiores sunt inter homines: eo magis debēt humanitate cæteris antecellere. Itaq̧ humanitatem tuam: māsuetudinem: facilitatem: cum audio ab omnibus prædicari: dignus mihi unus existimaris: quē nulla hoīm facūdia : nulla sapientū uiroꝝ ingenia: nulla monimenta litterarū conticescant. Liberalitatem autē & munificentiā tuam: & si iam pridē & una & uiua & eadem omniū uoce atq̧ laudatione audieram celebrari: eam tñ cum sum expert⁹ in filio: te huiusmodi esse statuo: cuius uitā & incolumitatē debeant sapientes oēs & eloquentissimi uiri: tum uitam sibi: tum etiā incolumitatem opinari. Et facis tu quidē recte: qui te benignum & beneficū semp uelis. Vix est enim alia uirtus ulla: quæ munificentiæ præstet in conciliandis hominū studiis atq̧ beniuolentia. Præterea quid aliud habent boni fastigia principatuū ac regnorū: quo illoꝝ præsides cæteris hominibus uideant̄ beatiores: nisi ut his dandi & benefaciēdi probatis uiris facilior sit facultas? Quanto igitur dandi atq̧ donandi munere diligentior fueris: tū eo te magis pn̄cipatu dignū ostendis: tū cæteros oīs aut rapis in amorē tui: aut ad te amandū facis ardētiores. His ergo tā præclaris regalibusq̧ uirtutib⁹ cū te ornatū eē intelligo Rex Renate: æquiore patior animo absentiā dilectissimi filii: præsertim cū aīaduerto filii utilitatē cum tua & utilitate & uoluptate coniunctā esse. Nō eñ is tibi paꝝ prodesse quæat ad græcæ disciplinæ præceptionē: qua te iure delectari audio ac lætor. Reliquum ē: ut intelligas me totum esse in filio. Quare quicquid in hunc humanitatis tuæ benignitatisq̧ contuleris: id omne in meipsum abs te collatū iudicabis. Vale Rex optime. Ex Mediolano. vj. kalē. Decēbres.

a natali Christiano. Anno. M.cccc. L.

Franciscus Philelfus.: Thomæ frægoso Sagonæ præfecto: salutem.

c Vm Ioannes Marius filius ad te iret: non ei potui nihil lraꝝ dare: quibus intelligeres te mihi facturũ rẽ gratissimã: si meo etiã noĩe & libent & phumane: ut bonos & eruditos soles: eũ exceperis. Nolim tñ hmõi benignitatis officiũ uenale mihi proposuisse uidearis. Quare cõuiuia illa mea nisi ex uetere occupatione oĩno ascripseris iuri tuo: si minus reddisti meo nomine Ioanni Ferufino clarissimo iurisconsulto: aut Nicolao cebæ: ꝙprimũ ut reddas rogo. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Decẽbres. M.

Frãcis. Philel. Baptistæ Schacæ barocio: sal.

q Vod reb⁹ meis utaris familiariter: nequaꝗ tibi uitio do. Nam ut græci dicũt: Τὰ τῶν φιλῶν κοινά. Sed quod ita utaris ut mihi incommodes: minime laudo. Tu mea oĩa carmina ita habes apud te: ut eorũ mihi nullũ esse reliquũ exemplũ uelle uidearis. Itaqꝫ qd sum carminũ opus aggressus: frustra aggressus uidear: si ita mihi te familiarem præstiteris: ut non tua tibi solum: sed mea etiam eẽ tua uolueris. Quod ne turpiter usu ueniat: facito: mea omnia carmina ad me ꝙprimũ redeant. Reliquisti eñ eorum apud me nihil. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vj. kal. Decembres. M.cccc. L.

Franciscus Philelfus: Mæmo Gaçæ episcopo Crassetano: salutem.

g Abriele mirabili: q tibi has litteras reddidit: utor iam multos annos familiarissime: & summa est mihi cũ eo amicitia. Is nomĩe ducis Sphortiæ it legatus ad Alphonsum regem legatione libera. Quare cũ istac esset iter facturus: non potui nihil ei dare ad te litterarũ: ut & te Gabriel: & tu Gabrielem nosses. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Decembres. M.cccc. L.

Franciscus Philelfus: Baptistæ Schacæ barocio: sal.

q Vantũ uideor intelligere: mauis te Dauũ haberi ꝗ Oedipoda: qui tñ uterqꝫ dici possis. Carmina incꝗ mea mihi ꝙprimũ reddito. Quod si meæ lraꝝ no-

proverbium

τα τῶν φίλων κοινά: amicorum communia sunt omnia

tæ fortasse te delectant:tuis etiã ego cõtentus sim. Quod si neq; mea ad me dederis:nec alia ratione satisfeceris officio tuo:iure mihi uel castigandus uel apertius monendus uideare. Vale. Mediolani ex ædibus nostris pridie kalen. Decembres. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus:Galeotto Frumento:sal'.

r Edditæ mihi sunt suauissimæ litteræ tuæ:quas libẽter accepi diligentissimeq; perlegi. Francisco Aleardo nobili & disertissimo adolescenti habeo grãs immortalis:qđ eũ amet:cui se nouit eẽ charissimũ. Et Veronam & uniuersam Veronensem nobilitatem maximifacio: delectorq; ei⁹ consuetudine plurimũ. Sunt eñ natura Veronẽses tui oẽs ꝑhumani atq; liberales:& ad bonarũ artiũ studia ita accommodati: ut nulli hoĩm generi cedãt. Itaq; tibi mi Galeotte:quẽ uideã mei amãtissimũ:non uerebor ꝑspicuã reddere sñiaʒ aĩ mei:q̃q̃uis mihi añ hãc diẽ nunq̃ sis cognit⁹. Facito intelligã summã toti⁹ rei:quo certi qđ offerat̃: ubi intellexero: possim nõ obscure uolũtati tuæ gratificari quã & eẽ & fore eandẽ mihi ꝑtinacissime decreui. Nolim me tñ prudentiæ minus q̃ sapientiæ laudatũ iri. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Decembres. M.cccc.L.

Franciscus Philelfus:Andreæ alamãno:sal'.

q Vo te magis indies ꝑspicio: eo mihi hũanitas tua igenijq; fœcũditas dilucidior fit & clarior. Me tuæ proximæ litteræ mirũ in modum delectarũt: quippe quæ nõ minus amoris plenæ summi erga me tui:q̃ disertissimæ uisæ sũt. Illud aũt mihi molestũ fuit: qđ hæ peruenerint ad me:quo tp̃is momento uir integerrrimus religiosissimusq; sacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hãc epistolã: erat continuo decessurus ad uos. Itaq; nõ potui quod uoluissem:ad ea respondere:quæ tũ de uirtute: tum de fortuna locutus es. Sed respõdebo postea: cũ quid ocij nact⁹ fuero & si hoc mihi uix unq̃ datur omnino: Interim te moneo atq; hortor:ut nihil existimes humanis in rebus uni uirtuti anteponendum. Hæc enim sola uiget:sapit:estq; immortalis. Reliqua omnia & uana sunt & fragilia planeq; caduca. Qđ si tecũ diligenter aĩo uolutabis: tibi Salmacis datura

ſit ſpolia:non tu illi. Ariſtotelen de re domeſtica uæhemē ter expecto. Arretinus Ioānes is qui tuas mihi litteras red didit: renunciabit nomine tuo τομ ἀρρητίμομ χἀρόλόμ eē amātiſſimū mei:id qđ ſūma cū uoluptate audiui. Vale. Ex Mediolano. iiij Nonas Decēbres.M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus Andreæ Alamanno:ſal.

q Vod nudiuſſeptim⁹reſpōdere oīno tibi nō potui: idq; ob nūcij ueleciorem abitionē:reſpondebo in præſentia minime auare. Idq; ſi minus fortaſſe ex ſentētia tua:at amice tñ:& ut abritror: uero. Primū aūt de me dicā:qđ abs te ultimo loco quæſitum ē. Cupis eñ ſcire quid agā:quæ ſit uitæ inſtitutio: & in quā philoſophoꝶ ſectam deuenerim. Si ad unū hoc reſpōdero:qđ de phīa ſcri pſiſti & inſtitutū meū & actionē uitæ:facile cognoſcas. Cū multæ ſint phoꝶ ſectæ: qppe quas alij nouē:alij decē exiſti marūt: &.M.Varro oīm latinorū doctiſſim⁹ & græcoꝶ inferior nemine:quinq; & quadraginta numero ē cōplexus: ego illā maxīe diſciplinā ſequor & ſecutus ſū ſemp:quā ab Antiſthene ꝓfectā amplificauit Zeno: pfecit Chryſipp⁹. Illud dūtaxat in bonis duco: qđ honeſtū ſit. Honeſtū autē ipſū ſua ipſi⁹ ui atq; dignitate:nō populari gloria definio. Vt aūt ſentio:ita etiā & loquor & uiuo. Præter hoīes impuros ac flagitioſos odi in uita neminē. Eos aūt omnis:qui præ ſe ferūt ulla ſimulacra uirtutis:diligere obſeruareq; cōſueui. Huius aūt uitæ inſtitutū: cum ad alia plæraq; digna laude: tū ad ſatyras ſcribendas me compulit:quo p uitupe rationē improboꝶ hominū & laudationē innocentū præſtantiſſimorumq; uirorum cunctos ad uirtutem capeſſendam adhortarer:a flagicioq; auerterem. Quæ autem corpori ſunt aut fortunæ:quam fabulantur:tributa commoda tantum uel colenda uel admittenda cenſeo quoad eorum uſus uirtuti expediat. Nam neq; uirtutem incultā & ſqualidam neq; nitidam nimis & elegantem probo. Qua ductus ſentētia:quæ mihi natura largita ſunt corpis ad ꝓbitatē ad iumēta:ſiq̄ tādē largita ſint: ea quantū in me fuerit:ita tutatus ſū:ut nihil eoꝶ deſiderē:quæ aut ad dignitatē mēbrorū aut ad ſenſuū integritatē attinēt. Quæ ṽo extra corpus

posita uirtutis sunt adminicula: non tam sequi studiose: q̃ ueluti hospitalit admittere didici. Quo fit: ut qui minima fortuna contentus sim: ea neq; abũdem: nec etiam prorsus caream. Quin ea quo magis ab me ueluti negligitur: eo se magis præstat obsequẽtem: & ita sequitur: ut interdũ etiã fugienti pudorem inijtiat. Nam om̃is actio uitæ meæ insti tuto rñdet. Grandes in me opes: ingentesq; pecuniæ florẽ tissimarum Italiæ ciuitatum & munificentissimorũ princi/pum muneribus sunt collatæ. At mihi quotidie est tantun dẽ: ac si nihil unq̃ collatũ fuerit. Et cũ nihil sit: nihil tñ deẽ. Ita mecũ agitur diuina quadã benignitate: ut qui prope ni/hil habeam: uidear om̃ia quodãmodo possidere. Satis me locupletem semper opulentumq; fore duxi: si cõsilia & co/gitationes om̃is ad uirtutem deũq; referrem. Quid em̃ de/esse cuiq̃ potest: qui uirtute comite utatur ad deũ? Nulla sane uidet mihi neq; censenda uirtus neq; nominãda: quæ ad deũ tanq̃ ad summũ incõmutabileq; bonũ non refera/tur. Hanc ego potius q̃ quorũdam stoicorũ: qui humanã gloriã popularis illius & fucatæ honestatis nomine uena/bantur: sententiã sequẽs: non quod stultis hominibus: sed quod sapiẽtibus deoq; probatum iri putem: ita bonum iu/dico: ut aliud nihil ponam in bonis. Nec inanem gloriã hu ius mũdi: sed ueram illam ac celestem mihi propono glo/riam. Quare quid de me stulti uel sentiant uel loquantur: non tam negligo q̃ contemno. Neq; honorem facio plu/ris q̃ ignominiam: si ab improbis conferatur. Nullius insa/ni minas nec insidias pertimesco. Me in om̃is impuros & perditos æque acerrimum hostem præbeo. Bonos autem & honestatis studiosos atq; tui similes: unice diligo & ad/miror. Et hæc quidẽ de me. Iam hinc tandem eatur in mes/sem tuam. Ego ex tuis litteris: quas in hanc diem binas ad me dedisti: totum te uidere penitusq; inspicere uisus sum. Tuo sum ingenio nõ mediocriter delectatus. Nam & fœ/cundissima probitatis fæmina: & eloquentiæ uim non me/diocrem in te natura inesse animaduerti: Sed adolescẽtiæ feruor ita in te exæstuat: ut perturbationũ ignibus nescio quo pacto minorem te præstes. Id autẽ uitio tibi dare non

ausim. Nō em̄ me latet ratiōis usum diē solere afferre atq; firmare. Neq; prudentes nascimur nec sapiētes. Alterum doctrina gignit: alterum longissimi usus temporis & multarum uariarumq; rerum præbet experientia. Quādiu augescunt sensus: augescunt etiam appetitus: qui uæhementiore quodam impetu agitati: rationi quam sequi ducē debent: resistent atq; aduersent. Quo fit: ut qđ factu optimū sequendūq; dictat ratio: id appetitus deprauatio perinde atq; malum aspernetur: ac nolit. Hinc omis incontinentiæ manat furor: qui nos præcipites sciētis uidētisq; agat in miserrimam ruinam exitij. Quid inquā de te sentiā: quid uelim: intelligis. Video tibi ꝓpitiam admodū ac benignam adesse naturam. Innata habes plæraq; oīa ad uirtutem adiumenta. Dexteritate ingenij uales plurimū. Sed hec ipsa uel innata item aliqua uis perturbationum uel deprauata quædam consuetudo: nescio quonam pacto: quātum uideor quidē ex tuis litteris consequi: non parum impedit. Fateris quod honestum sit: id esse ita bonum: ut aliud prope nihil existimandum in bonis ducas. Deinde subdis te ita uiuere: ut ea sola admireris: quæ plæriq; mortales: cum se illa maxime tenere arbitrant: præcipue in bonis admittunt ac numerant ij scilicet uel corporis uoluptate uł emolumēto bonum definientes: quasi uirtutis nomen & inane sit & caducum: & aliud nihil humano generi allaturū præter laborem atq; ægritudinem. Hæc em̄ sententia e tuis uerbis quibus in epistola usus es: facile colligitur. Eoq; tandē omnis tua: quasi ad optimum quendā rerum omniū finem tēdit oratio: ut tibi uoluptatem imprimis proposuisse uidearis: Hāc ego ab humana fœlicitate nequaq; omino reijcio: sed ita in ea censeo inesse: ut fœlicitatē ueluti condiat: non efficiat. Nam de fœlicitate non idem senserunt omes: Sed hanc alij natura effici putauerunt: ut & magni & parui natura efficimur atq; alio alij colore. Alij disciplina id cōtigere posse argumentantur: esse enim scientiam quandam fœlicitatis: Nam scire fœlicitatē idē opinant atq; fœlicē esse: ut scire eloquentiā oratorē esse ostēdunt. Alij exercitationi cuipiā fœlicitatē dediderunt. Permulta enim sunt: quæ

neq̧ natura in nobis insunt:neq̧ doctrina comparant̃: sed exercitatione quadã consuetudineq̧ assequimur. Nec me latet quosdã existimasse fœlices hoies reddi diuino quodam afflatu: Qualis dictos legim⁹ & μυμφολήπτους & θεολήπτους: eos qui ab deo essent nymphaq̧ correpti. Ex quorũ nũero fuisse tradnnt Tiresian: Amphiareũ: Calchãta: Lycurgũ: Numã põpilium: om̃isq̧ Sibyllas. Plæriq̧ etiã & fuerũt & sũt: q uim oẽm fœlicitatis fortuna definiãt. Nec differre quicq̧ inter se uolunt fortunatum atq̧ fœlicẽ hominẽ: Naturã ualere plurimũ ad fœlicitatẽ non sum nescius: quãdoquidẽ etiam ad uirtutem: qua sine fœlix esse nemo potest: uim habet non mediocrẽ. Sed ut om̃ino boni nõ nascimur: ita etiã nec fœlices. Perpulchrũ est uirtutẽ discere: sed lõge pulchrius longeq̧ præstãtius rear uti uirtute. Nõ em̃ qui eã didicerit: cõtinuo fit uir bon⁹: nisi usus quidã assiduus exercitatioq̧ accesserit. Nec ociosam uirtutem ꝓbem: nec dormntantẽ fœlicitatẽ: sed uigilantẽ poti⁹ & aliquid semp magnũ præclarũq̧ agentẽ. Nã quo pacto illum fœlicẽ arbitremur: qui neq̧ intelligat nec agat quicq̧ humano dignũ ingenio? Diuinũ autẽ spiritũ qui suscipiũt: si qui tandẽ eũ suscipiãt: nõ illos sua: sed diuia fœlicitate diuinos iudico. Secunda fortuna quæ dicit̃: q fœlicitatẽ censent contineri: si idẽ fortunã dicũt: qđ numeris suis om̃ib⁹ cumulatã pfectãq̧ prudentiã: Hi uirtutẽ maxime laudant. At in his infirmis fragilibusq̧ rebus quæ om̃i mutabilitati tẽpoꝝ sunt subiectæ: summã fortunã ponere nihil ẽ: qđ accedat ad stulticiã ꝓpius. Momẽtaneas aũt res hmõi plane q̧ caducas: ita oñdis ꝓbari tibi: ut aliud nihil iucũdius putes. Et erras tu quidẽ plurimũ: si ita sentis ut loqueris. Qui de fœlicitate sunt exequisiti⁹ diligentiusq̧ locuti: eã trib⁹ in rebus positã crediderũt: Nã alij prudẽtiã summũ bonũ eẽ dixerunt: eandem hi quidẽ prudentiã appellantes: quã sapientiã: quæ tota in ueri inuestigatione cognitioneq̧ consistit. Alij uirtute actiue constare fœlicitatẽ: alij uoluptate putauerunt. Primũ illud fœlicitatis genus totum est animi qui dum ueritatem cõtemplat̃ & deũ: reliqua om̃ia ꝓ nihilo ducẽs seipso cõtent⁹ est: nulli⁹ rei indigẽs planeq̧ beat⁹.

Qui actionis morũq; uirtutẽ adamarunt:se hoies esse meminerunt. Itaq; non animi solũ: sed corpis quoq; habendã esse rationẽ suadent. Voluptatẽ duplicẽ esse scimus:alterã animi:alteram corporis. Cyrenaicus Aristippus uoluptate corporis summũ bonũ cõstare existimauit: Qua ipsa in re utrãq; uoluptatem secutus est Epicurus:qui q̃uis improbetur a multis:uideo tamen ab illo eam uoluptatem maxime omniũ laudari:quæ sit animi:quæ sapientiã uirtutemq; consequatur. Et quæ alia fœlicitas nostra nobis Christianis futura est:cum deum coram præsentemq; uidere cõtẽplariq; licebit? Nõne immensum quoddam & infinitũ gaudium? Id autem omne gaudium:nonne uł iucũdius fiat uł cumulatius:cum animo corpus fuerit restitutum? Cũ homines omni ex parte puri defecatiq; reuiuiscent? Nec enim aspernat̃ deus honestas corporis uoluptates: qui cũ gustasset:noluit bibere. Qui corporis suiq; oblitus solam animi uoluptatem sequitur:is habet commune quiddã cũ Pythagora & Socrate:quorum alterum in contemplatiõe superioris:alterum in actione inferioris uitæ maxima cum uoluptate uersatum accepim⁹:q̃p q̃ quomodo corporis obliuisci quæat non intelligo: qui uel seipsum nosse uel aliqd recte agere instituerit. Qui uero ita expetendã putat corporis uoluptatem:ut nihil habeat cum uirtute coniunctũ: nihil cum sapientia:is mihi non multum a languida quapiam & inerti pecude uidet̃ differre. Sed qui ita sese parat: ut & animi perq; diligentissime persequatur: & corporis item rectam uoluptatem non aspernetur: hunc eo maiore laude dignum puto:quo illustrius est totum curare hominem q̃ alteram hominis partẽ: Siquidẽ neq; solus animus homo est:nec corpus solum: sed quod certo cõstet & animo & corpe. Quo quidẽ meo prolixiore sermone satis superq; mi Andrea uideris admonitus:quid ego in epistola tua desiderarim. Vidi abs te disertissime uim naturãq; honestatis laudari:cuius etiã te studiosum facillime declarasti: Deinde ĩ illã cõmodorũ uoluptatisq; rationẽ nescio quã ita delapsus es:ut uirtutem omnem quasi contemnendam: despiciendam: & nihil omnino faciendam assereres.

Quæ quãq̃ te simulatiõe q̃uadã potius scripsisse reor: quo me ad respondendũ ueluti ꝓuocares: uolui tamẽ senex & Philelfus: ut tu adolescẽs & alamannus ex me quoq; intelligeres: quæ tibi nõ esse ignota crediderim: omniũ primum esse a te studendũ sic artib⁹ animi: ut nullius omnino partis aut ignarus sis aut negligẽs: deinde corporis eã habendam curã: quæ animi naturæ dignitatiq; respõdeat. Quod si feceris: sicuti certe facies: nõ difficile futurũ existimo: ut totius hominis tuaq; uoluptate q̃ suauissime perfruaris. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Decẽbres. M.cccc.L. 5 6

Franciscus Philelfus: Sphortiæ secundo: salutem.

p Eto abs te in maiorẽ modũ: ut qđ & mihi corã recepisti: & ex proximis meis lr̃is audire potuisti: id apud patrẽ tuũ præstãtissimũ & munificẽtissimum principẽ q̃ primũ & q̃ optime conficias. Hac mihi re neq; grati⁹ quicq̃: neq; magis necessarium præstare potes. Vale Ex Mediolano pridie idus Decẽbres. M.cccc.L. 6

Franciscus Philelfus:. Sphortiæ secundo: sal.

p Etij abs te ꝓximis lr̃is secũdũ: qđ etiã nũc tertiũ & peto & te quoq; si pateris rogo: ut rẽ meã apđ principẽ nostrũ munificẽtissimũ patrẽ tuũ: ubi min⁹ confeceris: ita cõficias: ut mihi abiẽs corã recepisti. In hunc diẽ neq; tu r̃ndisti quicq̃: nec ex alio sũ certior fact⁹ quid egeris aut nõ egeris. Itaq; aut respõde q̃ primũ: aut equũ mitte. quo uehar ad uos. Nã si ad uos uenero: facile futurũ suspicor: ne uacuus Mediolanũ repetã: præsertim cũ iã instet natalis Christianus: qui principes solet ad beneficẽtiã exhortari. Vale. Ex Mediolano. xv. kalen. Ianuarias. M.cccc.L. 6

Franciscus Philelfus: salu. dicit plu. Facino forobronunciano.

u Ideo te nimis lautũ factũ: q nihil respõdeas: ne amicis quidem. Deus malefaciat istis nũmis: quibus ita superbus redderis: ut nos scilicet minores contemnas præ te. Quod si scires: tibi rem esse cum satyro: nõ modo nõ taceres: sed esses loquacitate ip̃a loquacior. Si mihi equus esset: aduolarem ad uos q̃ primũ: ut quod uos amici

negligitis:ego præsens uel efficerē uel conficerē. Vale. Ex Mediolano.xv.kal'.Ianuarias.M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus:ſalutem dicit plurimā Nicodemo tranchedino.

q Vod & princeps noſter Frāciſcus Sphortia tibi abeūti iuſſerat:& ipſe uerbis plurib⁹ abs te petij: ſi minus in hāc diē conficere potuiſti: ut cōficias tandē: cupio. Hac eñ una re neq3 grati⁹ mihi quicq3 præſtare quæas nec etiam iucundius. Atqui beneficiū illud quis nō libēter cōferat:quod is in quē cōferamus:maximi ſit factur⁹:& eo tamē uſurus nō ſit? Sic eñ tum ſumus liberales: tum ex huiuſmodi noſtra liberalitate neq3 moleſtiæ neq3 incōmodi quicq3 accipimus. Tenes:quid uelim. Vale. Ex Mediolano.xv.kal'.Ianuarias.M.cccc.L.

Franciſcus Philelfus: Façino forobronūciano:ſal.

ſ I cōmode fieri abs te pōt; huc hodie uenias: peto. Sum eñ tecū quædā cōmentaturus. Quare uelim ne differas. Neq3 cōmittas:ut te potius excuſandū cunctationis q3 laudandū ꝓperationis oſtendas. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris Kalen. Ianuarijs āno a natali Chriſtiano.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:ſal.di.plu.Ioanni Mario filio.

p Oſteaq3 a nobis abijſti:de te nihil accepimus. Itaq3 nō poſſum⁹ nō uereri:ne qd tibi:qd'nolim⁹:acciderit. Nā hoſpes ille ad quē diuerteraſ nocte:cuius ꝓximo die hinc ꝓfectus es: Mediolanum modo ueniens renūciauit te cū es apd' ſe hoſpitatus:uiſum eſſe ē ſtomacho laborare:& de caupone queſtū: apud quē prādiſſes. Quare uelim:me facias de te tuiſq3 cōſilijs q3primū certiorē. Nā ſi uales:quid iſtic tēpus inaniter teras:neſcio. Sin min⁹ ualeſ:dāda ē opa:ne tua negligētia ſis peiore cōditiōe. Vale. Ex Mediolano.v.idus Ianuarias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Andreæ alamanno: ſal.

c Vm nihil in hāc diē te uideo meis ad te litteris reſpōdiſſe: facile adducor:ut credam te ΤΗΜ ΗΔΟΜΗΜ

ἐμ πρώτοισ ἀσπάζεσθαι: quam ipse quãti faciundã putẽ: potuisti ex proxima longiore illa epistola non difficile nosse. Ignosco autem tibi: quippe qui modo uxorem duxeris: cui obsequi te τόμ νεόγαμομ: non omnino absurdum est: modo mediocriter om̃ia. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Laurentio
Gyni filio: salu.

On possum officiũ tuũ non accusare: quod tamdiu
n silentiũ egeris. Nec em̃ mei oblitus esse debes: quẽ mirifice diligere consuesti. Nec etiam Pythagoreus factus es tam repente: qui elocutionis studio maxime omnium inseruire didiceris. Nec te superbum factũ esse puto: qui humanitate & mansuetudine nemini cedas. Itaq̧ nisi te iure accusatum malis: facito propediem intelligam: quid in causa fuerit: ut tanto silẽtio te dederis. Vale. Ex Mediolano idibus Ianuarijs. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Augustino dato: salutẽ.

Vlla ratione adduci possum: quin credã te mei esse
n amantissimũ: a quo sis pulcherrime institutus. Sed non possum non mirari: quod nihil litteris obstrepas: qui quotidie cum apud uos agerem: me pulcherrimis tuis suauissimisq̧ epistolis ueluti lacesseres. Nunc uero totus es mutus: qui quo es factus lingua solutiore: eo te loquaciorẽ esse oportuit. Vale. Ex Mediolano idibus Ianuarijs. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: salu. di. plu. Francisco patricio.

Vam de te Philelfus sit benemeritus: eloquẽtiæ &
q eruditionis nomen: quod es per omnẽ Italiam non mediocre neq̧ obscurum adeptus: facile declarat. Quo fit: ut non nescius esse debeas: q̃ te gratum esse oporteat. Quod enim maius in quenq̧ beneficium conferri potest: q̃ disciplinæ & eloquentiæ: quibus rebus non modo cæteris omnibus animantibus: sed ipsis quoq̧ præstamus hominibus: qui nihil supra hominem sapiunt? Desidero

igitur officium tuum his in rebus: quibus a nobis uel instítutus es uel confirmatus: ni tacendi fortasse q̃ loquendi artem profiteri malis. Vale. Ex Mediolano idibus Ianuarij M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: ſal. di. plu. Ioanni Simonetæ.

n Vnq̃ me de te mea fefellit opinio: qui nõ min⁹ me diligas: q̃ ab me amari te intellexeris. Amor autẽ erga te meus quãtus ſit: nõ re min⁹ q̃ opinione cognoſces. Emori malim q̃ iure ingratus iudicari. Beneficio affecti qui ſeſe ingratitudinis accuſari noluerũt: alij aurũ & argentũ: alij margaritas & gẽmas: alij aliud fortunæ bonũ: qđ dicit: retribuere cõſuert. Ego aũt beneficos didici quãtum & humanũ & meũ præſtare põt ingeniũ: ex hominib⁹ deos reddere & ea immortalitate donare: quã laudis gloriæq̃ æternitas afferre ſolet. Quid de me tibi ſperandũ ſit: liquido potes animaduertere. Tuũ aũt mun⁹ eſt: ut qđ propediẽ fore ſignificaſti: id ita fiat: ut nõ in illud uetus ac Virgilij ꝓuerbiũ incurriſſe uideat: Tarde uenere ſubulci. Nihil eſt em̃ neceſſitate potẽtius. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Mario filio: ſalutẽ.

c Vm preſbyter iſte florẽtin⁹ qui has tibi lr̃as reddidit: eẽt Finariũ reditur⁹: petijt ſiquid eſſet: qđ ſcribere ad te uellẽ: id fidei ſuæ diligẽtiæq̃ crederem. Itaq̃ ex eo audies mentẽ meã de reb⁹ tuis: eãde ſcilicet: quã ex ꝓximis lr̃is: quas redditas tibi arbitror: accipe potuiſti. Frãciſcus ille Alexãdrinus eruditiſſimus medic⁹ improbat uæhemẽter cunctationẽ tuã: nõ ſolũ iſtic: ſed etiã Maſſiliæ: Hortaturq̃: ut Renatũ regẽ: qui te plurimũ diligit: aſſidue ſequaris. Sic em̃ & dignitatẽ ſimul & rẽ te nõ mediocriter aſſecuturũ. Qđ ut facias: nõ ſolũ ꝓbo: ſed etiã iubeo. Mariam nurũ & neptẽ Ioannã bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. vij. kal. Februarias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus Sphortiæ ſecũdo: ſalu. plu. di.

a Vdio Matthiam tuũ uel noſtrũ poti⁹ ex patria reuertiſſe. Quod cum & eius & tua etiam cauſa: qui

hominem uæhementer diligis:tum item mea:non possum non plurimum lætari:quippe qui nequaq̄ dubitē istū secū attulisse Strabonē:quē disertissimus Blondus Flaui⁹ egoq̄ tam sæpe ac multū nō petiuimus ab eo solum: sed summo studio petiuimus:orauimus:obsecrauimus.Nec eē̄ adduci possum: ut credā Strabonē esse Triuiŋ coniectū in sempiternas tenebras. Nā noui humanitatē liberalitatēq̄ Mathiæ.Itaq̄ rogo te:isti nuncies uerbis meis iucundū esse mihi reditum suū ad te. Verum multo fore iucundiorē:si Strabonem ad Philelfum suum q̄primū dederit.De re pecuniaria heri scripsi ad principē. Antonius hic longus longam mihi spem dat:quam ego quod ad nostrum Gasparem eruditissimum medicum scripsi:precio emere nullo pacto instituí. Vale spes mea.Ex Mediolano pridie kalen.Februarias.M.cccc.Lj. 13

Franciscus Philelfus:salutem dicit plurimā:Lancelato Cardinali leucosiæ.

c Vm te libertati tuæ ac pristinæ dignitati restitutū accepisse: uix dici quæat: quāta sū lætícia gaudioq̄ affectus.Non em̄ potuerā nō dolere te talē tantūq̄ pontificē coniectū in carcerē:qui bonorū omniū innocentumq̄ uirorū & perfugiū esses & portus.Itaq̄ tibi amplissimo patri maiorem in modū gratulor:mihi aūt lætor plurimum:quod dolorē quē ex indigna tua captiuitate acerbissimū conceperā: audita nuper istiusmodi liberatio tua in maximā mihi uoluptatem uerterit. Vale. Ex Mediolano. kalen. Februarŋs.M.cccc.Lj. 14

Franciscus Philelfus:Blasio axeretensi equiti aurato:salu.

i Am uer est in limine.Itaq̄ a te peto:ut quas hyeme plātas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior agricola noluisti:nūc tandē dare incipias. Nisi fortasse quod nolim:moleste feras res ullas bonas fore tibi communes cū aliŋs. Nā si pluribus rogari te cupias: nō possum non uereri:ne uel inuidiæ: uel obtrectatiōis sis accusand⁹: quas quidē perturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui.Cupio item plantas prunorū damascenorum. Vale.

Ex Mediolano.iiij.Nonas februarias.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Karolo regi francorum:salu.di.plu.

c Vm tuas ego res bellicas diu mecũ rex karole multumqꝫ cogitaui:unus profecto uisus es quem uniuersa christiana respublica tantis ac tam diuturnis fluctibus agitata concupitæ exoptatæqꝫ quietis atqꝫ tranquillitatis auctorem sit tandem habitura. Nam si uerum sine cuiusqꝫ inuidia fateri licet: posteaqꝫ impia & immanis illa sceleratissima mahometi secta inualuit:nullũ est usqꝫ hominum genus:cui plus debeat christiana religio qꝫ inuictæ Francorũ nobilissimæqꝫ uirtuti. Cũ reliqui enim fere omẽs & reges & populi christiani ignauo quodã animi torpore tanqꝫ elanguissent: soli Franci inuenti sunt:qui ingenti animo & excelso omnẽ barbarorum & infideliũ impetum:nõ modo sustinuerint: sed represserint: Quid inquã represserint? immo fuderint:fugarint:oppresserint. Nam italiæ uires qꝫqꝫ & ualidæ sunt & maximæ:tamẽ quia nescio quo infœlici fato intestinis seditionibus inimicitijsqꝫ laborare didicere:neqꝫ potuerunt omnino nec item possunt ostendere:quantũ ui prudentiæ & animi robore uigent:florẽt atqꝫ antecellunt. Soli Franci: Soli francorum principes ac reges in omni christianorũ numero ausi sũt christianæ utilitati semper & dignitati consulere. Itaqꝫ maiorem in modum dolendum erat:tãtum inualuisse uim dæmonum:ut quæ una gẽs esset in nomine christiano:quæ ad pietatem & gloriam nata uideretur:ea tamdiu domesticis cladibus exerceretur. Sed finit interdum deus eos urgeri aduersis rebus: quos habet charioris:idqꝫ ut arbitror:nõ tam quo experiatur fidem & cõstantiam hominum: quã multo prius norit:qꝫ futura sit:sed quo ijs detur ueluti promerendi materia cumulatior & illustrior. Quare cum Tobias: cum Iob: cum rex tolerantissimus ille Dauid tantas ac tam intolerabilis ærumnas perpessi sunt: quo se aduersus deũ gessere submissioris: eo magis illos & ope sua:& suis secundis rebus deus dignatus est. Sic enim deus:tum maxime prodest: cum maxime uidetur affligere: tum per huiusmodi calami-

tates atq; cruciatus resipiscendi cæteris exemplum offerri solet. Dolendum profecto erat bonis omnibus Rex Karole: quod christianissimũ genus hominũ te rege pientissimo tamdiu: tam grauiter: tanta malorum mole premeretur. At ego cum meipsum colligo: & mente diligentius rem uoluto: facile uideor intelligere id omne diuino quodam consilio factum esse. Ostendere deus uoluit: ut opinor: nullam esse humanam potentiam: quæ proprijs consilijs atq; adminiculis: aut perpetua esse possit aut diuturna: si diuino præsidio careat. Quamobrem iccirco paululũ ueluti a francis secedere uisus est: quo & per fidelissimi populi flagella infidelibus cunctis minitaretur interitum: & cum te francis uenerabiliorem: tum uniuersis tuis suisq; hostibus formidabiliorem efficeret. Tua certe pietate: sed diuina quadã ope & auxilio factum est: ut eos omnis: qui perinde atq; stulti & amentes a te defecerant: ad sanitatem tua cum gloria uideas redijsse. Deo ipso duce: imperatore: uexillifero: non modo patritum atq; auitum regnum cũ immortalitatis nomine recuperasti: sed longe id admodum amplificasti: stabilisti: ornasti. Nam si magna res est ferocissimos anglorũ impetus sustinere: quãto maior censeri debet anglos superare: prosternere: interimere. Has autem talis tãtasq; uictorias in rebus præsertim desperatis & perditis existimare debes neq; tuis nec ullis humanis opibus te adeptum: sed diuina potius quadã mente: quæ christianæ suæq; reipublicæ diuturna ægrotatiõe morboq; cõfectæ: tuo fœlicissimo ductu: tuis secundissimis auspicijs iam tandem succurrere medeřiq; constituit. Quare te rex Karole etiam atq; etiam rogo & oro: ut quanq; neq; mei: neq; cuiusq; cõsilij: nullius admonitionis: nullius cohortationis indigeas: pacatis iam & compositis rebus tuis mẽtem atq; animum tuũ omnem ita excites atq; armes in pestiferos & impios hostes Christi: ut tanto tanq; sempiterno beneficio ornatus: non gratitudinis minus lauderis: q̃ cæterarum uirtutum omniũ consuesti. Duo sunt infidelium genera quæ populum christianum maximis detrimẽtis ærumnisq; affecerunt quotidieq; afficiunt: turci & sarrhaceni: quorũ alteri parua seruorum

manu ægypto: Syria: iudæa tribus opulentissimis prouinci is per nostram negligentiam occupatis: Cyprum: Rhodū ac reliquas finitimas insulas indies magis magisq; populantur. Turci uero nulla sua: sed christianorū pecunia conducto peregrino milite & eo quidem non admodum multo id sunt bellandi assiduitate assecuti: ut qui fugitiui scytharū serui exhorrentib9 illis cautibus uasti Caucasi in persida sese ac Mediam mendici & famelici recepissent: nunc nemine (ut ita dixerim) repugnante intra sinum hadriaticū non ita longe ab Italia consederint: quin si uelint: ad paucas horas eo sint traiecturi. Hos autem qui sunt quasi quædam sarrhacenorum propugnacula: & si iampridem Christiana uirtus nō difficile superare subiugareq; potuerat: tamen cum uel imparatius in eos uel imprudentius itur: fit ut & prudētes illi & parati existimentur. Hac una re factū est: ut & rex Sigismundus annos natus quattuor & uiginti incautius hostem non omnino incallidū aggressus fugæ turpissimæ terga dederit: & Vladislaus rex admodum adolescēs cum annis superioribus suum maluisset q̄ Ioannis uaiuodæ peritissimi ducis qui iam his & iterum turcos ingenti clade perculerat: consilium sequi: cum non mediocri Christiani exercitus detrimento interierit: & anno proximo idem Ioannes uaiuoda: qui antea sæpenūero trophæa de turcis pulcherrima statuisset: cum eosdem hostes adortus fortissime: iam plane uertisset in fugam: coactus fuerit per suorum militū inconstantiam Getarumq; perfidiam: non sine magno christianorum uulnere ab eo bello discedere. Ita fit: ut uel imperatorum inscitia: uel timiditate militū uel dissolutiore quodam hostium contemptu: quos uinci iampridem & uenire sub hasta aut mactari oportuisset: uictores ipsi insolentesq; uideantur. Eoq; ab ijs audaciæ itum est: ut cæteris fere omnibus christianis pro nihilo habitis solos sibi metuēdos ducāt & Frācos & Italos: quos alteros sæpe mari: alteros uero quandoq; terra non sine sua maxima pernicie pugnātis experti sint. Sed quoniam non ignorant uires italicas hoc tēpore ut antea sæpe mutuis inter se odijs ac bellis digladiari: soli ipsi franci sunt reliqui: quos formident: quippe quos

audiant post tam multas præclarasq; uictorias: quas de Anglis Germanisq; sunt adepti: quē æque inter christianos timeant: hostem habere neminem. Vnde cum sciant uirtutem francorum ociosam natura esse non posse: & eosdem præterea iustas habere causas ulciscendi: summum inde in sese malum breui putant emanaturum: præsertim eodem uno te rege fortunatissimo & belli duce fortissimo: & prudentissimo castrorum imperatore: & uiro plane optimo & hominib⁹ simul deoq; charissimo. Quæ cũ ita sint: reliqua tria esse animaduerto: quæ ostēdam: Primum: quod adeo id bellum necessarium est: ut nullo pacto prætermitti quæat. Alterum uero: quod ea res factu est admodum facilis: si ratione & consilio gubernetur. Extremum autē erit: ut probem: q̃ ingentem utilitatem hoc idem bellum sua sit uictoria tibi christianisq; allaturum. Quid enim in hominum uita magis necessarium censeri debet: q̃ aut id maxime omnium sequi quod honestum sit: aut id omni ope atq; opera aspernari: quod afferat secum ullam turpitudinis fœditatē? Non enim ad cibũ aut potum: non ad prurientem corporis uoluptatem: quæ ipsa nobis cum pecudibus sunt communia: sed ad decus dignitatemq; nati sumus. Iccirco nobis mens data est immortalis ac diuina: ut immortalitati seruientes dei simus q̃ simillimi. Et quo pacto propi⁹ ad deum accedimus q̃ per bñficentiam & iusticiam? Tunc deũ maxime imitamur: cum aliis benefacimus: cum iusti sumus. Quibus rebus: eo est magis a nobis studendum: quod non solum gloriam huius mundi: quæ quantacunq; est: tota est breuis planeq; inanis: sed multo magis cælestem illam atq; sempiternam assequimur. Nec ille mihi iustus uideri solet: qui noceat nemini: id quod etiam cum plærisq; aliis animãtibus est nobis cõmune: sed qui uel prosit cum potest uel propulset iniuriam. Nõ eim solis nobis natura nos genuit: sed his omnibus quos intelligentiæ uis rationisq; uirtus immortali quadam forma insigniuit. Atqui ut is abhorret a dignitate naturæ qui iniustus sit: qui nihil opis: nihil adiumenti conferat in humanum genus: ita hic admodũ præ se fert naturæ bonitatem: qui ad cõmunē hominũ salutē atq;

ornamentum sese natum meminerit. Quod si honestũ est ob cõmunis hominum utilitates nullos labores: nulla pericula fugere: quanto honestius & praeclarius duci conuenit id facere non propter homines solum: sed propter deum: propter saluatorem nostrum: propter christum optimum: maximũ. Qui nullo officio prouocatus ultro se nostra causa morte dedidit. Dum sarrhaceni: dũ turci christianis nocent per oẽm iniuriae cõtumeliã: cui demũ nocent? Nõ immortali deo? Non humani generis saluatori? Non christo ipso domino & redemptori nostro? Et quibus iniurijs: quibus cõtumelijs nocet nefaria illa immanisq; barbaria? Quibus certe nihil crudelius: nihil durius: nihil spurcitius: nihil abominabilius uel dici uel excogitari possit. Hominib9 & Christianis & sacerdotibus: non pro calonibus & lyxis dũtaxat: sed pro iumentis etiã utuntur. His uehunt: his arant: his fodiũt: his abiectissima exercent omnia erubescendaq; ministeria. Quod siqui se homines & christianos reminiscentes minus aequo animo indignitatem tulerint: cõtinuo torquentur per extremos corporis cruciatus: decoriantur: uerubus suffiguntur: secantur: rota insuuntur per acerbissimas membrorum omnium fractiones. Oh miseram: Oh infoelicem conditionem christianae religionis? Haec christiani principes audiunt? haec sciunt? haec sentiũt? haec miti animo fieri patiuntur? Nam quid ego dicam de spurcissima & teterrima execrabilis intemperantiae foeditate? quam si qs animo generosior perpeti noluerit: aut defoditur: aut exciditur. Non his omnibus iniurijs ac probris Christ9 afficit: quando quidem ob eius nomẽ christianis inferuntur? Nũ decet christianissimũ regem pati nomen christianum tam tetro: tam horribili: tam detestabili dedecore scelerari? Nũ Lodouicus ille rex sanctissimus qui primus regum omniũ christianissimus dictus est: pateretur si uiueret: tam turpẽ contumeliae notam inuri christianae dignitati: qui primum ut staret conuentis: ut iusiurandum seruaret: ut illud quod honestum dicimus tueretur: exhausit thesauros suos omnis: & quã anno superiore coeperat: cum ingẽti praeda: Damiatam: hoc eñ nomine Canopum appellant: restituit sar-

rhacenis: deinde comparato rursus ex uniuersa gallia Italiaq; & Sicilia exercitu: ob eandem uim honestatis in africã traiecit: eo consilio: ea mente: ut non modo acceptam in ægypto calamitatem ulcisceretur: sed omnem impurissimi mahometi superstitionem tolleret e terra uiuentium? Id quod facile effecisset: nisi pestilentiæ ui correptns apud tyneta quã obsederat: una cum filio Lodouico Albaniq; Cardinali ac infinito pene christianorum numero ex hac luce migrasset. Hac etiam ratione karolus ille gentilis tuus & rebus gestis & cognomento magnus imitatus karolum marcellum auum: qui sarrhacenos ad trecenta milia & amplius interemerat: ubi post captiuitatem desiderij ultimi Lõgobardorum regis italicas res oĩs composuisset: & ab Leone summo pontifice id quod antea constituerat Hadrian⁹: insignibus imperij romani esset ornatus: cum primũ in ulteriorẽ galliam reuertisset: non tam contentus præsenti laude: quin maiorem quãdam & clariorem animo meditatus robustis firmissimisq; copijs Hispaniam petit. Ea enim per id temporis sceleratis perditi mahometi sectatorib⁹ seruiebat: Tota erat in tetro sarrhacenoꝝ & flagitiosissimo dominatu. Diuturnum fuit periculosissimũq; bellum. Multæ pugnæ: multæ utrinq; clades: euentus uarij. Sed tandẽ effectũ est diuina benignitate: ut prudentia & perseuerãtia imperatoris exercitusq; uirtute: ijdem impij hostes christi æque fuerint extrema calamitate pressi: ut eiusdem perfidiæ socij ad asperum montem Afri ab eodem karolo deleti sunt. Nonne eadem fuit honestatis causa Lodouico pio hui⁹ karoli magni filio: dum tanto cum labore atq; periculo liberauit urbem Romam durissimo sarrhacenorum iugo: qui sultani egyptiorũ ductu per nefariã quorundã Romanoꝝ cõiurationẽ in Italiam fuerãt accersiti? Nam quod aliud desideriũ fuisse credimus francis illis reliquisq; gallis: qui duce Gotthifredo ubi in Asiã puenissent: sarrhacenos apd' Damascũ pugna superarũt: apud Antiochiã ꝑsas & turcos cõtriuerunt. Mesopotamiã oẽm recuparunt: ac rursus sarrhacenis in syria ad interñitionẽ usq; ꝓfligatis marrhaq; ac barcha populosissimis munitissimisq; urbib⁹ expugnatis: sanctam

ciuitatē uniuersamq́ palæstinā qđ Henerico tertio impe-rante fecerat itē Bohamūdus: erubescēda infideliū seruitute liberarūt: possederūtq́ mirabili cū christiani nominis incremēto annos octo & octoginta ad Saladini usq́ tēpestatem: qui nō tam aut sua aut turcorū quorū Amyras postea factus est: uel prudentia: ul' uirtute: q̄ nostrorum inscitia atq́ ignauia: Guidonē & ipm francū hierosolymorū regē iniquo prœlio cœpit: & reliquis christianis ad internitiū actis: Remandū quoq́ optimū & fortissimū uirū ac rerū bellicarum peritissimū: uiuum ad se perductum ira excandescens gladio confossum occidit: & ita quod sine lachrymis meminisse non possum: terram sanctam Christiq́ domiciliū spurcissimi mahometi ganeo dicauit: & fuit is unus Saladinus: qui tantam pestem: tantam perniciem: tantum deniq́ exitium ac pene interitum christianæ reipublicæ intulit. Et ille quidem Saladinus fuit: qui & turcus & ottoman⁹ hac tanta & christianis tam infœlici uictoria elatus: tantum sibi nomē & dignitatē peperit: ut & un⁹ omniū prim⁹ ex ottamana familia incredibili turcorū omniū consensu rex: quem illi Amyram uocant: creatus fuerit: & ita in animos illorum barbarorum influxerit: ut alium sui generis Amyrā q̄ ottomanum quēpiam: in hanc diem patiantur neminem. Ex ea uero tempestate ubi sanctam ciuitatem: omnemq́ iudæam christiani tanta clade amisissēt: & Alexius comnen⁹ imperator constantinopolitanus latrocinandi turcis uberem iustamq́ materiam præstitisset: idemq́ reliqui deinceps eiusmodi nōnulli imperatores studuissent: ita per nostrorū secordiam & inertiam res turcorum mirabili incremento auctæ amplificatæq́ sunt: ut non tam de recuperādis hierosolymis sperandum esse uideatur: q̄ formidandum de amittēda Roma. Videmus uniuersam fere asiam a phœnicibus & Medis ad Hellespontum usq́ turcorum tyrannidi parere. In Europam uero ubi iam anno circiter cētesimo hellesponto superato accersiti sunt a Theodoro cantacuçeno aduersus generum suum quem & socer & tutor constantinopolitano imperio antea fraudasset: Ioannē palæologū admodū adolescentē: dum simulāt fallacissimi latrones auxilium se

laturos illi delyro seni: Calipolin & Cherronesum primo: deinde totam prope Thraciam occupãt. Mysos: Macedonas: Thessalos omnis: Boetios: uniuersam græciã: ætolos: Epirotas: Illyricos: ad intimam usq; Dalmatiam omnia premunt teterrima seruitute. Insulæ pene omes quæ a sinu hadriatico ad mare ponticum iacent: uastatæ iam plane & desolatæ sunt: & non modo non quiescunt aut ulla ex parte remittuntur efferatæ beluæ: sed quotidie magis atq; magis ut sunt & prædæ & cædis auidi: nunc Getas qui trãs Istrum incolunt: nunc in accolas germanos & hungaros impetum faciunt. Idq; assecuti iam sunt assiduitate latrocinandi: ut reliquis fere omnibus post terga superatis christianis: hinc Italiæ: illinc germaniæ regno tuo finitimæ terrori esse iã incipiant. Dum enim nostri aut illos cõtemnũt aut negligũt: in hanc rerum calamitatem ac dedecus non tam incidimus q̃ deuenimus. Itaq; satis perspicue intelligi puto: q̃ honestum sit aduersus eos bellum suscipere: quibus seruire non minus turpe & fœdum sit: q̃ ærumnosum & miserũ. Quare si id est maxime natura necessarium quod sit honestũ: non obscure tibi persuasum arbitror rex Karole esse tui & officij & muneris: qui christianissimus inter principes christianos & dicaris & sis: quiq; & iusticia debeas omnibus & benefaciẽdi studio lõgissime præstare: huic tantæ Christianæ religionis ignominiæ ac probro q̃ primũ cõsulere. Videm⁹ a uiris sapiẽtib⁹ quosdã laudatos: qui propter inanẽ quandã huius mundi gloriã: nõ tam quod honestũ esset: q̃ quod honestum uideretur: in uita secuti sint. Qua ratione ducti & L. Iunius Brutus: & M. Manlius Torquatus: filios cædi uirgis obtruncariq; iusserũt: Et id quidẽ illi præsentes intuẽtesq;. Phileni uero: & Codrus: Curtius: ac Decij sese pro patria deuouerunt. Multiq; alij permulta fecisse tradũtur illius honestatis studio: quã popularis fama gloriosam facit. Nam qui ueram gloriã sectati sint: nõ ex illa gentilitate: sed aut ex uetere aut ex nouo testamẽto spectare cõuenit: quales Habrahã: Loth: Mosen fuisse legimus: quorũ ille ut esset apud deũ gloriosus: ne filiũ quidẽ immolare dubitauit. At Moses ut in suos beneficẽtia uteret̃: cõtempta

omni mundana gloria:cum maiori utiliorique populo præfici posset: supplici prece a deo petijt:ut seipsum poti⁹ q̃ iudæum populum interimeret uel ingratum. Loth uero ut sodomorũ perfidiam ab ijs auerteret:quos hospitio suscepisset:ne filias quidem uirgines illorum libidini immanitatique offerre atque dedere ueritus est: cum aliter eam iniuriæ contumeliam propulsare non posset. Tu autem rex Carole patieris uniuersum(ut ita dixerim)dei populũ obscœnæ atque spurcissimæ turcorum & sarrhacenorum intemperantiæ tam turpiter:tam flagitiose seruire? Nõ tibi poti⁹ optãdum est:si sit opus:uel ingẽti probitate & laude Lodouicũ filium uel te etiam ipsum morti tradere pro salute populi Christiani tandiu multumque flagellati atque contriti? Imitat⁹ scilicet:non apostolos solum reliquosque martyres:sed Christum ipsum Iesum:qui cum & deus esset & summi dei fili⁹: pro salute humani generis mortem suam hominum morti prætulit. An sumus ignari saluum fieri posse neminem:nisi qui crucem ferat:quam ipse tulerit? Quid:quod ea est hui⁹ belli facilitas:ut non tam de nostra dubitandum:q̃ de infideliũ præda & nece sperandũ certo sit? Nã hoc erat illud: quod ab me secũdo loco dicendũ proposueram. Quibus in bello uincitur:ea numero tria esse puto: imperatoris præstantiam:militum multitudinẽ ac robur: & pecuniariæ rei cõmodum. Sunt em̃ nummi perinde atque nerui quidã rerũ bellicarum. Quæ quidẽ omnia & nobis affutura: si talis ac tanta res ductu tuo imperioque geratur. Et illis defutura nõ est obscurum. Nam ut de ui nummorũ conticescam: quib⁹ te atque regnum tuum mirabiliter affluere omnes sciunt: is tibi exercitus est:qui & magnus & firmus: & q̃ diutissime assidua militia summa cũ laude exercitatus aduersus maximas easdemque omniũ maxime formidabiles anglorũ uires: ne uniuersum quidem hominũ genus pertimescat. Magnæ laudi datum est. G. Iulio Cæsari:quod Britãnos difficili bello superasset: qui & Liberum & Herculẽ peritissimos duos & clarissimos potentissimosque duces uertissent aliquando in fugam: & ab nemine ipsi unque essent superati. At eosdem ab anglis nõ modo superatos & uictos: sed patrio

ſolo exterminatos oſtendit Gallia. Quãto autem angli ſint francis tuis inferiores: frequẽtes ꝑmagnæq; de ijs habitæ in hanc diẽ a te uictoriæ declararũt. Imꝑatoris præſtãtiã duabus rebus cõſtare puto: prudentia & uirtute: quibus ipſis & auctoritas omnis & euentus ꝓſperi pariuntur. Nam ratio & cõſiliũ cũ omnib⁹ in rebus plurimũ ualet: tum in bello gerendo maxie. Qui eñ rei militaris & imperij ſit ignarus: recte agere nihil põt neq; pugnãdo neq; imperãdo. Nã ſiue quorundã ꝑfidia factũ fuerit: ſiue nutu quodã dei: qui quos amat arguit & caſtigat: quo ſeſe cognoſcentes eruditiores fiant: ab uſq; puero in hanc ætatẽ iam ingraueſcentẽ ita belli ſemꝑ uerſatus es: ut nullũ te omnino neq; militis nec imperatoris munus: uſus nullus: ratio nulla latere quæat. Virtute autẽ tanta es: quãta rex unq̃ ali⁹ neq; fuit nec eſſe poſſit. Quẽ enim te uno iuſtiorẽ: quẽ beneficentiorẽ aut uidimus: aut audiuim⁹: aut legimus? De humanitate: de modeſtia: de facilitate tua quid attinet dicere: qui cũ cæteris omnibus nominis Chriſtiani principibus & regibus: dignitate: uiribus & gloria antecellis: te infimis etiã omnibus parẽ geras: quoſcũq; illuſtri aliquo ꝓbitatis ſimulacro præditos eſſe ꝑſpiciaſ. Quibus quidẽ artibus per fœliciſſimos rerum exitus: quos prudẽtiæ uirtutis interuẽtu deus ipẽ præſtare cõſueuit: tantã es auctoritatẽ adeptus: ut & deo tuiſq; chariſſimis & cũctis mortalibus nõ uenerabilis min⁹ q̃ formidabilis uideare. Quoniã igiẽ ea omnia tecũ habes: quibus facilis uictoria pariẽ: quid eſt: quod te ab hmõi bello remorari debeat? Nã hæc infidelibus ſecus ſunt omnia. Dicã primũ de ſarrhacenis: de turcis poſtea. Si de mahometo ipſo totius illorum ſuperſtitionis & impietatis principe pauca antea percucurrero. Fuit eñ mahometus cyrenaico genere natus anno a natali chriſtiano ſexcẽteſimo uigeſimoſexto: nulla parentũ claritudine cognituſ: nullis opibus: ſolus prorſus & nullarũ uiriũ: nullorũq; neruorũ. Hic admodum puer captus a ſarrhacenis qui inſignes habenẽ inter arabas latrocinijs: uænijt Abdimonepli mercatori: q ſe Hiſmaelitico genere ortum diceret. Is qm̃ careret filijs: cœpit primo mahometũ tractare liberali⁹: qua quidẽ re factũ ẽ: ut Abdi-

moneplis filius diceret mahometus. Eratq; hō ille simulator dissimulatorq;: uersutus: rapax & impurus & omni flagitio imprimis obnoxius: qui mox ubi adolesset: mercatoris illius pecuniosi famulus: camelos agebat cū mercib⁹ per ægyptū: Syriā: palęstinā: perq; alios peregrinos locos. Quibus itinerib⁹ iterū atq; iterū repetitis: usus sæpenumero tū iudæorū: tū christianorū cōsuetudine: nō tam discere q̄ deprauare studuit: & uet⁹ & nouū sacrarū scripturaꝝ testamētum. Nā acumē ingenij in animo facinoroso peiorē in partem omnia semp interptat̃. Cū hmōi ministerio mercatori domino fidē falleret: redditusq; esset cōtinuis furtis & suspectus & inuisus omnib⁹: ex obscuro seruo factus insignis latro. Erat em̄ & aspectu ferus & uoce terribilis & gladiatorio quodā robore corporis metuēdus: breui tēporis curriculo & nūmos sibi & eius sceleris pticipes socios q̄plurimos cōparauit. Et ita apud gētes barbas in admirationē cū uenisset: generis himaelitici uiduā eamq; locupletem Gardigenam duxit uxorem: quæ cum illius ægrotationē ægreferret: utpote sæpenumero corruētis morbo comitiali: quē in ipsum nimia uinositate ac reliqua uitæ atq; uictus intemperantia inciderat: mox homo ueterator & perditus: ut ea se purgaret infamia: simulabat id propterea sibi accidere: quoniam splendorem angeli Gabrielis: quem mentiebatur ad se missum ab deo nuncium cōmentandi gratia uentitare: ferre non posset: nec esse morbum comitialem: sed quā extasin uocant. Huius autem uxoris opibus elatus homo furcifer: ad immaniora facinora cōuertit animū: Itaq; & suo deprauato ingenio ad omnē audaciā promptus & Sergij Matthæi ue dolo flagitiosissimi monachi cōfirmat⁹: in tantam breui apud arabas omnes existimationem uenit: modo se iudæum: modo christianū simulans: cum nihil omnino sani saperet: ut maximus dei nuncius maximusq; ꝓpheta uulgo haberetur. Cum enim columbam quā spiritūsanctum latro callidissimus eē qui secū loqueretur: iactitabat: assuefecisset in aure sua pasci: ac taurū quendā ex occulto eius audita altiore uoce ad se festinare: & algoranum cornibus alligatum: sic em̄ legi quam sectatoribus suis tradidit

nomē erat:cæteraſq; quas ipſe ante cū Sergio cōpoſuerat: fallaciſſimas ſcripturas ſibi ueluti deferre & in ſuas manus a quibus ſolis pabulū capere didiciſſet:tanq; deponere: facile pſuaſit hominibus uentri & ſomno deditis ſuos omīs peſtiferos inſanoſq; cogitatus. Quibus inſidijs factū eſt: ut iā auderet: non latrocinijs ſolū:ſed apto marte aduerſus Romanorum imperium arma capere. Nam cum ex eius ſectatoribus non mediocris numerus in Romanis legionibus militaret:quo tempore Heraclius imperator ſtipēdia partiretur muneraq; in milites:ſarrhacenis etiam ipſis ſtipendium petentibus:reſponſum eſt a queſtoribus eam diſtributionem non eſſe canibus conſtitutam : Nam ſarrhaceni ipſi quaſi carrhaceni apud arabas quoq; habiti erant infames. Itaq; irritati eo reſponſo ſarrhaceni:cum ilico in arabiam ad mahometū redijſſent:& illum & reliquos ſarrhacenos non difficulter ad defectionē bellūq; concitarūt. Qui facto ſtatim in ſyriam impetu non tam ſuis uiribus q̄ noſtrorum fræti negligentia Damaſcum petūt infeſtis ſignis. Qua quidem urbe terrore potius q̄ ui ſuperatis ī campo: damaſcenis intra mœniaq; cōpulſis: confeſtim potiti ſunt: eāq; diripuerunt. Et quod nihil arbitror mōſtruoſius accidiſſe humano generi: ea in urbe primū templū mahometo magnificum dicatū eſt: diuiniq; honores inſtituti publice: coactiq; Damaſceni impudicū illi⁹ cultū & nefariā legē accipere. Et quoniam non ego Mahometi referre flagitia quæq; ſceleraq; inſtituti : ſed ex ijs quæ ſunt ꝓpemodum infinita: quædam pauca ueluti delibare: reddit⁹ hac ille uictoria ſucceſſibuſq; ferocior: uidens nihil a Romanorum imperatore in ultionem illatæ contumeliæ parari aduerſus ſeſe: ita dormitantib⁹ chriſtianis bellum mouet aduerſus finitimos Perſas: a quibus ſibi maxime metuebat. Regnabat per id temporis in Perſis Choſrohes: qui etiā ipſe: ut inſaniebat animo: diuinos ſibi honores præſtari uoluerat. Is conductis turcis qui tributarij & tanquā ſerui ſcytharum intra caucaſi clauſtra aſperrimaſq; cautes incolebant: ſarrhacenis occurrit. Concurritur undiq;: initur pugna ingenti & apparatu & animo. Vulnerantᷣ utrinq; multi: capi

untur:occiduntur. Superatus tandem ingenti clade mahometus in fugam uertitur:deformi uulnere excepto in faciem. A turcis inquam his superatus est uulneratusq; mahometus:a quorum nunc posteritate maxime colitur: quãq̃ non tam superstitione ducuntur turci q̃ illecebris & dissolutiore uiuendi licentia. Nam uersutus ille & callidus ueterator:quo facilius imperitos popl'os atq; rudis ad se traduceret:om̃e libidinis & uoluptatis genus sua lege permisit. Vini autem usum iccirco prohibuit:quo facilius celaret suspitionem illius morbi:qui se uino obrutum iampridẽ corripuisset. Nam uinum intemperantius sumptum & gignit & fouet morbum comitialem intimo quodã suo uæhemẽtissimoq; spiritu. Iis enim meatibus obturatis:quibus fit respiratio:uel mors continuo:uel morbus comitialis consequatur:necesse est. Non igitur religione turci: quã nullam tenent:non superstitione:quã nullam pluris: q̃ religionem faciũt:quippe quibus nulla neq; dei nec animi cura sit:nullus metus:nullus cogitatus:sed dissolutissima quadam uiuendi licentia: qui mahometi uires in perside prostrauissent:& in mahometi faciem inhonestum uuln⁹ inflixissẽt: eius se tandem sectæ nefariæ socios addiderunt. Ipse autẽ mahometus pluribus bellis gestis: alijs secundis: aduersis alijs:posteaq̃ annos in suis:uel erroribus:uel sceleribus uixisset quadraginta:ueneno perijt in arabia per Gardigenæ uxoris cognatos & suum quendã consobrinum: quo tempore ab eorum insidijs redijsset: qui cum mercatorum camelis e syria iter faciebant. Sarrhacenos autem turci &si semper exosi insectatiq; sunt:tamẽ ut mahometicæ superstitioni se asciscerent: hoc fuit in causa. Iam uniuersa Africa parebat sarrhacenis & magna ex parte asia: cum turci nõ multo supra millesimum annum a natali christiano cœperunt aperto Marte uæhementius eos urgere. Nam ubi eos diutius in Asia eminere indignarentur: regem creant nomine Sabochum: qui de occupanda Asia continuo cogitans: quo id facilius assequeretur:se mahometi cultorẽ simulat. Idq; non tam dei q̃ hominum metu: quos sibi cupiebat conciliare. Itaq; contestatus est illi Callipho quem

illi ueluti pontificem maximum uenerant: se de cōstituta mahometi religione nihil omino mutaturū: cæterum nolle erubescendum sarrhacenorum nomē in Asia excellere. Quare breui cuncti illi sarrhaceni qui arabes sunt: a turcis eijciuntur ex asia redacti: ij sane ad pristina latrocinia: quibus in hanc etiā diē maxime oīm studēt dissipati atq dispsi: nō p locos solū asperrimos ægypto: Syriæ & palæstinæ finitimos: sed p oēm africæ solitudinē: pulsis pfligatisq sarrhacenis res turcorū p Virogrissam q post Sabochi obitū regnū excepit: nō mediocre cœpert incrementū. Is eī cū reliquū Asiæ quodcūq sarrhacenis seruierat: subegit: tum p multas præclaras urbes quæ Romano parebāt imperio: ui expugnauit cœpitq in bythinia. Succedit Virogrissæ Archotus ppinquus: qui primus subiugarat in Mesopotamia urbē amplissimā Rhohain: deinde Seleucia & Laodicea captis urbib⁹ & reliqua puincia in deditionē accepta: regni sedē Mendi cōstituit ac regiū induit diadema: estq sultanus salutat⁹. Et ne uidear oēm historiā recensere: confestim admodū fit uel turcorum diligentia ul' negligentia christianorū principū: ut græcis ex uniuersa Asia eiectis: illi ad hellespontū usq oīa subiugarint: nec multo post in europā traiecerint a christianis accersiti aduersus christianos. Nā qđ modo dicebā cum Theodorus cantacuçenus ægre & iniquo aīo ferret: eo se spoliatū qđ imperiū circum scriptor occuparat: Turcos ī Thraciā intulit aduersus Romanorum impatorē Ioannē palæologū seniorē illum: generum suū & auū huius Cōstātini impatoris Manuelis filij. Quæ una res q calamitosa: qq funesta & fuit & est christianæ religioni: non obscure docent tot tantæq prouinciæ: quæ turcis in europa ærūnosissimæ seruiunt. Et ut summatim accipias rex Karole: quæ qualesq sunt Turcorū uires: uix ad sexaginta hominū milia exercitus oīs ascēdit pcditibus equitibusq conflatus. Viginti milia comparantur ex asia. Ad quadraginta milia ex ijs puincijs quas in europa tenēt occupatas. Et ne hi quidē milites turci sūt oēs: sed ingens christianoꝝ nūerus quib⁹ turcus supbissime dnatur: uel inuit⁹ ī expeditionē agit. Et erāt sane sexaginta homi-

num milia:cũ nup anno uigesimotercio agebã in Thracia apud Ioannẽ imperatorẽ Manuelis item filiũ. Nunc autẽ quanto minor eorũ sit numerus:facilis sit coniectura: si ea clades consideret: qua & bis & iterũ proximis annis ad internitionẽ usq; ab uno Ioanne Vaiuoda redacti sunt tot robusti firmissimiq; exercitus. Nã quod audiamus ducẽta & trecenta milia hoim cõplere turcoꝝ exercit⁹: sint sane nõ trecenta milia: sed quotquot Xerxes fertur duxisse aduersus græciã quinquies etiã decies cẽtena hoim milia: dũmodo sint oẽs rustici & pastores: nullis tecti: nullis muniti armis: quib⁹ aut offendant aut se tueant. Iãpridẽ turcorũ uires exhaustæ penit⁹ exinanitæq; sunt: quo tpe Massageta ille Tomyris cognomẽto Tãberlanus Baiseten cirycis patrem & hui⁹ mahometi ꝓauũ Amoratho nati cũ quadringentis hominũ milibus: uicit cœpit interemit. Itaq; turcorũ uires ita extenuatæ sunt: ita fractæ: ut nullo pacto ambigendũ sit de uictoria: quæ eo certior est futura: quo ad debilitatẽ exercitus accedit impatoris infirmitas. Video laudatũ a sapientib⁹ illum atheniẽsem Chabriã: qui dictitare sit solitus: multo esse formidabiliorẽ ceruorũ exercitũ ductu leonis: q̃ leonũ ceruo duce. Quod si exercit⁹ tuus rex Karole tũ his cõplet homib⁹: qui & corporis robore & animi magnitudine leones omẽs atq; insuperabiles dici possint: tum uno te duce imperatoreq; utunt: qui cũctos mortalis fortitudine & sapientia inferioris ostẽdas: Num dubites integer atq; ingens cum turcorum reliquijs congredi: qui & ipsi quasi cerui: timidi: fugacesq; sunt: & meticulosissimo duci parent eidemq; stultissimo puero? Erat certe huius mahometi pater Amorathus: qui modo animam efflauit: & uersutus & callidus rerumq; bellicarum scientissimus: Cuius unius peritia & consilio factũ est: ut fugatis etiã ad Barnam profligatisq; turcis fere omibus e uicto uictor per effrenatam Vladislai adolescentis audaciã imprudentiãq; euaserit: & anno item proximo ad quintũdecimũ kal'. Nouembres per Getarum ad se defectionẽ uæhementi clade in triballis hungaros & bohemos a quibus acerrime urgeretur: affecerit. Omnis turcorum spes quæ in uno

Amoratho posita erat & cõstituta:nũc in ei⁹ filio mahome to nutat ac languet. Is em̃ annos natus uix dũ uiginti arma nunq̃ tractauit. Nec sani qcq̃ aut didicit aut audiuit. Totus est in potu:totus in uenere. Reliqui uero aut centuriones aut tribuni militũ:qui bellandi glĩa ducerent insignes: in illis plurib⁹ illustribusq̧ uictorijs quas de turcis Ioannes uaiuoda adept⁹ ẽ: oẽs ꝓpemodũ periere. Quæ cũ ita sint: qd est p immortalẽ deũ:qđ te rex Karole a tanta & tã certa uincendi spe retardare debeat:tãta præsertim oblata uľ occasione uľ oportunitate? Non em̃ tẽpus ipsum dũtaxat post tot & tã illustris tanq̧ honestissimas uictorias tuas:pacatis iã & cõpositis rebus Galliæ te excitare atq̧ inflãmare debet ad hoc bellũ suscipiendũ:nõ facile min⁹q̃ necessarium in tanta imbecillitate turcicarũ rerũ: sed etiã quã deus ipse attulit locoꝝ ad turcos inuadẽdos cõmoditas. Demetrius palæologus Manuelis etiã ipse impatoris filius pelopõnesum regno nup est potitus excelso aĩo & summa uirtute princeps. Is ut est uir christianissim⁹ & iniurijs etiã maximis affectus a turcis:nihil oĩm magis cupit: magis optat q̃ turcorũ interitũ. Est aũt pelopõnesus regio adeo rebus oĩbus munita:ut nihil esse quæat munitius. Circũdatur undiq̧ hinc Ionio inde ægeo pelago cũ asperrimis & tutissimis ꝓmõtorijs. Isthmo secernit̃ a cõtinẽte reliquo: quẽ murus ppetuus atq̧ inexpugnabilis ab altero ad alterũ mare sepit. Habet intus & fœcũdissimos colles & cãpos uberrimos rebusq̧ oĩbus refertissimos: quas hominũ uictus cultusq̧ desideret. Vnius diei nauigatio te cum uniuerso christianorũ exercitu secundis uentorũ flatibus ex ꝓmontorio tarentino in peloponnesum deuehat. Inde in turcos æque facillimus tibi atq̧ tutissimus pateat impet⁹. Nec patiat̃ Demetrius se tantæ laudis atq̧ gl'æ exptẽ fore:sed ip̃e quoq̧ in expeditionẽ & pugnã prodeat cũ sagittarijs decẽ milib⁹ & equitib⁹ ad quadragita milia. Quod si e Brundusio uelis soluere. G. scilicet Cæsarẽ imitat⁹ in agrũ Dyrrhachinum ilico tibi obuiã fiat Harrianites uir bellicosissimus & turcis inimicissim⁹:qui uniuersis albanis dominat̃. Nam

q̄q̄ Italiæ principes mutuis inter se odijs dissident: nemo tamen futurus sit: qui tibi in tanto & tam pio tanq̄ salutifero facinore audeat aduersari: præsertim Nicolao q̄nto Romanorum pōtifice maximo: cuius sapientiam: grauitatem innocentiam: sanctimoniam: quasi numen aliquod uniuersa colit Italia. Ac fiet forte fortuna: ut spero: ut ipi etiam Italiæ principes depositis simultatibus & discordijs mutuis: te uenientem non inuiti comitentur in opere tam sancto: tam præclaro. Quod si unus solum Franciscus Sphortia Mediolanensium dux te comitari instituerit: id quod indubitato faciet: si pacari Italiam senserit: non modo turci & sarrhaceni qui dicunt̄: sed uniuersi hostes christiani nominis ad sanitatem redeant. Videmus enim hunc Francum Sphortiam tui profecto nominis ac generis amātissimum: nescio quo natum sidere: quibus educatum institutis: qua dei benignitate fretum: usq̄adeo anteire laudibus rei militaris uniuersum fere hominum genus: ut nihil sit tam magnum: tam difficile: tam inexpugnabile: quod non & aggredi & superare audeat sibiq̄ submittere. Itaq̄ prostratis ac uictis omībus Italiæ exercitibus: nullius ope: nullius auxilio huiusmodi principatus mirabili sua diuinaq̄ uirtute potitus ē: quo nullus in Italia est præstātior: nullus firmior: nullus formidabilior. Sin autem itinere malis in turcos q̄ nauigatione uti: istud tibi per finitimā germaniā & pannoniam est futurum. Facile te sequantur & germani ipsi non inuiti & hungari: Ioannesq̄ ipse uaiuoda libētissime maioribus etiā copijs q̄ sit opus. Sequant̄ triballi duce Georgio fortissimo & prudentissimo principe. Sequantur ij Getæ omnes: qui ad Istrū & Euxinū incolunt: eo pertinacius fidē seruaturi: quo superiore anno cū defecissent ad turcos: ingenti numero ab illis sunt interempti: q̄q̄ nullis tibi auxilijs opus est: nullo comitatu. Soli certe franci satis sint superq̄ futuri: quorū ferociā atq̄ impetū: ne dicam nō sustinere turci: sed ne cōtra aspicere quidē p̄ferāt. Nam superatis & uictis turcis: de sarrhacenis nullū est negociū. Nam qui uero sunt sarrhaceni: eos iampridem ab ipsis tur-

cis rege Sabocho ex omi Asiæ imperio in solitudines eiectos ostendim⁹ ad pristinaq; latrocinia redactos: nullis certis ducibus circũquaq; passimq; uagãtes: nullo principatu: nullis legibus. Qui autem hac tempestate sarrhaceni nominantur: quib⁹ ægyptus paret & Syria & palæstina: hi omnes simul cũ Sultano serui sunt uenales trans mare eo aduecti ad summũ uiginti milia. Nec ex una quapiam empti natione: Sed alij sunt Sauromatæ: alij sarmatæ: alij gotthi: alij alani: Nonnulli græci: plærisq; illyrici: & alij ex alia gente ac lingua: qui primo ui coacti a patria religione ritusq; deficere deinde illecebrarum ueneficio deliniti: mahometistæ non tam redditi sunt q̃ simulati. Huiusmodi uero serui tria illa opulẽtissima regna ita iugo intolerabili subegerunt: ut alij nemini q̃ ipsis aut arma ferre: aut equũ inscendere liceat: neq; aliud liberale quicq̃ q̃ uel agriculturam & pastoralẽ uel mercaturã uel tabernariã exercere. Quin etiã præter calones aliud calciamenti genus induere ægyptijs & syrijs & ijs qui iudæam incolunt: nullum omnino licet. Itaq; omes illi populi ita molles effœminatiq; sũt: ut uirile quicq̃ neq; sapiant neq; uelint. Tantula uero seruorũ manus qui maiore ex parte christiani extiterint: quid sit aduersus te uel conatura uel ausura: non intelligo: præsertim cũ senserint subiugatos turcos: qui sunt ueluti ꝓpugnacula atq; munitiones mahometistarũ omniũ. Aduersus illos uero cũ transitũ: tũ etiã cõmeatũ paret ac præbeat: non Alexius quispiã: sed constantin⁹ impator: qui etiã ipse ut ẽ pio & excelso aĩo: cũ omnibus (ut ita loquar) reliquis illius orientalis imperij: quæ confectis turcorum uiribus ualidissime sunt futuræ: non solum in expeditionẽ te comitabiť: sed libenter & magnifice comitabiť. Nomen autẽ constantinopolitani imperij in uniuersa Asia & sanctũ habetur & uenerabile. Quapropter cũ perspicue possis aĩaduertere rex Karole ad belli huius necessitatem eiusmodi conficiẽdi facilitatẽ accedere: ut nihil sit de sũma uictoriæ ambigẽdum: te fortissimi & omnibus rebus ornatissimi exercitus sapientissimo atq; optimo imperatore: utere obsecro

tanta hac rerum occasione quã tẽpus tibi atq; deus attulit: nec patere ut hoim culpa fractæ atq; interẽptæ hostiũ infidelium uires reuiuiscant: recreentur: instaurent̃. Quod si honestatis ratio: qua nihil esse oportet apud animũ generosum magnificũq; antiquius: nõ oino eã uim habet: ut sua nos specie ad res maximas pulcherrimasq; alliciat: præstet id saltẽ uis & magnitudo utilitatis: quã ex hac tãta & tã pfacili uictoria nobis nostrisq; posteris cõparabimus. Nam cũ ipse rex Karole maximũ & florentissimum adipisceris imperium: tum hi oẽs qui te sequẽtur: ingentis amplissimasq; opes consequent̃. Videmus nullas esse recõditas adeo lõgissimeq; positas atq; inuias regiões: quas per summa terræ marisq; pericula mortales ipsi cõparandi auri gratia nõ petere consueuerint & quotidie petant. Nam si res gestas Persei: Herculis: Liberi ex antiquitatis monimẽtis repetere uelim⁹: non magis eos gloria ductos q̃ utilitatis magnitudine excitatos: longinqua asperrimaq; bella quæsisse inueniamus. Quæ quidẽ una ratio græcos etiã illos potius q̃ ullus Helenæ raptus quẽ fabulantur: armauit aduersus Asiam. Et Galli item ipsi cum superatis alpibus ad padũ consederunt: & horum posteri cum inuaserunt clusinũ agrũ ac semel & iterum aduersus Romanos mouerũt arma: re nulla magis: q̃ emolumentis impulsi sunt. Sic Aeneas in Italiã uenit: Antenor in Venetiam. Quod aut legimus aut audiuimus: qui copias egerint aduersus scythas. Nam cum sint omnium gentiũ pauperrimi libere sinuntur uagari in campis: nullis urbibus: nullis mœnibus: nullis muniti ædib⁹ aut tectis. At aduersus aurum & argentum: aduersus opes amplissimas facile animi hominum accersuntur. Quod si quotidie Galli: Hispani: Germani: Itali: per omnem cõtemptũ atq; contumeliam uersantur mercatores: & tanq̃ mercẽnarij quidam serui adipiscendæ utilitatis gratia inter opulentissimas turcorum sarrhacenorumq; regiones: quanto maior futura sit: quanto cumulatior gloriosiorq; utilitas: si id facere licuerit te uictore & domino? Vt enim maxima cõticescam: & feracissima regna: quæ in Europa turci premũt

teterrima seruitute:ut de tam latis: tam uarijs: tã amœnis: tam abundantissimis rerum omnium regionibus: quæ coguntnr in Asia parere turcis nihil ꝓrsus loquar:tria illa dũtaxat seruorum regna ægyptus: Syria: palæstina: de omnis generis diuitijs cum uniuerso genere hominum cõtendere non dubitent. Nam ægyptus ut Philo iudæus grauissimus testis est: sola ex orbe terrarum hyemem nõ patitur. Sed tribus anni distributa temperataq; temporibus: uere: æstate: autumno: neq; niuem nouit nec molestam imbriũ tempestatem. Per saluberrimi Nili uicissitudinem suis tẽporibus humefactata atq; demollita ultro fert omnia: q̃bus hominum uita uel alitur uel ornatur. Syria uero quanti sit fæcunda: promissio diuina testata est. Nam promissionis terram quam deus omnipotens populo suo constituit: Iudæam esse scimus. Hæc autem Syriæ est pars. Quod cum sua natura hæc tria regna cæteris omnibus orbis terræ regionibus anteeunt bonitate soli: accedit etiam christianorum hominum frequentatio: qui quicquid aut argenti aut auri aut margaritæ & gemmæ apud reliquas gentes & populos reperitur: eo important: quo aliquid inde illarum rerum exportent: quarum illi sunt diuites & nos pauperes. Quanta igitur & ad te & ad Christianos omnis emolumenta sint peruentura: ex hac tua tam pulchra: tam facilis de turcis sarrhacenisq; uictoria: tum dilucidius cognosces: cum tot illorum & tam opulentissimorum regnorum magnificentiam atq; amplitudinem animo tacitus metiere.

Nec est tibi præterea subuerendum: ne quid aduersus te tumultus in francia aut in reliqua tua gallia per anglos insurgat: cum exercitum aduersus infideles eduxeris: Nam neq; ipsi angli ullo modo patiantur ut sunt homines religioni dediti: se tam piæ: tam sancte: tam gloriose expeditionis expertes duci. Sed positis & prostratis cunctis simultatibus propter Christum alacres te sequẽtur: imitati scilicet maiores suos: qui semper Francorum regibus & socios sese & comites asciuerunt: quotiens aduersus infideles bellatum est. Quin eo te magis angli admirabuntur: uenerabũ-

pars Syriæ

turcꝫ: quo animaduertent te quasi e bellicosissimo quo-
dam Romulo religiosissimũ Numã redditum. Ad hæc ha-
bes Lodouicũ filiũ cunctis animi uirtutibꝰ gloriæꝗ splẽdo
ribus ꝗ̃simillimũ tui: quẽ siue regni præsidio: siue ducẽdo
exercitui præfeceris: & tuæ & christianorum uniuersæ rei-
publicæ: non sapienter solum: sed etiã fœlicissime prouide
bis. Age igitur Christo duce ac propugnatore rex Karo-
le huic bello tam necessario: tam honesto: tam glorioso: ꝓ
tua uel pietate uel beneficentia mentem omnem animũꝗ
intende. Noli pro tua iusticia eos inultos pati: quos uel tu-
eri debeas uel ornare. Quod si nulla difficultas: nullꝰ labor
deterrere te debet ab hoc pulcherrimo honorificentissi-
moꝗ facinore: uide quæso quid tibi faciendum sit tãta ex
hoc bello proposita: non facili solum: sed sperata certaꝗ ui
ctoria: præsertim quod ad mundanam & ad cælestem glo-
riam plurimorum quoꝗ amplissimorumꝗ regnorum &
ingentes opes in te sint & clarissima imperia peruentura.
Bellum tibi omẽ futurum est cum agrestibus incultisꝗ ho-
minibus: cum latronibus: cum fugitiuis: cum uenalibus ab
iectissimisꝗ seruis: qui dum neglectui contemptuiꝗ habẽ
tur: tanquam imbelles languidæꝗ pecudes: nõ mediocris
tenebras nostra culpa christianæ luci infuderunt. Hinc &
Sigismundus rex audacia potius ꝗ̃ prudẽtia usus comite
per ingentem Franciæ nobilitatis stragem inauditumꝗ lu
dibrium est a Baiseta illo turpiter superatus: & rex Vla-
dislaus in profligata uictoria per Amorathũ periit. Hinc
Ianus rex Cypriorum capta uastataꝗ patria in catenas ad
ægyptiorum sultanum tractus est. Hinc Africa uniuersa &
magna ex parte Asia seruit impurissimis flagitiosissimisꝗ
barbaris. En sentimus iam Italiæ germaniæꝗ uestibula te-
neri a turcis: pulsari fores: cõcuti: irrumpi. Nec excitamur:
nec urgemur: nec impellimur: ut nobis saltem ipsis poste-
risꝗ nostris consulamus? Quis nos tantus uel sopor ul' stu-
por inuasit: ut quasi mentis atꝗ sensus inopes uidentes sci
entesꝗ perire: ꝗ̃ in tam facili: tam illustri: tam ampla cõdu
cibiliꝗ uictoria & nostram ulcisci & summi dei iniuriam

malimus? Surge iam tandem rex Karole: Te ipsum excita: hortare: compara. Vt reliquis christianis principibus ac regibus dignitate præstas: ita tibi omni ope atq; opera studendum est: ut absolutissima uirtute his omnibus: & uera gloria sis supior. Vicisti Anglos: Recuperasti patriam. Et pulchrum id certe fuit & laudabile. Iusticiæ enim munus in teipsum tuosq; contulisti. Verũ christianus aduersus christianos arma sumpsisti: Sed quanto pulchrius erit & gloriosius: si idẽ feceris in turcos & sarrhacenos: a quibus non tua solum: sed Christi patria spoliatus sis? Quæ uetus tibi patria est? Nonne Troia quæ olim Teucria dicebatur? Ex hac enim Franco & Teucro profecti sunt in Pannoniam primum: deinde per suos posteros in germaniam: demum in Galliam istam transalpinam fortissimi illi quidem & præstãtissimi auctores tui nominis & generis. At hoc tempore pro Teucria & Troia Turciam uidemus appellari. Nam ij omẽs qui Teucri Troianiq; dici consueuerunt: ab infami & efferata turcorum immanitate oppressi sũt. Iidem Turci Hierosolyma: uniuersamq; iudæam tot patriarcharum & prophetarum patriam: intemeratæ Mariæ uirginis Saluatorisq; domicilium Christianis ac Francis eripuerunt: & cum infinito pene Francorum numero Guidonem regem crudelissime trucidarũt. Heu nos miseros atq; infœlices: Si tot uerberibus: tot exemplis admoniti resipiscere in uiamq; redire neglexímus: quæ nobis spes reliqua sit futura: si beneficijs etiam prouocati diuinam misericordiam benignitatemq; contemnamus? Est igitur uel sapientiæ uel officij tui rex Karole: ut uel ultionis in turcos & sarrhacenos uel gratitudinis erga deum ratione ductus: ensem quem tãdiu ac multum in christianas acies non iniuria distrinxisti: eum in sceleratissimos Christi hostes sic acuas & cruentes pro tua pietate: ut non diuus Lodouicus ille modo ac cæteri Franci principes: qui multi defuncti sunt hac luce: immortalis tibi apud immortalem deum gratias sint acturi: sed deus etiam ipse: qui extremis supplicijs insectatur ingratos

id quod in Saulem: in iudæos qui Apidis uitulũ adorarãt: & in alios ꝑmultos oñdit: tua gratitudine delectatus & uiuum & mortuũ sempiterna gloria te amplificet. Hæc autẽ nõ iccirco Franciscus Philelfus liberius ad te scripsit: quod regali tuæ incõparabiliq; uirtuti quicq; diffideret: sed ut suam erga te fidem obseruantiãq; ostenderet. Vale. Ex Mediolano. xiij. kal'. Martias. M. cccc. Lj.

Francisci Philelfi Epistolarum Liber Nonus.

Franciscus Philelfus: Sphortiæ secundo: salutæm.

h Ortat̃ me Sphortia secunde singularis tua benignaq; modestia: ut de his ad te scribere non uerear: quæ uel utilia tibi ul' saltẽ nõ iniucunda fore iudico. Idq; eo libentius facturus accedo: qđ cũ tuæ meæq; ætati: tum mutuæ nostræ beniuolẽtiæ consentaneum esse duxi. Permultis te muneribꝰ eisdemq; præclaris tum natura insigniuit: tum auxit fortuna: quam uocant. Quæ si diligenti studio ac ueluti arte quadã ad cumulũ usq; perduxeris: nulliꝰ inops laudis sis futurus. Quo patre natus es: non ignoras. Huius maximas incomparabilisq; uirtutes nisi fueris egregie imitatus: quanto is patre Sphortia imperatore fortissimo ob rerum gestarũ atq; regni gl'iam habet̃ illustrior: tãto ipse Francisco Sphortia patre tuo principe optimo ac maximo in laude minus excellenti quadã: obscurior fuisse existimabere. Nihil em̃ obtendas: quod incuses. Nã si Africani superioris filius patritis laudibꝰ nõ r̃ndit: nõ ei sed ualitudini culpa datur. At Sextꝰ Pompeij magni: & Marci Ciceronis filius: alijq; nonnulli uiris nati præstantissimis: inter degeneres ideo numerant̃: qđ sua ipoꝝ culpa tales esse uoluerunt. Quod em̃ benignitatis genus: ut ad te redeam: natura tibi nõ est affatim elargita? Formæ præstãtia polles plurimũ: qua ipsa dignitatẽ mẽtis atq; ingenij repræsentari par est: siquidem materia formæ quam dicunt:

non hæc illi prior accõmodatur natura. Et ea es integritate sensuũ quã rarissimã licet inueniri. Velocitas celeritati cõgruit: leuitas atq; agilitas facilitati dexteritatiq;. Eodẽq; modo alacritas acrimoniæ: facũdia intellectui. Hæc autem omnia: quæ corporis cõmoda appellant stoici: talia sunt: q̃lis est is qui utitur. Nam si mens humana sequitur eam mẽtem: ad cuius est non genita: sed creata imaginem: ita naturam: quam diuina mens peperit: sequetur ars hominum atq; imitabitur: ut errore nullo quæat intercipi. Non enim natura: sed malo erramus more. Nam cum mores sint qualitates eius animi partis quæ ratiõe caret: tum agimur deuij malis moribus: cum perturbationib⁹ obsecuti rationis ductum aspernantes erram⁹. Quid enim aliud error est q̃ falsi alicuius pro uero approbatio? Siquidem rationem sequẽtibus & recta & expedita oĩa ad ueritatẽ patẽt. Sed quorsum hæc? Vt intelligas non mediocri tibi uitio datũ iri: si in tanta uel naturæ uel fortunæ fœlicitate non id efficies tua etiam industria: ut dignus habearis: qui sphortianam gloriã non solum æques: sed etiã si fieri potest: patrẽ imitatus ad auũ illũ q̃ pulcherrime superes. Quod ut facere possis: ea tibi uia incedendum est: quã Alciden fabulantur eũ: qui postea Iunonis inuidia factus gloriosior Hercules est cognominatus: Is ẽm istam nat⁹ ætatem qua nunc tu es: ubi sese in solitudinẽ sui fortassis colligendi & meditandi gratia recepisset: duas sibi matronas offerri corã uisus est uidere: quarum altera ut ad ultimum cognouit: esset ΗΔΟΝΗ hedone: quam nostri uoluptatẽ uocãt: altera uero ἀρετή arete: quo nomine uirtus significatur. Cunq; Alciden illa blandi⁹ primum adiret: stimularetq; oĩbus lenociniorum illecebris: se ut sequeretᷓ: Suo ẽm ductu oĩa ei dulcia suauissimaq; futura. Quid enim imbecillitati adolescentiæ ipsa titillanti uoluptate iucundius? Et uirtus contra eundem a uoluptate tanq̃ a flagitio auocans: ut suis inhæreret uestigijs: grauitᷓ simul saluberrimeq; doceret: neq; ullis aut laboribus aut periculis parceret: sed decori ac laudis gratia: non modo nullas intolerabilis ærumnas: sed ne mortem quidem ipsam detractaret. Sic ẽm fore: ut ex

Error quid

homine & mortali immortalis atq; deus fieret: ea singillatim Alcides cu plurimaq; alia uolutās aīo & oīa secū q̄ diligentissime cōmentat⁹: animi sequi uirtutē: q̄ corporis uoluptatē maluit. Quo quidē concilio factū est: ut & uiu⁹ omnibus charus iucundusq; fuerit: & mortuus diuinos honores ab uniuersa gentilitate meruerit. Ac nullum pfecto: ut mea fert opinio: uenenū est: quod in adolescentia cū uoluptatis ueneno sit cōparandū. Hæc em̄ tum frangit corpus ac debilitat: tum animū sui iuris esse nō sinit: quippe quem ad se pellicit per omnē turpitudinis fœditatem: Nec sane aduersum eā uoluptatem mihi habet̄ oratio: quæ inter animi bona post prudētiam & uirtutem tertia numeratur ab Aristotele: qua de quotidie dicere consueuimus: Magna me uoluptate litteræ tuæ affecerunt. Et tuarum uirtutū gloria incredibilem mihi uoluptatem attulit. Sed in eā loquimur uoluptatē: qua sensus titillans leuit̄ mouet̄: & p oēme incontinentiæ genus petulantissime efferuescit. Huiusmodi igitur uoluptas mi Sphortia: non secus tibi fugiēda est: q̄ teterrima quædam lœtiferaq; pestis. Impedit enim: immo tollit penitus omnem recte uiuendi rationem: qua sublata: nihil neq; boni agere nobis licet: nec sani quicq̄ intelligere. Nihil est profecto in probato adolescēte & Sphortia laudabilius pudicitia & continentia: quæ oēs effœminatos animi cogitatus latius uagari non sinit: perturbationesq; prurientis aut amouet omnino aut compescit. Quid enim incontinenti adolescentia fœdius? Quid etiā perniciosius? Nunquā is adsit rebus agēdis præsens: qui præsenti uacat temperantia. Hæc enim una est uirtus: quæ existimationem ipsam & tuetur & seruat. Itaq; nemo quæat recte consultare: nec diligentius quippiam mente prospicere: qui uoluptati se dediderit. Quare cibo & potu modice uti conuenit. Insana autem uenere abstinendum est pertinaciter. Nec ita somno consentiendū: ut Endymionis: quē dicunt: similes uideamur: Quod uero deinceps admodū est cauendum: uidemus adolescentiam natura loquaciorē & tanq̄ impudentem: id quod Lycurgus animaduertens statuit apud Lacedæmonios: ut adolescētes in publico cō-

ſeſſu niſi rogati nunq̃ loquerentur: quod ipſum etiam quo minus inepte facerent: eos ſeniorum cõſuetudine aſſidue uti uoluit. Quid enim ineptius: q̃ uel impudentia uel futilitas? Hanc uero in ea ætate: quæ longo uſu peritiaq; concaluit: non facile inuenias: qualem & Homerus Neſtoris & Ilionei Maro extitiſſe monent. At in adoleſcentia quã nõ minus ab ἀδολεσχία adoleſchia: quæ nugatio eſt: ductã exiſtimo: q̃ ab adoleſco: quod ea in ætate cum ſanguine ſimul perturbationes quoq; effrenatius adoleſcant: cum alia oĩa immoderata in illa ſunt: tum uł imprimis quædam loquẽdi luxuries atq; impetus: quem qui reprimere caſtigareq; didicerit: non mediocrem ſpem laudis præ ſe fert. Decet enim plurimum facere pro officio ſpectatum adoleſcẽtem & minimum de ſe loqui: & ea quidem loqui: quæ documẽtum præſtent intimæ cuiuſdam innatæq; probitatis. Nam mentis habitum ſermonis cultus ſolet indicare. Iccirco Pythagoras Samius ſilentium indixit auditoribus: alijs breuiꝰ pro ingenij captu: alijs diuturnius: ut quiſq; tum loqueretur: cũ ſapere didiciſſet. Et Hageſilaus rex: cũ quis alium uł laudaret uł uituparet: non dicentis minus q̃ laudati aut uituperati uitam ac mores ex ipſa oratiõe deprehendi affirmabat. Ad excandeſcentiam quoq; iſtiuſmodi ætas ẽ procliuior: quã eo te magis cauere oportet: quo p̃re eiuſmodi natus es: qui manſuetudine & clæmentia omne genus hominum anteit. Et q̃q̃ in omni ætate laudatur humanitas: eo tamen in adoleſcentia magis: quo id annorum inſolentiores ſumus. Q; facilitas ab omnibꝰ diligatur: moroſitatis odium facile declarat. Quis ẽm exoſus non ſit ac ueluti execret̃ hoĩes aditu & conſuetudine uitæ difficiles: quiq; nunq̃ ſint certis nunq̃ eiſdẽ moribꝰ? Nã de benignitate quid loquar? qua q caruerit adoleſcẽs: eo caret oĩo munere: qđ eſt eiꝰ ætatis ꝓpriũ. Nec huiuſmodi comitatis genus in danda pecunia ſolum donandoq; poſitum reor: ſed multo etiã magis in præſtãda liberaliter opera. Argẽti ẽm & auri munificentia non magis ẽ uiri boni q̃ diuitis. Sed innocẽtibꝰ uiris pijſq; adeſſe eoſdemq; ingenij ope opera q̃ tueri & cõſulẽdo & loquẽdo & deprecãdo: hiſq; oĩbꝰ

adminiculis:que uel natura:uel fortuna:ul' nostra nobis industria diligentiaq; pepererit: & benefici uiri est & plane sapientis. Quid præterea habent aliud uel principib⁹ nati uel ipsi principes ac reges: quo priuatos hoies antecellăt? Nempe id unũ: dumtaxat: quod ijs numerandi facultas ad est uberior. Itaq; Dionysium seniorem doluisse tradũt: qđ ab se dona Corinthiorum legati nollent accipere: tanq̃ p illos sibi non liceret eo uti bono: quo reges uno cæteris uidentur fœliciores. Quare cum is aliquando ad filium esset ingressus: uidissetq; apud illum uim aureorũ maximam argenteorumq; uasorum: proh inclamauit pater: fili in te rex certe non est: qui ex tanta uasorum copia: quæ a nobis accepisti: amicum tibi comparaueris nemine. Quid multis? Et beniuolentiam nobis apud alios beneficijs comparam⁹ & laudem non uulgarem. Laude uero duci adolescentem non possum non probare: Nam qui laudem amat: uirtutẽ quoq; amet: eamq; sequatur: necesse est. Id uero eo facilius sit facturus: quo studiosior fuerit disciplinæ. Nemo enim quod ignorat: amare possit. His autẽ disciplinis tibi opera danda est: quibus sapere discas nihil abiectum: nihil humile: nihil non admirandũ. Itaq; omnibus in rebus te ingenti atq; inuicto animo: ingenio uero splendidissimo & acerrimo cupio ita prestes: ut nihil agas: nihil loquaris: nihil deniq; cogites: quod sit aut uulgare aut excelsum minus. Qđ ut commodius consequaris: eorũ te uelim cõsuetudine delectari: qui te meliorem possint uel reddere uel ostẽdere. Nõ eñ affert paruã quandã laudationis uituperationisue cõiecturã improborũ aut proborũ hoĩm familiaritas. Siq̃ nobis corporis cõmoda natura sunt optima: non ijs absurde: sed pro dignitate semp utendum est. Cum Alexander Macedo & leuitate & cursu ualeret plurimum: hortatus a patre Philippo in olympiã ut curreret: nequaq̃ obtemperauit: inquiens: Facerem equidẽ mi pater quod iubes perlibenter: si mihi cũ regibus currendũ foret. Et quoniã in ludi mentionẽ incidimus: eadem adolescentib⁹ sit ludendi quæ iocandi ratio. Remittendi interdũ sunt animi a rebus serijs & laboribus: quo paululum ueluti recreati alacriores

pro fitetur se ipse pistorem

redeant:unde diuerterãt. Nec ſcurrarꝫ more iocari nos cõuenit:nec itẽ ludere ut aleatores ſolẽt: Sed queãdmodũ ſermo noſter ſparſim ac raro eſt ingenuis ſalibꝰ cõdiendus:ita rerũ gerendarũ tædiũ ac molẽ tẽpeſtiua liberaliũ ludorum atq; apta uiciſſitudine leuari decet. Et hi quidẽ ludi uidenť mihi maxime ꝓbandi:in quibꝰ uis dexteritaſq; ingenij corporis agilitati uiribuſq; reſpõdeat. Hmõi uero ludos palæſtra præbet:gymnaſiũ:ſtudiũ:diſcus:pila:iaculũ:arcus:ſcorpio:uenatio:troianũ agmẽ:& omnis deniq; meditatio militaris. Sed nullus mihi crede neq; iocus nec ludus aut pulchrior eſt aut laudabilior: ꝙ diſciplina exercitatioq; uirtutis:cui ſi te totum penituſq; dediderís:& tibi honori maximo:& nobis omnibus quos tua ſpes alit:incredibili iucũditati futurus ſis. Id aũt hac una re facillime poteris & expeditiſſime cõſequi:ſi præſtãtiſſimũ & fortunatiſſimũ patrẽ tuũ principẽ noſtrꝫ:cũ dicẽdo:tũ agẽdo quaſi ideam quandam intueri ꝑ oẽm uitã effingereq; uolueris: Qđ ut facere cõtẽdas:te nõ ſolũ hortor:ſed etiã atq; etiam rogo & oro. Vale. Ex Mediolano.xij.kal'. Martias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Auriſpæ:ſal.

p Ollucem meum uidere cupio. Nam eius mihi præſentia uæhementer eſt opus: Quare ne iſtum patiaris apud te diutius hoſpitari:maiorem in modũ abſ te peto. Vale. Ex Mediolano.xij.Kal'.Martias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Laurentio Vallæ:ſalutem.

a Vdio te reliquiſſe Alphõſum Regẽ & eſſe Romæ. Nec dubito te nihil ꝓ tua prudẽtia feciſſe temere. Miror aũt cũ Alphõſo honorifice & :ut accepi:cõmode tractareris:quid Romæ ꝙ Neapoli hoc tẽpore uitã agere malueris: præſertim cũ nõ ſis neſcius quos fluctꝰ nauigaturꝰ ſis. Nõ eñ ocioſum te eſſe patiãť:qui uiros bonos eruditoſq; inſequi uel abſentis cõſuerũt. Tibi aũt ut omnia ſecũda ſint:plurimũ opto. Vale. Ex Mediolano.xij. kalen. Martias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philoſopho medicoq;:ſalu.

I Itteras tuas ultimas quas ſcribis dediſſe ad nicolaũ barbũ Ferrariæ ꝓconſulē:ut eas inde ad me daret: nunc̨ uidi. Mirorq̨ quid in cauſa fuerit: qđ eæ mihi ita ut antea tuæ alteræ:quas eidē uiro cōmendaras: redditæ nō ſint. Quare ſi uidebit:rurſus quæ ſcripſeras:proximo tabellario cōmittito:ut quod maxime cupiebã:iudiciũ tuũ nō ignorē. Proſpiciat Deus paci italicæ ac muſis:id qđ tanto ſtudio atq̨ uotis opto: ut auidius nihil poſſim. Ex ijs libris de exilio quos ad uos dederã:ab me duo deſiderant̃: alter de infamia:alter de pauptate: qui ſeu apud te ſint ſiue apud meũ Bernardũ Iuſtinianũ: uelim eos ꝓ ſingulari tua erga me beniuolētia diligenter inquiras:inuentoſq̨ ad me mittas. Deſunt etiã Mediolanēſia illa cōuiuia: & coſmiana oratio: & duo hippocratis libri: quæ quidē omnia ſi minus in hãc diem habuiſti:repetas uelim ab eodem Bernardo: ut ad me ꝓpediem perferenda q̃ diligētiſſime cures. Qđ ſi qui etiam apud uos fuerint:quos noſtra iuuet: ob idq̨ ijs diutius uti uelint:fac ut libet:modo domini nō omnino obliuiſcantur. Vnũ tibi bona fide polliceor:cum iſta primũ ad me reuerterint:noua alia ad te dabo:quæ(ut exiſtimo)iuuetutem ueſtram nō mediocriter delectabunt. Præterea alia mihi in re tua opera opus eſt. Docet Pataui medicinam Matthæus peruſinus uir egregie doctus idemq̨ diſertus. Is habet iam annos cōpluris duos illos Hippocratis libros: quos iam pridem(ut noſti)in latinum uerti. Hos ut nomine meo repetas & ad me des:te plurimũ rogo. Vale medicorum & amicorum decus. Ex Mediolano. xj. kalē. Martias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Franciſco barbaro:ſalutem.

I Am pudet me repetere totiens libros illos:quos cũ Conſtantinopoli agerem: ad te dedi. Video enim ad id te nihil omnino in hanc diē reſpondere. Nec ſatis intelligo ſententiam animi tui. Non enim iccirco tacere te exiſtimo:quod meos mihi libros nolis reſtituere. Noui enim & grauitatem & cōſtantiam tuam:noui fidem:noui integritatem. Ad hæc ea es altitudine animi: ea quam

græci μεγαλοπρέπειαν dicũt:noſtri uero magnidecen/tiam recte nominẽt:ut nõ modo quæ aliena ſunt:nolis inuito dño:ſed etiã tua ꝙ munificentiſſime in aliũ cõferas:præ/ſertim eũ:quẽ tui eſſe obſeruantiſſimũ nõ ignores. Itaq; te mi humaniſſime Barbare rogo etiã atq; etiã:ut meos mihi libros qui iam annos triginta hoſpitati apud te ſunt:contu/bernalis efficias:& id hac quidẽ lege:ut quẽ codicẽ ex om/nibus magis adamaris:eũ tibi ꝑpetuũ eſſe atq; tuũ uelim. Vale.Ex Mediolano.xj.kal.Martias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Sphortiæ ſecundo:ſalutẽ.

p Etijſti a me per litteras:ut te facerem certiorẽ: quæ mea ſentẽtia ſit de hui⁹ noſtræ tempeſtatis lingua quam alij hetruſcã:alij uulgarẽ uocant: nõnulli ſer/monis materni aut illiterati nomine appellant:ut tibi obſe/quar:& id quidem ſine ulla uel peruicacia uel contentiõe: quanq; ad rem hanc nõ inuitus ſolũ accedo:ſed etiam cum pudore propter uirum diſertiſſimum mihiq; amiciſſimũ Leonardum arretinum:qui in epiſtola quadam ad Blondũ Flauium uiſus eſt longe ſecus ſentire,atq; ipſe ſentiam. Sed quoniam ipſe etiam amicitiæ ueritas eſt anteponẽda:igno/ſcat Philelfo Leonardus mortuus:qui uiuus quoq; ignouiſ/ſet: ubi quæ ab me dicerentur: probabiliora iudicaſſet: ꝙ ſuiipſius dicta. Vt igitur ad rem ueniam : quoniam Italiam audimus deſcribi finibus latioribus:quibus non latini ſolũ: uerumetiã Greci:Ligures:Galli:& aliæ atq; aliæ gentes lin/gua moribuſq; diuerſæ continerentur:omnem meũ ſermo/nem de Romanis intelligi uolo:ac de ijs: qui Romana lin/gua uterentur priſcis illis temporibus quibus Plautus:Te/rentiuſq; poetæ:quibus Gracchi & Cato:quibuſ.L.Craſſus &.M.Antonius:quibus.G.Iulius Cæſar &.M.Tulli⁹ Cice/ro floruerunt.Nulla unquã alia oratione uniuerſum Roma/num populũ uſum arbitror: ꝙ ipſa illa:quam ſolet hic idem Cicero forẽnſem popularemq; appellare. Qua enim philo ſophi oratione ſunt uſi:ea ab hac oratoria plæriſq; in locis pro rerum materia plurimum differt. Nam propter noua planeq; inuſitata philoſophorum inuenta: inuſitatis item

& nouis uerbis opus fuit: quod eius rei cum apud latinos: tum multo magis apud græcos uidemus factitatum. Neq; ἄτομος atomos usq; apud Demosthenen aut Lysian reperiatur neq; ἐντελέχεια entelechia. At hæc apud peripateticos: illa apud Democritios & epicureos omnib' est in ore. Calliditatē ꝓ uirtute intellectuali posuit Cicero: quā græci uocant σύνεσιν synesin: quoniā melius non habebat: cū popularis ac forēsis loquendi mos aliter fortassis interpretabatur: adeo ut inter uirtutes urbanas uituperetur calliditas: at bellicis in rebus laudetur. Ad hæc poetæ quoq; nō loquor de comicis ac tragicis: qui toti erant populares: alia quadam locuti lingua multis in locis existimati sunt. Itaq; hos dicebat. M. Anto. orator ab se nequaq̄; attingi: quippe quos uidebat abhorrere a cōmuni & quotidiano loquendi usu: hic autē usus erat eiusmodi: quo æque indocti illitteratiq; utebātur atq; litterati & docti. Quod ut certo credam: cū alia plæraq; argumenta possunt adduci: tū illd' imprimis. Nouim' Hebræos & Græcos: audiuim' item ægyptios: Arabas: Assyrios: Persas: & eodē modo reliquas om̄is natiōes: quibus ꝓpria est suaq; grāmatica: cū alio sermone uti litterali & alio uulgari. Litteralis limatior est fortassis & proprius magis q̄ maternus: non alius tamē omninoq; diuersus: quo ad dictionum uariationem: declinationem: enūciationem: desinentiam. Vnde Hieronymus Rufino uitio dat: quod parentes quo nomine pater significatur & mater: nō hos qui iampridem diem obierant: sed reliquos sanguine cōiūctos uerbo: ut ipse cauillatur: militari: hoc est latino planeq; uulgari appellarit. Et græci quoq; ἀγαθὸν ἄνδρα agathon andra: quod bonum uirū significat apud doctos: pro uiro stulto uulgi consuetudine accipiunt. Nec Romani cum decreuerunt legeq; sanxerunt: nemini omniū gentium apud se audiri per interpretem: hoc est ut peregrini etiam omnes quibus causa apud se esset: latine loquerentur: idipsum unq̄; egissent: si alius sermo latinus esset: alius uulgaris. Hinc autē arbitror emanasse: ut & Germaniæ: & Daciæ & Sarmaciæ: ĳ omnes populi christiani: qui septentrionales occidentalesq; ad oceanum usq; iacent: non docti

mõ & lr̃ati:sed plane illr̃ati doctrinæq; omnis exptes:inge/ nue loq latine ꝓ inueťata cõsuetudine q̃dã discãt: ob eã ut arbitror rõnẽ:ut cũ uenerint in Italiã ac Romã:romano ser/ mone audiant eo:q cerdonib' etiã apd' priscos & pistorib' cõis erat. Veꝝ hi oẽs deprauate loquũt mľta atq; inepte q/ dẽ. Et ne id certe miꝝ:Nã arte nõdũ adhibita & his præce/ ptis:quæ a diligẽti doctrina ꝓficiscunť:nõ admodũ mľtum præstam⁹ infantib⁹ imperitisq; muliercul'. Et id sane nõ solũ hac ætate usu uenit:sed apd' priscos etiã illos accidisse audi/ mus. Quo factũ ẽ: ut latinitatis uitiũ q̃si ꝓbro datũ sit a Ci/ cerone uiro eloq̃ntissimo ipi. M. Antonio:aduersus quẽ le gunť Antonianæ orões. Ad hæc frustra apd' Quirites & in exercitu habitæ eẽnt:quæ adhuc extãt priscoꝝ orões:si mi nus eæ ab auditorib⁹ cũctis potuissent intelligi. Nec satis scio:q̃ potuissent uoluptatẽ Plauti q̃s legim⁹:& Terẽtij co/ mœdiæ afferre ppľo: ubi sũt pueri & mľierculæ: si mĩn⁹ co/ gnoscẽt:quæ audissent. Nã qd' dicať cõuenisse ppľm indo/ ctũ ut spectaret nõ ut audiret auditaq; intelligeret : stultũ est. Nõne ipe etiã Cicero meminit uersu una syllaba aut lõ giore aut breuiore recitato:exihilať:explodiť? Nũ id acci/ dere in theatro potuisset:nisi quæ recitareť:canerenť q̃ co/ mœdiæ:fuissent a ppľi cõsessu & auditæ & cognitæ? Latino inq; ſmõe:q & uulgaris erat:& omnib⁹ not⁹: eæ comœdiæ oẽs erãt scriptæ:& nõ comœdiæ mõ: uerumetiã tragœdiæ quotidiana loq̃ndi cõsuetudine lr̃arũ monim̃tis mãdabãť. Id uero ita eẽ declarat Cicero libro primo quæstionũ tuscu lanarũ hisce uerbis. In terrã em̃ cadẽtib⁹ corpib⁹:lisq; humo tectis:e quo dictũ humari:sub terra cẽsebãt reliquã uitã agi mortuoꝝ. Quã eoꝝ opinionẽ cõsecuti magni errores sũt: quos auxeřt poetæ. Freq̃ns.n.cõsessus theatri: in quo sunt mľierculæ:moueť audiẽs tã grãde carmẽ. Adsum atq; adue nio acheronte uix uia alta atq; ardua spelunca saxis structa aspis pẽdẽtib⁹ maximis:ubi rigida cõstat crassa caligo infe rũ. Tãtũq; ualuit error:q mihi qdẽ iã sublat⁹ uideť:ut corpa cremata cũ scirẽt:tñ ea fieri apd' inferos fingerent:quæ sine corpib⁹ neq; fieri possent neq; intelligi. Si mľierculæ igiť in theatri cõsessu audiẽtes eos tragœdiæ uersus mouebãť ani/

mo uera eē arbitrātes:quæ de uita functis audiebāt:intelli-
gebāt sane:quæ recitabāt:quæ si aliena fuissent a cōmuni ac
uulgari lingua:quo pacto intelligere potuissent? At ea non
grāmatice:sed latine referebāt. Nā lr̄atura plærisq; in locis
obscurior ē:at latinitas omnib⁹ nota. Qđ ni haberet ita:fru
stra monuisset Quintilian⁹:an̄ omnia acrē habēdā esse curā
parētib⁹:ne uitiosus sit ſmo nutricib⁹:sed recte loquant̄:cū
puer eaꝝ uerba conet̄ effingere:quas primū audierit. Nō
em̄ debere infantē illi assuescere ſmoni:q dediscēd⁹ sit. Nā
neq; debem⁹ eē nesciꝫ:lōge difficili⁹ eē a iā edocto in alium
ſmonē traducere:q̄ docere nouū. Itaq; idē monet optere
etiā p̄res esse loq̄ndi eruditissimos:& illud idē đ m̄rib⁹ sen
tiēdū. Itaq; recte Chrysippus optabat q nutrices eligi q̄tū
res pateret̄:optimas iubebat. Idq; nō solū:quo ad moꝝ:sed
etiā quo ad ſmōis rōnem:cū pueros diceret eorū esse tena
cissimos:quæ rudib⁹annis pceperint. Qđ aūt de nutricibus
ac parētib⁹ Quintilian⁹ dixerat:idem quoq; de pædagogis
præcipit:quos linguæ latinæ pitissimos esse uult. Nā si nu-
trices:quæ bn̄ loquant̄:min⁹ aliq̄n cōtigerint: saltē sit unus
pædagogus assidu⁹:qui latinitatis eruditus: si qua fuerint a
nutricib⁹ aut uitiose aut ineptius præsente alūno dicta:con
tinuo ea corrigat:nec illi insidere sinat. Vt hac.n.tēpestate
nr̄a accidere quotidie uidem⁹:ut rarissimæ nobis nutrices
offerant̄:quæ uulgari hoc ſmōe Italico utant̄ admodū ex-
culto:ita apud Romanos illos usu uenire poterat:ut in tan-
ta barbaroꝝ multitudine:q ex uniuerso terraꝝ orbe uariis
fortunæ casib⁹ in urbē influxerāt:latinitatēq; uiciarāt:nō fa-
cile eæ nutrices cōtingerēt:quæ merā incorruptāq; callerēt
latinā locutionē. Ac miror sane Arretinū Leōardū nr̄m cui
uideat̄ fieri nllo pacto potuisse:ut ea lingua uterent̄ uulgo
oēs:q̄ scripsisse legim⁹ & oratores: & poetas. Adducitq; su-
pellex exēplo inq̄es: Mulierculæ igit̄ illæ ac nutrices tuæ:
si de supellectili recte dicēdū erit: supellex diceret? Rursus
uero si declinandū erit ita: ut possessionē gubernationēq;
significet:supellectilis dicēt. Et si poscat intētio supellecti-
li:supellectilē uariabunt. Eædēq; cū pluraliter dicendū erit:
supellectilia uariato genere: pnūciabunt & supellectiliū &

supellectilib⁹. Si Leonardus aut. M. Varronē diligenti⁹ lectitasset: aut maternā: aut uernaculā græcorū linguā tenuisset: nunq̄ in id incidisset erroris. Græci. n. quib⁹ lingua deprauata nō sit: & quos ipsi tū sequimur: tū imitamur: ita loquunt̄ uulgo hac etiā tēpestate: ut Aristophanes comic⁹: ut Euripides tragicus: ut oratores oēs: ut historiographi: ut philosophi etiā ipi & Plato & Aristoteles: Lr̄ati aūt homines & docti⁹ & emēdatius. Id aūt patet ex hisce Platōis Aristotelisq̄ libris: quos ætas ꝓxima: aut paulo sup̄ior ex græco in latinū cōuertit: qui certe ob eā rōnem plærisq̄ in locis obscurissimi ineptissimiq̄ sūt: qm̄ ij sint illos interp̄tati: qui linguā uulgarē tenebāt eā: quæ & plæbeia erat & deprauata: atq̄ corrupta ob ꝑegrinorū mercatorūq̄ multitudinem: qui quotidie Cōstātinopolin cōfluebant: in orbēq̄ recepti incolæ græcisq̄ admixti locutionē optimā infuscarūt inquinarūtq̄. Nā utri aulici ueterē sermonis dignitatem atq̄ elegantiā retinebāt: imprimisq̄ ipsæ nobiles mulieres: quibus cū nullū eēt omnino cū uiris ꝑegrinis cōmertiū: mer⁹ ille ac purus priscorū græcorū s̄mo seruabat̄ intactus. Verū qd dixi cū ꝑegrinis? cū ne cū ipis quidē cōciuib⁹ ullus dabat̄ huiusmodi mulieribus colloquēdi locus: cū domo nunq̄: nisi noctu egrederent̄: atq̄ id quidē & raro: & equites: ac uelata facie deductæq̄ a domesticis ac suis: dū aut tēplū ꝑ religionis celebritatē aliquā interdū aut sanguine cōiūctissimos uisendi gr̄a peterēt. Qd' aūt de Marco Varrone meminerā: ait ille sexto libro de lingua latina: nouicios etiam seruos emptos in magna familia cito omnia cōseruorū nomina recto casu accepto ꝑ reliquos obliquos declinare. Si serui id cito didicissent: quid de ijs ē credēdū: q simł' cū lacte latinā biberāt linguā? Et qd' ait Leonard⁹ nr̄ euāgelia missarumq̄ solennia intelligi hoc tempore etiam ab ijs qui sunt illiterati: equidem pernego: & illud etiam addiderim: nō satis latine aut litterate Leonardū Poggiūq̄ nominasse missarū solennia: quem a græcis λιτουργίαι liturgie: hoc est supplices oꝑationes aut orationes operatiuæ: a nostris uero celebrationes corporis Christi nominātur. Sed hac de re nunc satis multa: modo intelligas latinam linguā uulgarē fuisse:

nõ lrālē. Vale. Ex Mediola. xv. kal. Martias: M.cccc.Lj.

Frācis. Philel. sal. di. pl. Nicolao cebæ.

I  Ibēter audio te uirū doctū ac disertū mādare lrarū monimētis res: ut ipe appellas: turcobyçātias. Sūt em̄ memoratu dignæ. Qđ aūt mei nominis oblitus nō sis: amice tu qdē facis & liberalr. Nō possū eqdē nō lætari maiorē in modū: cum indies magis magisq̃ intelligo nr̄æ beniuolētiæ amorisq̃ uim eē int nos mutuā. Quasi. n. diuinaris: q̃ta mēoria te cōplectar in scriptis meis: referre par pari uoluisti. Quid aūt de me scripseris: ignoro. Nā ego de te non uero min⁹: q̃ amice & loq & scribere cōsueui. Et qm̄ cupiebā atq̃ pcupio: omnib⁹ scriptis nr̄is testatū esse apđ oēs nostrā amicitiā: nō solū apđ præsentes: uerūetiā apđ posteros: Iccirco abs te petierā: q̃scūq̃ antea ad te dedissē eplas aliis aliisq̃ tpib⁹: eas ire ad me curares: quo redigerēt in codicē. Ioānes Mari⁹ fili⁹ cupit ad nos redire: ut uides: id qđ mihi eo ē iucūdi⁹: quō spero ipā diē admonitū: obediētiorē nobis futurū: præsertim cū uiderit eo me eē ingenio: ut patni iuris nihil sim remissur⁹: & id qdē ad liberorū utilitatē. Velim me facias q̃primū certiorē: siqua nauis sit hoc tpe Neapolin traiectura. Nā instituim⁹ petere Alphōsum regē: cui⁹ sum lr̄is q̃liberalissime inuitat⁹. Quare cū ei⁹ nomini nr̄as cētū Hecatostichas dedicarim: nam hoc nomine a cētenis uersib⁹ in satyras singlas: eas appellare uolui: ad illū ppediē sum itur⁹: quo ipē præsens atq̃ corā hmōi satyrarū codicem ei dono tradā. Nec erit præterea iniucūdū mihi Neapolin uisere. Nā ex uniuersa Italia ea solū urbs quā uidem⁹ a Marone nr̄o nō ignobilr laudatā: reliqua ē: uisenda mihi. Itaq̃ nauigatiōe q̃ itinere uti mallē. Est em̄ in pximis æstatis ardorib⁹ nō mō cōmodior min⁹ q̃ breuior. Ad hæc siquid habes de turcis post Amorathi obitū: scire cupio. Nā qui mō redeūt ex Germania a Frederico Augusto: aiūt expeditionē parare Turcū aduersus hungaros. Vale. Ex Mediolano xv. kal. Martias. M.cccc.Lj.

Frācis. Philel. Guiniforto barçiçio: sal.

h  Ieronym⁹ bindot⁹ fact⁹ ē gener me⁹. Huic cupio ei q̃optime me & ad cōmodū & ad dignitatē. Itaq

ad principē Marchionē ſcripſi:eūq; rogaui:ut Caſalis præ-
turā meo bñficio in hūc cōferat. Quare a te peto: ut hāc rē
ꝙdiligētiſſime & ꝙamiciſſime capeſſas:efficiaſq;:ꝙtū in te
fuerit:ut deſiderio huic meo ꝙcelerrime ſatiſfiat. Qđ autē
ſcripſi de Caſalis prætura:tu ſi qd meliꝰſentis:ad id incūbe.
Hoc erit mihi tā gratū:ꝙ qđ gratiſſimū omniū. Rogo etiā
te maiorē in modū: ut ꝑpediē mihi & ipē rñdeas: & reſpō-
dendū cures a principe de uniuerſo negocio. Vale. Ex Me-
diolano. xv. kal. Martias. M.cccc.Lj.

Frāciſ. Philel. Ciccho Simonetæ ducali ſecretario: ſal.

Ndies magis atq; magis mihi declaras ſingularē be-
i niuolētiā tuā:quā &ſi iāpridē noui certiſſimis do-
cumētis :tñ nō ē moleſtū:qđ eā mihi quotidie aſſi-
duis bñficijs tuis añ ocłos ponas. Itaq; habeo tibi atq; ago
grās immortal:qs ſi alio merito minꝰpoſſū:fide tñ & pieta-
tate cumulatiſſimas refero. Tibi igit̄ ita ſtatue me unū eſſe
q ita ſim tuꝰ:ut magis eē nemo poſſit. Reliquū eſt:ut qđ de
me hūaniſſime cœpiſti:ꝑficias apđ principē. Nōdū.n.ſcio
q mihi uita traducēda ſit:niſi liqdo cognoro:q mihi ſint an-
nui ꝓuētꝰ cōſtituti. Nam hoc pacto pecunias poſcere mihi
etiā ꝑmoleſtū ē. Præterea nō te fugit ānū iā præterire:poſt-
eaq; optimꝰ princeps nr̄ qđ mirū in modū optabamꝰ: huiꝰ
urbis potitꝰē. Quid ꝙtūcūq; habuerim:noſti. Nlłi hic mihi
fundi ſūt:nllæ priuatæ pecuniæ. Tm̄ habere ſemꝑ cōſueui:
quāti principū uł liberalitas uł prudētia me fecerit. Fami-
lia mihi ampla ē:& qm̄ fortaſſe:qđ uulgo faciūt: auariciam
nūꝙ didici:nūmoꝝ inopia ſinglaris. Quæ prædia mihi me-
diolanēſis reſp. præmij loco dederat in aureū duo milia: ea
ob mutatū ciuitatis ſtatū rediert̄ ad priſtinoſ dñoſ. Ad hæc
aurei mihi ſextēti & ampliꝰ ex ære publico debebant̄. Hos
ait diuꝰ Ambroſiꝰ: q publice mēſæ præerat:nunꝙ ſe ſolitu-
rū:niſi cogat̄ a principe. Itaq; ipē etiā decoxit. Rem tenes
Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal. Martias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro perleoni:ſal.

Vod uł abſētia tua ab urbe Genua tibi eſt accuſāda
q uł tabellarij neglīgētia: ex illaꝝ exēplo lr̄arū quas
ſeptimo idꝰ nouēbres ad te dedi:poteris intellige-

re. Videbo: qđ misisti: & amice & diligēter: Faciāq; qđ petis. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal. Martias. M.cccc. Lj.

Frācis. Phil. sal. di. pl. Angelo reatino iureconsulto.

q Vod de meo negocio cū Ciccho Simoneta uerba feceris: est mihi gratissimū: sed eo gratius futurū: si breui & ut decet: qđ phūanit Cicchus est pollicitus: cōficere ipe perexit. Nullo em mō recte cōsultū est rebus meis tādiu tēp⁹ terere. Ann⁹ em præterit: posteaq; optimus princeps noster hui⁹ florētissimæ reipublicæ est potitus: qui quanq; munificētissim⁹ in me est: ego tn̄ adhuc de statu meo incertus sum. Et res mea domestica est adeo attenuata diuturnitate bellorū & uict⁹ caritudine: ut ad tenuitatē accedere nihil quæat. Nec principis gl'iæ: nec laudi meæ cōducit esse Philelfum animo ægro: qđ tādiu sit necesse ē: quoad egere desierit. Nā egestatē nimiā musæ abominantur: qua lætæ esse nō possūt. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal. Martias. M.cccc. Lj.

Frācis. Philel. Gaspari pisaurēsi medicoq; ducali: salu.

e Tsi certo scio te mei & honoris & emolumēti studiosissimū esse: nolui tn̄ existimares qm̄ nihil ad te scriberē: me iccirco in præsētia cōticuisse: qđ aureis illis nup acceptis satis rei meæ cōsultū sit. Ego em (ut ita dixeri) accepi nihil. Nā q mihi nūerati sī nūmi: ijs ego qđ æs alienū cōflarā: nō tā dissolui q̄ leuaui. Quid. n. sitiēti Tātalo gutta roris? Expecto singulis horis intelligere: qd de re mea statutū firmatūq; sit. Nā hoc pacto diuti⁹ degere stultū ita iudico: ut nihil dici possit stulti⁹. Video me hūanissimo nr̄o pricipi & charū eē & piucūdū ἀλλὰ τῷ πείμωρτί οὐδὲμηδυ. Itaq; fac intelligā ppediē: qd mihi faciēdū cēseas. Vale. Ex Mediolano. xij. kal. Martias. M.cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Andreæ alamanno sal.

p Vtabā karolū arretinū redijsse mecum in grām. Ita em Ioānes arretin⁹ ei⁹ necessarius tuis uerbis mihi renūciarat. At Matthias triuian⁹ qui ab oppido patrio ad nos rediēs istac iter fecit: uir & amic⁹ & pbus aliter sentit de homine q̄tū ex ijs potuit intelligere: quæ secū karolum locutū dicit. Putabā ætatē alios mores attulisse. Sed

quãtũ uidere uideor: idẽ in nos ẽ:qui semp fuit. Agat:ut libet. Ego is sum:q & pacis & belli artes egregie calleo:quis pace philosoph⁹ magis delecter q̃ orator bello. Sed qm̃ dixit Carolus:ut idẽ mihi matthias retulit:se inuenisse in nostris scriptis quædã quæ ipe nõ ꝓbet:si de ĳs loqt̃:quæ i eũ scripsim⁹:recte qdẽ nõ ꝓbat. Quis em̃ ꝓbet:quæ in suũ dedec⁹scripta sint:etiã si ea merito optimoq; iure in se scripta animaduertit. Qd' si circa lr̃as & disciplinã erratum putat: uellẽ id oñderet:quo ul' me ul' seipm doctiorem efficeret. Nã qd' rogat⁹ a Matthia ut qd' insilabat:referret in mediũ: rñderit Carolus se nõ meminisse:nõ potui id audiẽs nõ ridere:præsertim cũ sese mẽoriæ imprimis laudari uelit. Hæc iccirco ad te scripsi: ut Caroli erga nos uolũtatẽ nõ ignorares. Neq; tu igit̃ nec ali⁹ qsq; possit iure Philelfum accusare: si nõ infert:sed ꝓpulsat iniuriã. Nicodemũ aũt nõ possũ nõ mirari:qui ut audio:nihil eorũ egerit: quæ princeps iusserat. Vale. Ex Mediolano. xĳ. kal'. Martias. M.cccc.Lj.

Frãciscus Philelfus:Nicodemo tranchedino:sal.

m Emini quæ nup cũ Mediolanũ reuertisses:mecũ de ĳs locut⁹ es:quæ nr̃ optim⁹ princeps tibi in Hetruriam abeũti iusserat. Scio itẽ ea de re lr̃as rurs⁹ a principe ad te datas:at Matthias triuian⁹ familiaris nr̃ ac bonus plane uir cũ istac iter faceret repetitur⁹ Mediolanũ: locut⁹ est cũ eo uiro:q̃ cũ oĩs res agit̃. Is nihil abs te ait audisse hac de re nec principis nomine:nec alit̃ prsus. Itaq; nõ possum nõ mirari. Scis tibi rẽ esse cũ satyro. Vale. Ex Mediolano. xĳ. kal'. Martias. M.cccc.Lj.

Frãcis. Philel. sal. di. pl. Ciccho Simonetæ ducali secreta.

e Go te plurimũ rogo at oro:ut rẽ meã iã tandẽ expedias. Nihil. n. prudẽti uiro stulti⁹ duci puto q̃ sibi ac reb⁹ suis nescire cõsulere. Nec em̃ mihi semp pẽdedũ ẽ. Ita esse ut sum:neq; principi cõducit:nec mihi. Vale. Ex Mediolano. xĳ. Kal'. Martias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Iacobo camerinati:sal.

i Llis. M. Tullĳ Ciceronis orõnib⁹ qs a me cõmodato accepisti:uti iã cupio. Itaq; eas uelim: ꝓpediẽ ad me des. Nã iãdiu tuo hospitio usæ st̃. Quare facito:

domũ repetãt. Vereor em̃ ne dñm sint oblitæ. Qđ si tarda-
rint: extrude. Vale. Ex Medio. xij. kal. martias. M. cccc. Lj

Frãcisc⁹ Philelfus: Blõdo Flauio aplico secretario: salu.

Audeo qđ scribis te meas anteuertisse lr̃as: & si tuæ
g q̃tũ uideor intelligere: utũt adhuc incessu testũdi-
neo. Nõdũ em̃ aduẽtarũt. Quare uide ne fides in fi
do illo nũcio desiderãda sit. Qđ aũt đ statu meo certior fie
ri uis: hic me priceps singlari beniuolẽtia ẽ cõplex⁹: cũmu-
latq; quotidie maiorib⁹ bñficijs. Hieronym⁹ gener reliqq;
familia nr̃a bñ habet. De Strabõe nihil ẽ qđ laborem⁹. Ami
cus. n. ille eũ habere se pnegat. Istic ẽ apđ Aurispã eiusmõi
Strabo geograph⁹: & ut audiui: apđ Guarinũ si quẽ habere
potes: cõmodato mitte ad me: & ad triduũ usq; faciã qđ cu-
pis. Te nr̃o principi q̃ diligẽtissime cõmẽdaui: q tũ iucũdis
sime de te audiuit: tũ rñdi phũanit & pbenigne. Vellẽ qđ
scribis: uno eem⁹ atq; eodẽ loco: quo alt altero frui assidue
possem⁹. Nã cũ studiorꝫ & morꝫ silitudo: tũ cõsiliorꝫ cõica-
tio & cõuict⁹ assiduusq; usus amicitiã maxie non tuet solũ:
sed aũget & suauiorẽ efficit. Qđ te tãtisper ad agriculturã
cõtuleris: dũ uer adolescere incipiat: laudo: mõ piri istæ q̃s
inseris: & cõsitiões uitiũ uberrimũ fructũ aliquẽ breui sint
allaturæ. Cũ Italiã tuã oĩ ex pte exornaris: fac uideã. Vale
Ex Mediolano. iiij. Kal. Martias. M. cccc. Lj.

Frãcis. Philel. sal. di. pl. Sphortiæ secũdo.

p Ollicit⁹ es nõ mõ ñ petẽti mihi: sed ne cogitãti qdẽ
te dono datur nescio qd. Itaq; nolim te falli opini-
one tua: ut intelligas nihil eẽ mihi redditũ tuo nomine: nec
itẽ alteri⁹ cuiusq; in hãc diẽ. Quare facito: ne ul obliuiõis ac
cuseris ul negligẽtiæ. Nã utrũq; crimẽ tua præclara indole ẽ
indignũ. Vale. Ex Mediola. v. idus Martias. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Laurentio Gyni filio: salu.

Vauis & phũanas lr̃as ad me tuas incredibili cũ uo
s luptate plegi. Erãt. n. cũ ornatissime: tũ plenæ sũmi
amoris erga me tui. Qđ aũt florẽtissimæ tuæ reipu.
nomĩe me inuitas: ac ueluti reuocas in patriã: uix dici quæ-
at: q̃ntã ex ista ingẽti benignitate uestra læticiã gaudiũq; su
sceperim. Quid em̃ mihi uel iucũdius cõtingere ul optati⁹
potuisset q̃ facultatem offerri ad uos redeundi: præsertim

cũ dignitate & cõmodo. Sunt ſane nõnullæ reſpu. in Italia: quib⁹ ꝑ ſuis de me ampliſſimis meritis debẽt plurimũ: ſed quã magis uľ amẽ uel obſeruẽ: ꝙ inclytã Seneſiũ rẽp. nulla eſt. Nã ut honoreſ omittã atq; emolumẽtã: quib⁹ me cũ iſtic aderam: pulcherrime affeciſtis: uideo uos Senẽſes ea grauitate & prudẽtia cæteris hominib⁹ antecellere: quã & laudare oẽs & admirari debeãt. Quo fit: ut multo ante quæ futura ſint: ꝓſpiciẽtes & cõſulentes in rem ꝙ optime: pacatiſſime ſemp̃ honorificentiſſimeq; uiuatis. Sitiſq; nõ tam moleſti: ꝙ uenerabiles omnibus. Idq; aſſidue præſtatis: ut & boni uos amẽt: & mali etiã ipſi nõ minus uereanť ꝙ metuant. Vt eñ uetera omittã: quanta mõ cũ ſapiẽtia ꝙq; moderate e medio ſuſtuliſtis plumbini periculũ. Nã cũ potentiſſimi fere oẽs Italiæ principatus illi⁹ pulcherrimi munitiſſimiq; oppidi cupidine arderent: ſoli uos eſtis inuenti: qui & illi quod iam ſeruiebat: priſtinã libertatem peperiſtis: & uobis perpetuũ ociũ cõfirmaſtis. Nõ eñ ſine ueſtro nõ mediocri incõmodo perire Plumbinũ potuiſſet. Hoc aũt apd' uos facit ciuilis cõcordia: quã ut ꝑpetuo nõ tueamini ſolũ: ſed indies magis atq; magis amplificetis: uos uniuerſos ciuis ſapientiſſimos rogo atq; oro. Nemo profecto uobis obeſſe poſſit: ſi una ſemp̃ uobiſcũ ſentiatis. Quod uero eodẽ publico humaniſſimoq; cõſenſu me ad uos tanꝙ in patriã meã mihiq; chariſſimã accerſatis: maiorẽ in modũ & lætor & gaudeo. Vt aũt ipſe tu dulciſſime Laurenti intelligas nõ ingrato homini officiũ præſtari: Xenophon filius mihi dilectiſſimus te adibit: qui meo nomine & loqueť omnia: & cõponet. Nã ut ipſe mea eſt caro: ita ſecũ defert mentẽ omnem & animũ meũ. Tu me præſtãtiſſimis reipu. principib⁹ unice cõmenda: atq; amicos omnis ſaluere iube. Vale. Ex Mediolano pridie kalen. Apriles. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Franciſco patricio ſalutem.

[e]X litteris Xenophõtis filij liquido cognoui: qd' minime dubitabã ſingularẽ erga me tuã beniuolẽtiã. Lætor aũt uæhemẽter: qd' uetus illa de te mea me nequaꝙ fefellit opinio. Itaq; ut intelligas me ui amoris non

uinci abs te:decreui omnino ad uos redire: modo æqua id conditiōe fieri a me possit. Tuū igitur munus fuerit: ut qđ cœpisti sponte:id etiā mea causa perficias. Xenophon reliqua tecū cōmentabit. Ego patrē tuū grauissimū & optimū uirum bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano pridie kaľ. Apriles. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Antonio Michaeli equiti aurato: salu.

g Audeo equidē plurimū: qđ nō solū in rei pecuniariæ: sed in amicorū etiā hæreditatē succedere institueris patri tuo clarissimo & sapiētissimo uiro: q cū mihi tāta familiaritas beniuolētiaq; fuit: ut maior cuiq; esse posset cū nemine. Nā filius Xenophon litteris mihi significauit: quāto studio ac fide operā das: ut me corā perpetuo uti atq; frui possis: imitatusq; humanissimū patris ingeniū æque me diligis atq; ille cōsueuit. Itaq; tibi gr̄as habeo maximas. Vt aūt intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere: Xenophon filius quā ego decreuerim ire in sentētiā tuam: tibi corā exponet. Vale. Ex Mediolano pridie kalē. Apriles. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: salu.

q Votiēs accipio tuas lr̄as: totiēs Leōardū meū patrē tuū uel potius nostrū clarissimū & præstāti sapiētia uirū uideor corā aspicere: eundēq; mutuo & audire & alloqui. Quæ quidē res cū sūmā mihi afferat uoluptatem: facile debes intelligere: q̄ mihi molestū sit: cū etiā bis & iterū inuitatus interdū nihil respōdes. Ad resurrectionē christianā id qđ hortaris: te uisere institui: mō id mihi facere liceat per principem. Quare quod facto fuerit opus: coram una cōmentabimur. Vale. Ex Mediolano pridie kalē. Apriles. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Aenico dauolo equiti aurato salutē.

d Electarūt me ꝑfecto litteræ tuæ in maiorē modum. Erant eñ non solū scriptæ disertissime: sed certissimæ testes amoris illius mirifici erga me tui: quem iam tot annos dilucidius luce perspexi. Itaq; habeo tibi gra

tias immortalis:quod nō modo ipſe me ſingulari beniuolētia complecteris: ſed omni ope atq; opera niteris efficiſq; ut iſti quoq; ſplendidiſſimo regum lumini ac ſideri Alphōſo regi munere tuo ſim chariſſimus. Nā qđ tam perhumaniter tanq; perbenigne me inuitet:ad ſe ut eam:non obſcure oſtendit:quam de me ſibi opinionem feceris. At cauendum eſt mi Aenice:ne tantum mea cauſa honus ſuſcipias: ut id ſuſtinere tueriq; nō poſſis. Facit enim perſæpe amor: ut quæ in amicis uel minima ſunt ſimulacra uirtutis:uel maxima uideantur. Quare moderate omnia de amico & prædicāda ſunt & ſentienda. Nā neq; temere nec inepte amorem cæcum finxit antiquitas. Fallit enim hominū iudicia: quippe qui quod ineſſe in amico optat:id quaſi inſit:tū palam prædicare:tum audacter recipere cuiq; non ueretur. Sed utcunq; de me res habet:ne ignores te homini non ingrato beneficium præſtitiſſe: ſi mihi per meum humaniſſimum principem licuerit:coram tibi oſtendam breui nihil eſſe apud me antiquius beniuolētia tua. Tu me interim diuo Alphonſo cōmendato. Vale. Ex Mediolano. v. kalen. Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philoſopho medicoq;:ſal.

I Am menſes prope duo præteriere: poſteaq̃ nullæ mihi tuæ litteræ ſunt redditæ. Itaq; ſum miratus & tuū & Bernardi Iuſtiniani ſilentium. Si mihi quicq̃ factur⁹ quod gaudeam maxime:cura:ut ꝓpediem litteras tuas q̃longiſſimas lectitem. Vale. Ex Mediolano. v. Kalen. Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Xenophonti filio:ſal.

q Vod Senēſes reditū ad ſe meū uæhemēter cupiūt: gaudeo. Omniū primū tibi uidendū eſt:quāti faciant meū reditū:ut intelligas me nulla cōditiōe Senam repetiturū:niſi duplo maius mihi ſalariū eo conſtituerint:qđ antea præſtitiſſent. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal. Iunias. M.cccc.Lj.

Fraucíſcus Philelfus: Aenico dauolo equiti aurato:ſalu.

q Vantã mihi uoluptatẽ attulerit tua illa ꝑgrauis di-
sertissimaq; epistola: quã nudiusquart⁹ a te accepi:
&si debes aliis litteris meis intellexisse: tñ quia fit
interdũ: ut litteræ nõ reddant: iccirco eadem rursũ ab me
significatũ iri existimaui. Quanti ego semꝑ fecerim beni-
uolentiã tuã: iam totos ãnos duodecim cognosti. Itaq; ama
bam te atq; colebã plurimũ solo egregiæ uirtutis tuæ intuẽ
tu. Aliud beneficiũ intercesserat: nihil. Nũc autẽ cũ uideo
quãta me benignitate ꝓsequeris: potes facile coiectare q̃n-
tus cumulus accesserit ad obseruãtiam erga te meã. Nihil
est profecto: quod magis cupiã q̃ id præstare: ut q̃ diluci-
dissime perspicias me unũ esse semꝑq; futurũ: quo de uno
ea tibi possis omnia polliceri: quæ de gratissimo & obseruã
tissimo homine expectari conueniat. Aduentũ autem me-
um ad Alphonsum regem maturabo simul atq; librarius sa-
tyrarum codicem quem cœpit excripserit. Tu me interim
& regi cõmenda & tibi. Vale. Ex Mediolano. iii. kalen. Iu-
nias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Nicolao Cebæ: salu.

l Audo diligentiã tuã: qui fugitiua nostra illa conui-
uia reuocaris ad dñm. Reliquũ est ut ea domũ re-
petere ꝓpediẽ cures. Verũ id tuto ac sedulo Ioãnes
Marius filius instituit ad nos redire. Itaq; rogo te maiorem
in modũ: quo id cõmode filius facere possit: cures meo no-
mine apud urbis præfectũ grauissimũ & humanissimũ uiri
Nicolaum Frægosum mei: ut nosti: iustis de causis amantis
simũ: ut publicæ fidei litteræ ad illũ dent: quibus ei cũ uxo
re & filiis ac rebus & cũ sociis sex: q̃ tutissime facere iter li
ceat per Genuensium locos: seu Sagona iter sit habiturus s
ue quacũq; decreuerit. Nolim enim quoniam uersatus est
in eorum oppidis: quos uestra respu. ducit in hostib⁹: q̃cq̃
ei manare inde posset incommodi. Litteræ autem mitten-
dæ sunt opera tua millesimũ q̃ ocyssime: quod ut facias: te
etiam atq; etiam rogo. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Iunias
M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Aenico dauolo
equiti aurato salutem.

Oepit Mediolani adeo peſtilētia incrudeſcere:ut
c nō poſſim mihi nō metuere. Itaq; nihil ē: qđ omit-
tam ad parandū iter ad te: modo librarius non me
fallat: Ad ſecundū uſq; mēſem aut paulo ampli⁹ te uidebo.
Vale. Ex Mediolano. iij. idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Andreæ alamanno: ſal.

h Eſternis litteris tuis quas mihi reddidit frater tu⁹:
qui Mediolani queſtorē gerit: eo ſum magis dele-
ctatus: quo minus iā expectatæ ſe mihi ꝙ ſuauiſſime obtu
lerunt. Nā cū tādiu diſtuliſſes officiū tuū: putabā tibi iuſto
aliquo impedimento nō licere: quod uelles. Itaq; in eā pla-
ne ſententiā eram adductus: ut crederē te nihil omnino re
ſponſurum. Verū tu elephantoꝝ more eo cōceptū partū
diutius ferre animo uoluiſti: quo cū extuliſſes in lucem: fo
ret is diuturnior. Fuit epiſtola tua non diſerta ſolū: ſed eru
dita & docta. Nā quod nuſꝙ totum de philoſophorum di
ſciplinis apud unum aliquem inuenias: non græcum: nō la
tinū: non gentilem: non chriſtianū philoſophum: id non ti
bi modo: ſed omnibus quoq; mediocriter eruditis notiſſi-
mū prædices. Et id quidē cōtra Socratis inſtitutū: qui ſcire
ſe nihil diceret: facile declaras uł magnitudinē uel fiduciā
fœcundiſſimi ingenij tui: qui etiā quæ maxima ſunt de uir
tute ac fœlicitate minima iudices. Defenſio uero tua & ſi ē
acuta & perſubtilis: una mihi ratione probatur magis: ꝙ te
antea non ſerio: ſed ioco ad me ſcripſiſſe profiteris. Miror
autem ſi ioco locutus es: quid me ſerio tibi reſpondiſſe ar-
bitreris? Quare uelim ita uerba mea interpteris: ut mihi
tua cupis interpretāda. Nam ut inquit ille: Dauus ſum: nō
œdipp⁹. Vale. & œconomica mitte. Ex Mediola. iij. idus
Iunias. M.ccccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Mariano ſacerdoti: ſal.

q Vid in cauſa fuerit: ut poſteaq̄ hinc abijſti nihil de
his reſpōderes: quæ tuæ fidei ꝓ amicitia noſtra mā
daram: non prius intelligam: ꝙ ipſe tu me feceris tuis litte
ris certiorem. Quare ſi me nunc quoq; diligis: ut antea cō-
ſueuiſti: a te peto: ne me longius teneas deſiderio tuarum

litterarũ. Vale. Ex Mediola. ṗdie idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus Antonio panhormitæ: ſal'.

S Iqua in re Xenophonti filio fuerit opꝰ tua opa: ſcio te nihil eorũ prætermiſſurũ oim: quæ mea inteſſe cognoris. Quis em̃ ẽ cui ꝙ tibi charior eẽ debeã? Nã ego te nõ ſecus diligo amoq; ex aio ac fratrẽ: id qđ tibi niſi ex om̃i parte eſt cognitũ: quid eſſe cognitũ poſſit: non intelligo. Vale cũ pudiciſſima uxore tua pulcherrimaq; filiola. Ex Mediolano pridie idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Aenico daualo eqti aurato: ſal'.

X Enophon filius ad te uenit: ex quo mentẽ meã omnẽ intelliges. Quare qcquid tibi noie meo expoſuerit: ita accipe: ac ſi me corã loquentẽ audires. Verba em̃ filij pr̃is ſunt oia. Itaq; me totũ in Xenophonte apđ te eſſe exiſtimato. Te aũt rogo: ut idẽ in me ſis: q fuiſti ſp: hoc eſt & facilis & humanꝰ: & quantũ ad regẽ attinet: ꝑbenignꝰ. Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſces. Vale. Ex Mediolano pridie idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: ſal'. di. plu. Franciſco barbaro.

Q Værenti mihi litteras ad te dare: quas lecturus libẽter fores: nullũ ſane cõſentaneũ muſis occurrebat argumentũ. Nam quid aliud Philelfus digniꝰ ſcribat ad barbarum q̃ de humanitatis ſtudijs? At hæc ſcilicet apud nos ſordent. De rebꝰ uero bellicis: quas uideo quotidie impẽdere ardentioris: nõ eſt mei numeris qcq̃ obſtrepere. Quod autem acceperim te ex pedibus laborare: nõ poteſt mihi pro noſtra ſumma beniuolentia: non eſſe permoleſtum. Es enim indignus: qui quicq̃ patiaris quod nolis: præſertim cum ſis uita continentiſſima: ni fortaſſis iſte ſit morbus ab uſq; maioribus tuis hæreditarius. Nam podagra ut Hippocritis ſententia eſt: fit ex eo ſanguine: quẽ bilis ac pituita corruperit: & id quidem in uenis gracillimis: quibus corpus: ut perneceſſarijs: carere nullo pacto poteſt. At ipſe tu nulli es bili obnoxius: qui unus omnium ſis moderatiſſimis moribus: ſed ne pituitæ quidẽ: qui nulla ſis nec ingenij nec corpis craſſitudine. Quare cum iſtiuſ

modi offensio a parẽtib⁹ in te insit: fer æquo aĩo hæreditatem. Vale. Ex Mediolano pridie idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho medicoq: sal'.

e Binis litteris tuis alteras accepi: quas idibus aprilibus ad me dedisti. Nã priores quas meministi: ex Varone nondũ redditæ mihi sunt. Vix autem dici queat: quãta in his legẽdis uoluptate perfusus sum. Videre em̃ te corã atq; tecum loqui mihi sum uisus. Nã quanq; sciebam me ex animo tuo minime excidisse: nõ poteram tamen non subdubitare: ne quid tibi quod nollem: accidisset. Nunc uero & hac me suspitione oportune liberasti: & quid in causa fuerit silentij tui: ostẽdisti. Nam quod ego ad Alphonsum regẽ non ierim: ut scripseram: principis inhibitio effecit. Cuius iussis me parere necesse est uel inuitum: quanq; nihil est: quod nolim: quod hũc uelle sentio. Abfui autem Mediolano: Cremone ṗmũ: deinde Ticini tãdiu agens: quoad Mediolani pestilentia deseruerit. Peto autem abs te; ut posteaq; superiores litteræ tuæ ad me non peruenerũt: iterum me si tibi uisum fuerit: cur aũt minus uideatur? Nihil em̃ frustra ad me scribere unq; soles. iterum me inquam: de ijs omnibus certiorem facias: quæ antea ex tua & Bernardi iustiniani sententia significas te scripsisse. Ego res Italicas uersu heroico sũ aggressus: præsertim eas quæ Sphortianæ laudis intersunt. Itaq; poeseos huius inscriptio est Sphortias. In libros uigintiq̃ttuor uniuersa materia distributa est. Ita enim mihi scribendum occurrit: ni dies sententiam mutarit. Primum librum absoluimus. Nunc secundum elucubramus. Quæram ex te aliqua ad ueritatis argumentum: si tibi id facere licuerit. Nolim enim errore duci: quod faciat: oportet: qui rumoribus credit. Audio barbarum in podagram incidisse: id quod doleo uæhementer. At proderit fortassis ad redeundum cũ musis in gratiam. Vale. Ex Mediolano pridie idus Iunias. M.cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Saxolo patrensi: sal'.

q Vanq̃ hoc tpe mihi ocij nihil erat: ne tamẽ mea taciturnitas tibi molesta esset: respõdi ad ea paucis: quæ petieras. Cercopes duo fuere: quoꝝ nomina Aeschines Sardianus in iambis scripsisse tradit̃. Nã alter Andulus dict⁹ est: alter Atlantus. Hos aũt deceptores mẽdacisq̃ extitisse apđ Aeschinem Atheniensem in legatione patet: quos etiam Anaxogoras uenãdorum simiorum gratia in eas insulas traiecisse narrat: quæ a simiorum nomine qui πίθηκοι pitheci appellantur: uocatæ sunt pithecinę. κέρκωψ cercops præterea & iocosum significat: & ẽ eorum simiorum species: quibus caudæ sunt lõgiores. Qđ autem petis idem ne significet οἴοσεἰ: & οἴοστεεἰ certe nequaq̃ idem. Nam quod scribitur sine τε οἴοσεἰ: uita uolo significat: Sed si scribatur cum τε οἴοστεεἰ: significat potes: id quod ex usu legendi non obscure animaduertes. De anno autẽ proscænio apud Plautũ: textus ille corruptus est. Nannio enim scribi oportet. Fuit aũt Nanniũ illustris meretrix: quã & hyperides contra Patrocleũ: & Apollodorus in ijs quæ scripsit de meretricibus: αἶγα hoc est caprã: ut scis: nominatã scribunt: ea scilicet rõne: qđ tabernarium quendã Tallum noie: id quod uirgultum significat: exederet. Virgultis eñ capræ plurimũ delectãt̃. Antiphanes uero iunior: in ijs quæ de meretricibus reliq̄t scripta: Nanniũ dicit uocatã esse cognomine ꝓscæniũ: qm̃ extrinsecus formosissima uideret̃ instar ꝓscæniorũ theatraliũ. Recte igit̃ Plautus uituperatoribus occurrẽs: oñdit se primũ nõ esse: qui tragœdiã admiscuerit comœdiæ: cũ in Nannio proscænio idẽ antea fuerit factitatũ ab alio poeta: quisq̃s tandẽ ille fuerit: ut patet ex ipsis uerbis: quæ tangunt̃ in textu. Qui ꝟo ille fuisset: certi habeo nihil. Vaticinari aũt nolim. Vale. Ex Mediolano pridie idus Iunias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: sal'. di. plu. Nicolao Arcimboldo ducali senatori ac iureconsulto.

n I tibi uiro integerrimo: & eruditissimo homini: & cũ reꝝ mearũ oim: tũ meijpsi⁹ ĩprimis studioso gratificer oĩa: quæ præstari a me queãt; sim plane ingrat⁹. Fa

ciam igit:quod tãtopere efflagitas:& id quidem nõ liben/
ter minus:q̃ diligenter. Cæterũ nosti occupationes meas:
quibus si uoluntatẽ meã cõparaueris:haud me cunctatiõis
accusabis. Studebo tamen:annitarq; manibus ac pedibus:
ut aiunt:ut diligẽtia oẽm superet necessitatẽ. Vale. Medi/
olani ex ædibus nostris ibibus Iunijs. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Donato actiolo: sal.

a Ccepi esse apud uos quosdã priscos de arte grãma
tica libros: quorũ uelim nomina ad me scribas. Nã
quibus hoc tempe in publicis ludis græci utũtur libris: ple/
ni sunt ineptiarũ: ac plane tales: ut ad dediscendum sint: q̃
ad discendum longe magis accõmodati. Tu fac: quod pe/
to: ac Vale. Ex Mediolano idibus Iunijs. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Catoni Sacco equiti
aurato ac iureconsulto: sal.

a Iunt te mi Cato factum auariusculũ: quod plurimũ
miror. Nã cui parcis pecunias tuas: qui liberos ne
gigneres: uxorem mathusalem tibi matrimonio iunxisti?
Fratri ne? At ille est longe te stultior: qui a tuo conspectu
non secus fugit: q̃ si basiliscum intueretur. Num te poda/
gra iccirco in auariciam agit: quod metuas fore: ne si leges
docere & ius ciuile cogaris deserere: ad pauperiem pristi
nam redigarẽ: quasi tibi non propterea iunxeris locuple/
tem anum uxorem: quod nũmos liberis prætuleris. Viue
igitur ut cõsuesti: liberaliter: neq; tibi pauperies metui sit.
Nullus eñ uæhemẽtior dolor uacat febre: quæ una te bre/
ui: ni sapias: omni exuet cura. Vale. Ex Mediolano idibus
Iunijs. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Andreæ alamanno: sal.

d Emetri⁹ Argyropolus istac iter factur⁹ in urbẽ Ro
mam: petijt a me: ut se tibi p litteras cõmendarem.
Quod mihi tam facile est: q̃ quod facillimum. Modo intel
ligas eum esse Demetrium: qui cum grauitate ac uero ni/
hil habuerit commune unq;. Ex librario nõ inepto: quan/
tum ad formã litterarũ attinet: uult uideri philosophus: id
quod ex ornatu capitis longioreq; pallio tibi facile fuerit

iudicare. Nam neq̃ uite institutis neq̃ doctrina ulla philosophi quicq̃ sapit. Verum lingua est & celeri & expedita & suaui: ut græcorum nemini cedat. Voce quoq̃ & clara & sonora. Rem omnem tenes. Ita tibi hominẽ cõmendo: ut illi adsis: & tecum habites. Vale. Ex mediolano idibus Iuniis. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus: sal. plu. di. Benedicto nursino philosopho ac medico ducali.

n On esse possum sine permagna sollicitudine animi ac molestia ob hunc pestilentiæ morbum: quo uniuersa correpta ciuitas in assiduis innumerabilibusq̃ funeribus & dies consumit & noctis. Neq̃ satis scio: quid cõsilii capiam. Nam sine liberis uniuersaq̃ familia hinc decedere & inhumanum sit & dedecorosum omnino. Diutius uero uersari inter tot ac tantos ineuitabiliũ sagittarũ ictus: est hominis non minus dissoluti: q̃ insipientis planeq̃ insani. Præterea & quo sim ꝓfecturus: & quo pacto: qui & pecuniis caream: & ab omni fortassis urbe metu contagionis excludar? Peto igitur a te mi Benedicte: ut tuis me prudẽtissimis consiliis adiuues. Vale. Ex Mediolano idibus Iuniis. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus Angelo reatino iurecõsulto: sal.

e T princeps abest Mediolano: & pestifer hic morbus incrudescit indies magis atq̃ magis. Nec mihi integrũ est: maneã ne: an abeam: ita sum & aio perturbato: & cõsilii egens: in tanta præsertim rerũ mearũ omnium difficultate & inopia. Accedit item ad malum: quod edicto principis cautum audio: ne quis Mediolano decedens in loca alia admittatur eius dicioni subiecta. Rogo te maiorem in modum: mihi faciunda ut q̃primum cõsulas. Vale. Ex Mediolano idibus Iuniis. M. cccc. Li.

Frãcis. Philelf. sal. di. plu. Ciccho Simonetæ.

d Eus iis ul mortuis sit iratus: qui primi auro & argẽto precium statuerunt: ut qui caret alterutro: inutilis (ut ita dixerim) habeatur. Quod nunc mihi uideo accidisse. Quanto uersor in periculo atq̃ discrimine inter hæc

peſtilētiæ iacula:tute uel reticēte me animaduertis. Si mi/hi adeſſent pecuniæ:permultos haberem fautores & ſalu/tis & dignitatis meæ. Sed quoniã illis careo:præter te unũ uirum optimum & hominum mihi amiciſſimũ cæteri om/nes:alij negligunt:alij contemnunt. Nec tamē tibi perſua/deas: uolo me frangi animo:aut aliud quicꝙ humilius de me ſapere. Quin eorum potius miſereor:qui in hominis figura uitam pecudis repræſentant. Velim tamen pro no/ſtra amicitia:mihi conſulas:quæ ſit tua de rebus meis ſen/tētia. Nam nec diutius mihi agere licet Mediolani ꝓpter inualeſcentem indies magis atꝙ incrudeſcentem peſtilen tiæ uim & efferatã rabiem:nec alio ſecedere indigenti pe/cuniarum. Litteræ enim ducales nihil omnino mihi ꝓfue/runt apud hos ædiles:hoc eſt prouētuum ducalium magi/ſtros:quos uocant. Ni metuerem fore:ut offendam princi pis uoluntatem:abirem extra hanc Galliam ciſalpinam tu/tioris ĩ locos. Vale. Et principē hortare ut meminerit mei. Ex Mediolano. Idibus Iunijs. M.cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus:Iacobo bracello & Gotthardo:ſalutem.

x Enophon filius:qui haſce litteras uobis reddidit: corã exponet:ꝙ mihi in re ueſtra opa opus ſit. Nõ aũt ſum ignarus gratiſſimũ uobis eſſe me ueſtra opera uti uelle præſertim in re litteraria. Nam Ioannes Marius filius cupit ire ad me:quod ut cõmodius poſſit & tutius facere: iccirco publicæ fidei litteras petit: quoniam in eorum op/pidis eſt uerſatus iã mēſes duos:quos ueſtra reſpub. ducit in hoſtibus. Reliqua ex ipſo Xenophõte cognoſcetis. Va lete ex Mediolono Idibus Iunijs. M.cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus:Nicolao Cebæ:ſal'.

r Eſpondi nudiuſtertius tuis litteris. Itaꝙ in præſen/tia breuitate ſum uſus:præſertim quod Xenophõ filius iſtuc iret:qui tecum meo nomine uerba facturus eēt. Venit enim ut Ioannem Marium fratrem comitetur Me/diolanum. Huic uelim:mea illa conuiuia ad me des. Vale. Ex Mediolano idibus Iunijs. M.cccc. Lj.

p Vto audiuisse te instituisse Ioannē Mariū filiū ad nos reditum facere. Quare petijt p lr̄as: ut Xenophonta Genuā qua iter factur⁹ est: q̄primū mitterē: quo se comiteť Mediolanū. Reliqua Xenophon ipse filius meis uerbis tibi corā narrabit. Ego Arrhianū uæhemēter cupio. Vale. Ex Mediola. idibus Iunijs. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: salutem.

c Vm cæteris in rebus me tuæ proximæ litteræ plurimū delectarunt: tum eo me nō mediocriter perturbarunt: quod publicæ fidei litteras significabas iā supra secundum mēsem missas ad me a Bernardo Iustiniano uiro patricio & mihi amicissimo. Fatebor tibi ingenue: quæ ante fuit opinio mea. Instituteram: ut scis: ad resurrectionē christianam ire ad uos. Itaq; me pararam: quotidie litteras uestras auidissime expectans. Sed ubi aduenit constituta dies: nec ego ex te: nec ex alio quoq; amicorū uideo qcq; epistolarum: cœpi mecum uæhementer stomachari atq; irasci mihimet: qui omnino frustra amarem. Itaq; decreueram nihil posthac amplius ad uos scribere. Sicq; distuli cō plusculum temporis: ut nosti: deinde cum refrixisset excādescentia: & amicitiæ uis rursus cōcaluisset: non potui me continere: quin aliquid tecum obstreperem. Nunc re quā scribis: diligenter cōsiderata: quid iudicaturus sim: nescio. Vnum autem cupio: ut me facias q̄primū certiorem quinā ille fuerit cui Bernardus litteras ad me dedit. Reliquū est: ut aliæ parentur publicæ fidei litteræ: quibus temp⁹ duorum mensium sit præfixum: atq; incipiat ad. xvij. kal. Septembres. Ad id enim temporis institui proculdubio uos uisere: id quod me tuto facturum uolo: at nolim: mihi obesse possit: quod iamdiu in his sum: quibus cū tam dura bella gessistis. Sum autem iturus ad Alphōsum regem. Quare diuertam ex eo ad uos itinere. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Iulias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Aenico Daualo. sal.

f Vm certior factus a Gabriele mirabili: q mō istinc

Mediolanũ orator rediјt dedisse te sibi alias ad me litteras circiter kľ.Februarias:quas ego uidi nusq̃. Nec aliæ omino ullæ ex te mihi redditæ sunt litteræ: præter eas quas ex puteolis ad.xvij.Kalẽ. Maias ad me dedisti.Itaq; nihil tibi mirandũ est:si nullum a me respõsum accepisti.Nã qd scripseras:scire non potui.Ad proximas autẽ respondi.Nunc autẽ habeo noui nihil.Satyrarũ codex assidue excribitur. Si prius nequiuero:ad augustũ saltem iter omnino ad uos capiam.Ante id temporis nullo pacto licet.Vale.Ex Mediolano.x.kaľ.Iulias.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Bartholomæo parmẽsi equiti aurato:salutem.

e Am mihi beniuolẽtiam ad Aprilem ostendisti : ut uideam mihi de te posse om̃ia polliceri. Quare cũ princeps noster pecunias mihi in præsentia tui dandas decreuisset:Xenophonta filium ad te misi:quem ut q̃primũ expediri cures:te etiã atq; etiam rogo. Erit hoc mihi tam grtaũ q̃ quod omnium maxime. Noui modestiã & humanitatem tuam.Scio moleste te laturum : si pluribus uerbis abs te petam:quod tua sponte facturus sis.Vale.Ex Mediolano.iiij.kľ.Iulias.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Catoni Sacco iurisconsulto & equiti aurato:salutem.

x Enophon filius coram tibi exponet: quid fieri abs te uelim.Tu aũt facies:scio:quod semper consuesti:& amice & recte.Ego ad augustũ sum ad Alphonsum regem iter facturus ab eodem scilicet inuitatus. Reliqua ex ipso Xenophõte cognosces.Vale.Ex Mediolano.iiij.kaľ.Iulias.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Aenico daualo equiti aurato:saľ.

q Vod modo.x.kaľ. Iulias ad te scripsi : hinc ad uos iter capiã ad proximũ sextilem.Interea uero temporis satyrarũ codex quẽ regi dono daturus sum: luculẽtissime exaratur.Tu uelim operã des:ut regiæ familiaritatis litteræ quarum comitatu inter proficiscendum utar:q̃primũ eant ad me. Audio istic esse Venetorũ ora-

torem:cuius tu hac in re opa uti poteris:ea ſcilicet:ut iſtiuſmodi litteras ad egregium medicũ Petrũ Thomaſium qui Venetijs agit:& mihi eſt familiariſſimus: ꝗ diligentiſſime pferendas curet.Is eñ eſt a me iam cõmonefactus:ut eas litteras cumprimũ acceperit: mittat ad me.Tu me interea diuo Alphonſo tibiq; cõmenda. Vale.Ex Mediolano pridie kal'.Iulias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Ciccho Simonetæ:ſal'.di.plu.

t Ernis litteris meis eſſe debes certior factus:me neq; Papiæ:neq; Mediolani rem pecuniariã quã decreuit princeps:conſequi potuiſſe. Nam & Papiẽſes & Mediolanenſes magiſtratus nullas ſibi pecunias eẽ reſponderunt.Id autẽ quãto mihi incõmodo ſit:uel me reticente cognoſcis. Itaq; tuæ erit hũanitatis ita ad hos Mediolanenſes ſcribere:ut intelligant ſe ſua falli oportere opinione:qui uolunt ſe plus poſſe ꝗ principẽ. Vale.Ex Mediolano pridie kal'.Iulias.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio medico:ſal'.

i Am quartũ ad te ſcripſeram: poſteaq; nullæ mihi redditæ ſunt litteræ tuæ.Poſtea uero nihil accidit: qd' tua intereſſe arbitrarer præter incredibile deſiderium meum uiſendi tui:quod indies magis magiſq; augeſcit. Hoc aũt me leuare tui eſt officij. Vale.Ex Mediolano.xv.kal'.Auguſtas.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Aenico daualo equiti aurato:ſal'.

a Ppropinquat iam auguſtus:quod ad temp⁹ me ad uos uenturum antea ſcripſerã.Satyrarũ codex feſtinat ad calcem.Ego litteras regias:quibus de antea ad te ſcripſi:uæhementer expecto. Vale.Ex Mediolano.xv.Kal'.Auguſtas.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro perleoni:ſal'.

q Væſiui diligenter:ut tibi quem cupis laboris ſociũ aliquẽ inuenirem.Nemo hic eſt in præſentia: qui iſtiuſmodi prouinciam uelit.Nec tamẽ dubito fore:ut cum melius res hic habuerint: non ſe aliquis offerat: quem ad te mittam. Interim cura:ut ualeas cum ſponſa:&

ad me Arrhianũ hiſtoricũ ꝙprimũ des. Ad hæc uelim di/cas Nicolao cebæ homini amiciſſimo ꝟbis meis: ut curet ſi me amat: mea ad me conuiuia propediem dare. Cupio enim illa mecum ferre in hoc meo ad Alphonſum regẽ iti/nere. Si alius fidus nuncius non occurrerit: ſaltem tabella/rius mercatorum deeſſe non poſſit: cui quicqd nũmorum promiſerit: ipſe libenter diſſoluam. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Auguſtas. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Petro Thomaſio medico: ſal.

n On poſſum nõ ſubdubitare factũ eſſe: ut tot quas ad te dedi litteras: interceptæ ſint: quãdoquidem iam ſextum ſcripſerim poſteaꝗ nulla mihi omino uel perbreuis epiſtola tua reddita eſt. Deus interceptori/bus malefaciat: qui me priuant iucundiſſimo fructu ſermo nis tui: qui mihi omni melle eſt ſuauior. Itaqꝫ uelim cures: ut omni ratione atqꝫ arte fallentis fallas: ac me expleas deſi derio litterarum tuarũ. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Au/guſtas. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Petro Thomaſio medico: ſalutem.

a D ſeptimum Idus Auguſtas cum iam meas litte/ras obſignaſſem: binæ mihi tuæ redditæ ſunt: quibꝰ diligentiſſime perlectis: reſpondi etiam tunc tibi quantũ opus fuit. Nunc autem abs te peto: atqꝫ contendo: ac ſi pa/teris etiam atqꝫ etiã te rogo: ut omni cura & diligẽtia ope/ram des: ut quæ mea ſcis intereſſe ꝙprimum cõficias: hoc mihi nec gratius facere poteſ: nec neceſſarium magis. Va le. Ex Mediolano. xviij. kalen. Septembres. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Ioanni Mario filio: ſal.

n E fruſtra ad nos eas: hoc die Mediolanum egredi/mur petituri Cremonam: Vbi tãdiu futuri ſumus: quoad hæc peſtilẽtialis morbi procella cõquieuerit. Va/le. Ex Mediolano. v. Idus Septembres. M. cccc. Lj.

Frãciſ. Philel. Ioanni Mario filio: ſal. di. plu.

c Vm heſterno ueſperi Cremonã ueniſſemns: eſſe/

muſq; excepti minime inhumaniter: hodie ex urbe eiecti ſum⁹: in cauſa hoc fuit. Erat mihi ſerua mercēnaria ex familia non ignobili aliprãda: nomine Antonia: & ea quidem puella nõ inuerecunda. Hanc reliqueramus in cymba una cum Maria nutrice tua: ut tantiſper res noſtras aſſeruarēt: dum ædes conduceremus. Nam cum Xenophōte ſororibuſq; tuis ac genero apud honeſtum cauponē interim diuerteramus. Dum poſt paratas ædes hodie cymbam repeto: quo & res & mſierculas agerem ad ædes: offendo Antoniam ſubita peſtilētiæ ui correptam: animam efflaſſe poſitamq; in ripa: ibidemq; maximum hominū concurſum ac tumultum: non potui mihi non metuere in tanta hominum barbaria: ſed multo magis filiabus: quas una cum genero in urbe dimiſeram. Quid multis? Mihi in urbem regrediendi poteſtas adēpta eſt: reliquis item noſtris ex urbe continuo eiectis. Ruri nunc ſum⁹: quod in ſuburbio iacet: qua itur Mantuam. Vale. Ex Cremona pridie idus Septembres. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Leodryſio Cribello: ſal.

ſ I grato in me animo eſſe uolueris: ut & eſſe debes: & ipſe te futurū puto: curabis omia quę iſtinc decedens tuæ fidei mandaui: & amice & diligēter: imprimiſq;: ne quid mihi detrimenti domi fiat. Nam te haud latet: quantus nunc furum numerus ꝓpter abſentiã ciuium Mediolani ubiq; noctu atq; die inſidietur: ut nullæ ædes ſatis aut clauſæ iſtis aut munitæ ſint. Quare tuæ fuerit curæ ac beniuolentiæ erga me: operã dare: ne quid nobis ſurripiatur abſentibus. Vale. Ex ſuburbano rure Cremonenſi idibus Septembribus. M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: ſal. di. plu. Matthæo Piſaurenſi ædili curuli.

q Vod ſcire cupis: q̄ me humane & liberalit̃ Cremonenſes exceperint: accipies paucis. Me aduenientem uniuerſa ciuitas: & uidit & honorauit egregie. Sed ubi accidit ut mercennaria quædam mea ſerua peſtilentiali morbo correpta: uitam ſubito deſeruerit: tu

multus ingens in urbe aduersus me exortus est: quem plæbeia insania concitauerat. Nam qui uiri nobiles atque boni eam urbem inhabitant: nihil huiusmodi non modo non fecerunt: sed ne temptauerunt quidem. Sum continuo cum uniuersa familia urbe exclusus: & nō sine magno quidem uitæ periculo. Vagabar in campo auxilij omīs atque opis expers. Nec quid consilij caperē: satis mihi erat in promptu: usque adeo erā animo pturbato in tam repentino insaniētium hominū motu. Tandē ubi paululū plæbeius ille furor sedatus est: præstantes quidam pauci atque boni ciues permoleste me adierunt meque hortati sunt: ut modice ferrē atque æquo animo plæbeiam illam stulticiam: quæ longe magis: quam mihi bonis omnibus ciuibus permolesta extitisset. Breui aūt fore ut illud omne erratū haud ignobili diligētia sarciret. Meque duxerūt in proximum quoddam suburbium: ubi rus est ac uilla cuiusdā ciuis persechetæ. Vnde eiecto uillico: mihi uilla una cum rure tradita est tantisper incolēda: donec publica diligentia aliter meæ & rei & dignitati prouisum fuerit. Cæterum in præsentia incōmodius agere nihil possem. Nam omīa mihi desunt præter culices pulicesque & muscas. Vale. Ex Cremonensi rure Suburbano. xvij. kal. Octobres. M.cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Sceuæ corti equiti aurato ac iureconsulto: sal.

c Vm istac iter facerem Cremonam petiturus: me uæhementer hortatus es: ut Placentiæ quam Cremonæ: donec Mediolani pestilentia cessasset: agere mallem. Nec enim uereri te aiebas multo commodius me ac melius apud Placentinos futurum: quam apud Cremonenses. Quare cum uideam Cremonem eodem quoque acerbissimo morbo laborare quo Mediolanum: sciamque quam tibi homini amicissimo & charus sum & periucundus: non inuitus conditionem accipiam: modo per te fiam certior: ne spem precio sim empturus. Itaque fac: propediem intelligam: quid me facere oporteat. Vale. Ex rure suburbano. xvj. kalen. Octobres. M.cccc. Lj.

τελως .i. finis

Τελως

Τελως

Franciscus Philelfus: Iacobo camerinati: sal.

e T tuam erga me uoluntatem non laudare non possum: & istorum negligentiã non detestari non debeo: qui nihil eorum omnino agãt: quæ tu ijs agẽda iussisti. Non enĩ ij sumus: qui more scytharũ solo utamur ꝓ lecto: præsertim tandiu: & sine ulla nostra culpa. Accedit ad hãc difficultatem alia longe incommodior: quod ne caupones quidẽ ulli nos dignos putant: quibus ullo nũmorum interuentu ea dent uænu: quibus sine uitam ducere nequeam⁹. Aiunt enĩ Guilielmum nescio quẽ: hominẽ: quantũ uidere uideor circumforaneũ ac plane barbarum sibi iussisse: non modo ne quid nobis uel mercede ulla exhibeant: sed nec etiam uerbum nobiscum faciant. Istum autem perditissimum Guilielmum eiusmodi magistratui præfectũ dicũt: cui talis potestas decreto publico data sit. Itaq; te rogo ut uel cõsulas rebus nostris: quemadmodũ nudiustertius mihi coram recepisti: uel quod admodum malim: mihi abeundi potestas fiat. Vereor enim ne qui mediolano pestilẽtiam fugimus: eam Cremonæ repererimus in tanta rerum omniũ difficultate ac tædio. Vale. ex rure suburbano. xj. kal. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Christoforo Marliano: sal.

h Odie cũ tibi primũ facultas oblatã fuerit: fac si me amas: ut te uideam. Sunt enim quædam mihi tecũ commẽtanda. Præterea uacuus ne omnino ueni/as: atramenti aliquantulum tecum affer. Nam atramentarium meum æque sitit: atq; nos omnes. Xenophon fili⁹ petit abs te aliquantulũ uernicis. Vale. Ex suburbano rure. x. kal. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Iacobo camerinati: sal.

c V pio quædã cõmentari tecũ. Itaq; rẽ mihi pgratã facturus es: si cũ quid ocij hodie nactus fueris: huc te conferes: quãdo quidẽ nos ad te ire barbaria ista non sinit. Arca illa nostra cum libris est etiam nunc sub Ioue. Vale. Ex rure suburbano. x. kal. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Ioanni Iordani iuriscõsulto: sal.



p Ræterierūt anni iam triginta & amplius: posteaq̄
nec uerborū a me: nec lrarū aliquid accepisti: nec
ego item abs te: Idq̄ non alterutrius uoluntas aut
negligentia ulla fecit: sed longissima locorū interualla. Nā
cum tu adhuc Patauij operam dares iuri ciuili: ego a Ve-
netis solues in Thraciam nauigaui: quo græca sapientia fa-
ctus doctior maiori uel usui uel ornamento latinæ linguæ:
futurus essem. Qua una re factum est: ut mutua scribendi
uicissitudine priuati iamdiu fuerimus. Nam post annū se-
ptimū ubi in Italiam reuertissem: & si eramus propinquio-
res: tamē cum tēporū quoq̄ difficultas nobis fuisset impe-
dimento: uterq̄ siluimus: Nunc uero cum propiores facti
essemus: tempusq̄ ipsum nos mutuo ad scribendum hor-
tareť: anteuertere q̄ anteuerti malui: quo intelligeres nul-
lo amoris officio me posse abs te superari. Scire autem cu-
pio: q̄ belle ualeas: & quanta me beniuolentia prosequare.
Nam ego te nō diligo solum: sed ita amo: ut nihil ad cumu
lum addi queat. Valeo autem pulchre. Apud Cremonen-
ses uero ideo me recepi: quoniam Mediolani qua ipsa in
urbe domicilium mihi perpetuū constitui: pestilētia indi-
es magis atq̄ magis inualescit incrudescitq̄. Reliquū est:
ut q̄diu in propinquo futuri sum⁹: q̄ creberrimis inter nos
litteris quotidie aliquid commētemur. Vale. Ex rure Cre
monensi suburbano. x. Kal'. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Iacobo Camerinati: sal'.

e Xistimo tibi ab ingenuo adolescēte Christoforo
marliano ea oīa uerbis meis renūciata: quæ a me
mane corā accepit. Nihil autē aut temere aut minus cōsul-
to locutus sum. Rusticor enim ut nosti iam diem sextūde-
cimum: non solum incōmode: sed in maxima rerū omniū
penuria. Quid mihi postridie sit agēdū: aut unde necessa-
rijs reb⁹ subueniendū: nō intelligo. Quare nō amicis solū:
sed mihi etiā ipsi iā molestissim⁹ fieri incipio. Itaq̄ summo
opere te rogo: ut quæ tibi Christoforus nomine meo ex-
posuit: hoc ipso die omnino conficias: quo quid factu-
rus sim intelligam. Hodie mihi philosophica cœna futu-



ra eſt eaq; diogenica. Poſtridie uero ne cum arida quidē cerere menſam mihi futuram uideo. Vale. Ex rure ſuburbano Cremonæ. v. kal'. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Manſueto attendulo abbati: ſal'.

R Enunciauit mihi heſterno ueſperi uir optim⁹ amātiſſimuſq; tui: Iacobus camerinas: inſtituiſſe te mihi dono datum ire tritici ſextarios decem. Quæ q̄dem res uix dici quæat: quantam mihi uoluptatem attulerit: & id quidem non tam ipſo dono: quod ſane pulcherrimum ē: q̄ bonitate ac liberalitate ingenij tui: qui nullo unq̄ ab me prouocatus officio uolueris me tibi tam oportuno: tā benigno munere deuincire. Itaq; habeo tibi immortales gratias. Tu autem tibi uelim: perſuadeas: eū me eſſe futurumq; indies: qui in te amando ceſſurus ſim nemini. Triticum autem ipſum tum mihi præbendum curabis: cū in urbem uenero: Nam ruri quo pacto ſim uſurus: non ſatis intelligo: quāq̄ ne in urbe quidē fortaſſis eo mihi opus erit. Verum hac de re breui faciam certiorem. Vale. Ex Cremonenſi ſuburbano rure. iiij. kalē. Octobres. M. cccc. Lj.

Frāciſcus Philel. Nicodemo Trāchedino: ſal'.

q Væ tibi in hetruriā abeunti pro beniuolentia noſtra mandaram: nequaq̄ debes eſſe oblitus. Miratus autem ſum: quod nihil poſtea reſponderis niſi tua fortaſſis in urbem Romam feſtinantior ꝓfectio tibi fuerit impedimento: quo id Florentiæ cauſa mea gerere commode non potueris: quod tuis in commentarijs annotaſti. Hoc ſi ita eſt factū: uelim in reditu ne prætermittas. Erit id mihi uæhementiſſime gratum. Et ne tuas litteras fruſtra ad me des: ego hoc tempore ago Cremonæ: acturuſq; ſum fortaſſe: donec peſtilentia Mediolani deſierit deſæuire. Iacobū triulcum diſertiſſimū iuriſcōſultum ualere plurimū opto: imprimiſq; Auriſpam meū uirum optimū & hominē doctiſſimum. Vale. Ex rure Cremonenſi ſuburbano: pridie kal'. Octobres. M. cccc. Lj.

Franciſcus Philelfus: Bartholomæo Melio: ſal'.

q Voniã certo ſcio te uel rõne uel tempore ea animi ægritudine quã nõ mediocrem ex obitu dilectiſſi/mæ ſororiſ tuæ & nobiliſſimi uiri cõceperaſ:magna ex parte liberatũ:nõ ſum ueritus uti officio tuo. Decreue/runt tui iſti publici magiſtratꝰ nudiuſtertiꝰ mihi iam licere urbẽ ingredi atq; ꝑ arbitrio meo incolere. Itaq; mihi ædes parãdæ ſunt. Hac in re tua mihi opera opus eſt. Cupio mi hi domũ cõduci in tẽpus ſemeſtre & amplã & cõmodam. Peto igiť abs te:ut hãc ꝓuinciã tuorũ alicui deferas idq; q̃ꝑ/primũ. Nõ eñ te latet quãto cũ incõmodo ruri ſum. Nunq; equidẽ didici ruſticari:qui uľ philoſophari uel aliquid libe ralius agere ſemꝑ conſueuerim. Hoc erit mihi tam gratũ q̃ quod gratiſſimũ. Vale. Ex Cræmonẽſi rure ſuburbano. ka/len. Octobribus. M.cccc.Lj.

Frãciſcꝰ Philelfus: Michaeli rochæ grãmatico: ſalu.

d Illigentiã tuã nõ ſolũ ꝓbo:ſed etiã laudo. Facis enim & amice & liberaliter. Domũ mihi cõduci cupio: tũ amplã:tũ etiã pulchram. Quo in loco ſita ſit:non mľti facio:mõ locus ſit honeſtus ac muſis (ut ita dicã) accõ/modatus. Qď ſcire cupis: Næ græca dictio eſt:& diphthõ/gũ recipit:æ:quæ apud græcos ꝑ ai:ſcribiť:& niſi diuidatur eodẽ ſono enũciať:quo apud latinos. æ. diphthõgus:quam dicimꝰ. Nã ſi diphthõgꝰ apď græcos eſſe deſierit:eodẽ mõ ꝓferť:quo apud nos. ai. diuiſa. Vñ Virgilius græcos ima/tatus ait. Aulai in medio pẽdebãt pocula bacchi: pro aulæ. Næ igitur per æ diphthongũ ſcripta ſignificat certe ita: & uæhementer:uel etiam nimis ſecundũ quoſdã. Hac autem dictione ita utuntur latini poetæ preſertim comici ut dicã: ſymbolũ:ſtrategi:& alijs atq; alijs uerbis pluribus. Et ut ue/niam ad rem tuã:mihi cõuenientiſſime dici uidetur apud Terentiũ. næ. pro uæhementer aut nimis:quanq; nimietas a uæhementia non admodũ differt. Cum enim inquit: Faci unt næ intelligendo:ut nihil intelligant:quaſi quod qui ma gis q̃ opus ſit:aliquid uel inquirunt uel ſpeculanť:eorũ nu mero ſũt habẽdi:qui nihil intelligũt. Tu ſi ſecus putas:ute/re iudicio tuo. Ego eñ neminẽ mihi deũ facere cõſtitui. Ita etiã tibi:ſi ſapias:faciũdũ exiſtimo. Vale. Ex rure ſuburba/

no Cremonæ.kalen.Octobribus. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Augustino Narinẽsi:salu.

I Nstitui cõsiliũ tuũ sequi.Nã qđ me cõmonueris fore nr̃o principi nõ ingratũ: si relictis Cremonẽsibꝰ Papiã ꝙ primũ cũ uniuersa familia cõcessero: puto nil temere te locutũ.Itaq; in crastinũ diẽ hinc soluã: qđ eo facio libẽtiꝰ:ne qua ꝑ me accedat ul' utilitas uel uoluptas ad tuos istos barbaros:quos deꝰ optimꝰ maximꝰ radicitꝰ ꝑdat: idq; ꝓpediẽ. Domũ aũt quã pararũt:sibijpsi habeãt una cũ pestilẽtia atq; ignorãtia. Vale.Ex rure suburbano Cremonæ.iiij.Nonas Octobres.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Leodrysio Cribello: sal.

a D sextũ idus Octobres ueni Ticinũ ubi cõtinuꝰ sũ futurus:donec Mediolani clæmẽtius cælũ spirauerit.Audio quas domi ad custodiã reliquerã mulierculas:& matrẽ & filiã e uiuis excessisse.Nec de rebus meis domesticis posteaꝙ decessi Mediolano: in hãc diẽ audiui quicꝙ.Nec possũ nõ dubitare:ne qd litigij ꝑ affines meos aduersꝰ me sit tẽtatũ.Itaq; te rogo:ut oĩa quæ mea intesse iudicaueris: ꝙ diligentissime odoreris:& ad me confestim scribas.Vale.Ex Ticino pridie idꝰ Octobres.M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus:Bartholomæo corigiæ equiti aurato:sal.

h Aud mea đ te me certe fefellit opinio. Nã iãpridẽ eũ te fore sũ arbitratꝰ:cui ꝓ tuis erga me bñficijs essem plurimũ debiturꝰ:& id certe cũ sũpiorib ꝰ mẽsibus re ipa exptꝰ sũ:tũ ita hoc tẽpore ꝑspicere uideor:ut ea: quæ cernũt oclis.Nõ eñ ignoro benignũ & amicissimũ tuum erga me animũ.Nã liberalissimꝰ uultꝰ ipe tuꝰ sic animi tui liberalitatẽ ondit:ut me iã censeã omnia accepisse: quæ tu dare si ita posses:ut uelles:& magno ipe leuarer incõmodo:& tu nõ mediocrẽ gloriã cõsequerere.Debes eñ liqdo animaduertere:ꝙ mihi molestũ est tãdiu apud cauponem degere:cũ tali præsertim & tam graui familia eaq; delicata. Doleo aũt maiorẽ in modũ:nõ mea solũ:sed multo etiã magis principis nostri causa.Quid eñ dicat:cũ ab ipsis hostibus: tũ ab uniuersa Italia: cũ increbruerit apud omnes eam

esse unius Francisci Sphortiæ aut cõsuetudinẽ aut fortunã: ut uel nequeat uel nolit egregijs uiris opitulari: & ea suppeditare: quib⁹ sine uitã tueri nemo possit? Itaq; rogo te: ut qđ sponte facis: uel mea etiam uel principis nr̃i causa: nõ facias solũ sed efficias: hoc est ut publica priuataue pecunia hunc eximas hac loci obscuritate: qui uel lucẽ tenebris uel solem luci nõ minus solet q̃ potest afferre. Id aũt eo facilius sis facturus: quo scis nihil ad te detrimẽti præter breuissimi temporis incõmodũ peruenturũ. Nã multo plus mihi debetur ex ærario q̃ in præsentia ab me petat̃. Ego uero is sum: qui bñficijs supari nõ æquo animo sim ferre solitus. Nã si aliud nihil: nominis saltẽ immortalitatẽ ijs qui bñ meriti de me fuerint: referre semp̃ consueui. Quid uelim: paucis tenes. Vale. Papiæ ex ædib⁹ nr̃is. xvij. Kal. Nouẽbres. M. cccc. Lj

Franciscus Philelfus: Benedicto Nursino philosopho ac medico: sal.

d Ebuisti hesterno uespi ex cõterraneo & affini tuo intelligere: qua in re mihi op⁹ est opa tua. Et qm̃ q̃ abs te amer: iãpridẽ noui: reliquũ est: ut abs te petã: ne frustra te admonitũ patiaris. Nã q̃uis oĩe tuũ mihi officiũ gratũ sit semp: hac tñ tẽpestate eo erit gratius: quo magis est necessariũ. Præterea quædã mihi sũt cõmentãda tecum: quæ principis nr̃i uæhemẽter intersũt. Si huc min⁹ añ ꝓfectionẽ tuã es uẽturus ad principẽ: uelim me facias certiorẽ: an licet in præsentia Ticinũ incolẽtib⁹ ad uos ire. Audio eñ hmõi & ciuib⁹ & incolis ꝓpter pestilentiæ suspitionẽ ad uos iter esse interclusũ. Qđ si secus mihi fore significaris: maturabo ad te q̃primũ. Vale. Ex Papia. v. kal. Nouẽbres. M. cccc. Lj.

Franciscus Philelfus: Leodrysio Cribello: salutẽ.

F Ecisti: ut te decet: q desiderio meo cumulatissime satisfeceris. Nõ eñ poterã nõ subuereri: ne qd litigij motũ eẽt ab ijs q insidijs magis q̃ iuri fisi me absentẽ nossent. Id aũt ut metuerẽ Rainaldi uaridei: quẽ reꝝ mearum abiẽs ꝓcuratorẽ cõstituerã: silẽtiũ faciebat. Reliquũ est: ut si me amas: quotiẽs ex tuis quispiã petit Mediolanũ: id qđ

existimo quotidie ꝑpter ꝓpinquitatē tibi usu uenire: eundem cures accedere ad ædes meas: & ex ꝓxima uicinia q̄ diligētissime sciscitari: noui ne quicq̄ acciderit. Quicquid aūt acceperis: id facito ut q̄primū sciā. Vale. Ex Papia Nonis Nouēbribus. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Sceuæ Corti iurisconsulto & equiti aurato: sal.

a Mbrosius gentilis derthonensis necessarius tuus: ut ipse ait: multis mihi in rebus molestus est. Hunc igitur uelim moneas: ne sit aduersus me importunior. Nam mihi iam bilem mouet. Vale. Ex Ticino. v. idibus Nouembribus. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus. Sceuæ Corti iurisconsulto & equiti aurato: salu.

n Olim mireris: qđ nl'as ad te lr̄as dederim: posteaq̄ ueni Papiā. Fui em̄ in hāc diē: q̄ par eēt: occupatior & priuatim & publice. Et quanq̄ nihil etiā nunc sū nact⁹ ocij: uolui tn̄ intelligeres: quo in statu sūt res meæ. Ego ut scis: iccirco Mediolanū liq: quo me pestilētiali stragi illi surripere incolumitatiq̄ ꝑuarē. Itaq̄ apđ Cræmonenses me recepi. Sed cū apđ illos nullū eē neq̄ musis neq̄ ꝓbitati locū re ipa cognosse: uidisseq̄ nobilitati nihil omnino: sed abiectæ sortis hominib⁹ omnia ꝑ libidine licere: intra q̄rtū & uigesimū diē ex quo eo loci cōcesserā: inde solui ad Ticinēses. Cūq̄ Ticinū petitur⁹ int̄ remigādū remulco diuertissē in portū istū placētinū: sū abs te hūanissime sil'honorificētissimeq̄ & except⁹ & munerat⁹. Quæ res eo mihi iucūdior fuit: quo mora illa Cræmonēsis molestior fuerat. Ticinū aūt ubi adueni: omni sollicitudīne sū reliq̄ liberatus præter eā: cui⁹ causa me a Mediolanēsib⁹ auocarā. Nā cum cætera hic me cōmoda plurimū delectāt. Vrbis amœnitas: cōsuetudo ciuiū: & quæ ad urbanā uitā attinēt omnia: tum ipsa disciplinaꝝ & bonaꝝ artiū studia quib⁹ omnibus Cræmona ē plane uacua. Sed unū ē: qđ me animo trāq̄llo eē nō sinit. Pestilētia em̄ Ticinēses laborāt etiā hi nō mediocrit̄. Quare q mediolani diuti⁹ cauere nō audebā: Ticini idem metuā necesse ē. Neq̄ q̄d cōsilij capiā: scio. Nā quotidie na

uigare ac mutare solũ cõstãtis hominis nequaꝗ̃ ducit̃. Prae
terea hmõi homines nõ æquo animo ab ijs excipiunt̃: qui
benigni⁹ celũ incolẽtes bonæ ualitudinis rationẽ habẽt. Itaqꝫ hic agere institui: donec solo Mediolanensi sese numen
clæmẽti⁹ præstiterit. Tenes rem meã oẽm. Tu fac ut ualeas
& me ama. Ex papia. v. idus Nouẽbres. M. cccc. Lj.

Frãciscus Philelfus: Nicolao Varoni. salu. di.

p Vto iã antea redditas tibi lr̃as: quas quarto kal'. Nouẽbres ad te dederã. Itaqꝫ eo nũc breuior eẽ uolui: quoniã tuã aliquã epistolã expectare incipiebam. Quod aũt me in præsentia ad scribendũ impulit: aliud nihil fuit ꝗ̃ desideriũ Plinij cõsequẽdi: eius inquã: qui de naturali historia est inscript⁹. Hũc em̃ audio florẽtissimo tuo principi esse emendatissimũ Aurispæ Guariniqꝫ eruditissimorũ hominũ diligẽtia. Itaqꝫ eũ mihi excribi cupio & id quidem istic apud uos: siquis non indoctus librarius inueniri queat. Ad hæc abs te cupio fieri certior: an ulla sint tibi uel Themistij uel Alexandri aphrodisiei cõmentaria in Aristotelis libros: quos aut in actiua: aut in speculatiua philosophia summ⁹ ille uir doctissime simul elegãtissimeqꝫ scripsit. Hoc erit itẽ mihi uæhementer gratũ. Libenter em̃ sapiẽtiã cũ eloquentia coniungo. Vale. Ex Ticino. xv. Kal'. Decembres. M. cccc. Lj.

Franciscus philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: salu.

q Vod ego ad sextilẽ litteras ex Mediolano ad te derim nõ es ignarus: ut existimo. At ego si quid respõderis: iccirco sum nescius: q᷑ uitæ a pestilẽtiali internitio ꝓuandæ causa: inde paulopost solui Cremonã. v. idus Septẽbres. Ex Cremonensi aũt solo rursus principis iussu ad Ticinẽses me recepi septimo idus octobres. Vnde eadẽ ratione in hanc diẽ citius ad te non scripsi: quod nulli nuncij neqꝫ hic neqꝫ Cremonæ item offerrent̃: qui meas tibi litteras essent reddituri. Et nũc quoqꝫ & si nõ satis scio: ꝗ̃ tuto litteræ meæ cõmittant̃: nolo tamẽ putes me sententiã mutasse. Issem em̃ ad uos: ni me pecuniæ defecissent. Itaqꝫ uelim ad ea quæ scripseram: ꝗ̃ primũ respondeas. Vale. Ex

Papia.xv.kal'.Decembres.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philoſopho ac medico:ſalutem.

q Vod nudiuſquartus alijs litteris tibi ſignificaui:Ticinũ conceſſi. Nullus ẽm oportunior locus potuit offerri Mediolanẽſis peſtilẽtiæ ſtragẽ effugere cupienti. Nã nec licebat abire lõgi⁹. Te igiť uæhemẽter rogo ut ad ea mihi rñdeas:quæ ſæpi⁹ in uniuerſũ ſextile ex meis litteris accipe debuiſti. Id erit mihi gratiſſimum. Vale. Ex Papia.xij.kalen.Decẽbres.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus:Ciccho calabro ducali ſecretario:ſalu.

g Raue mihi & ꝓmoleſtũ ẽ ea premi neceſſitate: ut principẽ noſtrũ linquere omnino cogar. Quid ẽm fruſtra tã inutiliter diuti⁹ tẽpus terã? Video me noſtro principi eẽ chariſſimũ:nõ tã meis meritis ꝙ benignitate ſua. Quid ẽm mereri aliud ſtudeã ꝙ ꝓ dilectione fidem pietatẽqꝫ referre? Ad Apollinis citharã muſæ canũt. Qualis ſonus talis etiã cantus. Nihil mihi eorũ omniũ obſeruať: quæ uel gratiſſim⁹ uel munificẽtiſſim⁹ princeps iuſſit. Itaqꝫ iã hinc incipio rebus meis cõſulere. Niſi breui cõſtituta pecunia rñderit:me aliorũ principũ æri obſtringã:apud quos poſt anni curriculũ cũprimũ uer aduenerit:me recipiã. Sic ẽm ueluti ſpe ꝓmiſſiõeqꝫ deluſus neqꝫ principis gloriæ ſtudeo neqꝫ meæ. Nã æger animus ſtudioſis in reb⁹ immortalitatẽqꝫ moliẽtib⁹ recte agere nihil queat. Trãquillũ eſſe ingeniũ lætũqꝫ oportet:ſiqd aut egregij aut magni ex ſeſe uelit educere. Breui qd facto ſit opus:potes intelligere. Vale. Ex Papia.v.kal'.Decẽbres.M.cccc.Lj.

Franciſcus Philelfus: Nicolao. Varoni.ſalutẽ.

e Tſi ad quintũdecimũ Kal'. Decẽbres ſcripſi ad te: quãtũ ꝓ tẽpore opus fuerat:tñ quia ſum neſcius acceperis ne an min⁹acceperis litteras meaſ:uolui rurſus eadẽ tecũ agere. Pliniũ de naturali hiſtoria uæhemẽter cupio. Audio hũc eſſe apd' uos diligẽter emẽdatũ. Si iſtiuſmodi exempli facultas mihi futuri ſit idqꝫ Ferrariæ:curabo ꝙprimũ excribi. Nec ẽm dubito ſtudioſum iſtic librarium

inueniri: qui hmõi sit munere functus. Itaq; tui uel officij uel humanitatis fuerit: ut me facias ꝑpediẽ certiorẽ: quid hac de re possim sperare. Vale. Ex Papia idibus Decembribus. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Sceuæ Corti iureconsulto & equiti aurato: salu.

P Rocurator tuus eoꝝ quæ abiẽs iusseras: egit omnino nihil. Quotidie nouã spem affert: quotidie uerba dat. Qui qm̃ quã de te fidẽ mihi corã sanctecq; recepit: fallere sæpius nõ dubitat: te amice moneo: ut uel a gerendis negocijs [redacted] auoces: uel ut se grauitate tua non indignũ præstet: ꝗ primũ cures. Vale. Ex Ticino. xiiij. kalen. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Nicolao
Varoni: salu. di.

Q Vas ad. v. idus octobres suauissimas ad me lr̃as dederas: qrtodecimo kalẽ. Ianuarias mihi redditæ sũt Papiæ. Nõ em̃ me Cremonæ offendere potuerũt. Nã id loci multo ante iccirco reliquerã: qm̃ nullũ eẽt apud Cremonẽses musis hospitiũ: & sum præterea cõmonefactus me rẽ facturũ meo principi gratam: si Papiæ tãtisper agere mallẽ: dũ Mediolani pestilentia fureret. Atq; fuit tua mihi epistola piucũda: quippe quæ eũ te ostẽderet: quẽ semper amicissimũ essem exptus. Itaq; nõ possũ nõ lætari: qd' te intelligã amori meo nllã ex ꝑte cedere. Nec em̃ moleste laturus sum qd' te amãdo superatũ iri nullo pacto patiaris. Vir plane philosophus es: qui tãti uirtutẽ officiũq; facias: ut ea re nolis a uiro etiã amicissimo supari. At ipe quoq; mi Nicolae omnẽ sim aduersus te pugnã certamen ue initurus muneris pulcherrimi huius grã. Eo em̃ te magis amo ꝗ amer abs te: quo magis meritis tuis amãdus es. Quod autẽ polliceris operã tuã: si cui uel ornamẽto ul' usui florẽtissimus princeps tuus uel potius noster mihi futurus sit: nõ audio inuitus. Sed qm̃ ipse perpulucre nosti: quid mihi cõducturũ sit uel ad dignitatẽ uel ad rem: nihil est quod te magis admonendũ putẽ. Vale & cõmuni principi me cõmẽda. Ex Ticino. xiij. kalen. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Ioãni Palæologo Marchioni montisferrati: salutem.

a D pristina meã erga te obseruantiã tantũ nunc cumulũ addidisti uolũtaria tua atq; alacri benignitate: ut in te obseruãdo nemini istorũ omniũ sim cessur⁹: quos magis intimos & domesticos habes imprimisq; chariores. Nã tã &si quicqd benefice in quẽpiã cõfert: plurimi fieri oportet: illud tñ longe pluris mea sẽtẽtia: qd' nullo uacat officio: & omnis (ut ita dixerim) nũeros cõplectit. Dedisti tu quidẽ homini obsuatissimo tui nominis & gloriæ: & id quidẽ tẽpestiue & libẽter & large. Præstitistiq; ne hic diutius inutiliter tẽpus tererẽ. Ac nihil prorsum est abs te prætermissum: qd' meis uel emolumẽtis uel honorib⁹ cõducturũ opinareris. Itaq; tibi gratias ago q̃ possum maximas. Teq; rogo oroq;: ut nullã rem esse putes neq; paruam neq; magnã: quã nõ sim tua causa strenue: diligenter: fidelissimeq; & cõstantissime obiturus. Vale. Ex Ticino. vj. kal'. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Blasio axereto equiti aurato: sal.

q Væ nobis sunt: ea ut nosti: nobilitata iampridem & ab omnibus decãtata lege amicitiæ: cõmunia esse oportet. Quo fit ut pati noluerim hũc istum a quo meas lr̃as accepisti: amicũ esse mihi soli: quin esset etiã tibi. Idq; ipse quoq; uæhemẽter optat. Et est ꝑfecto tanta humanitate: tãta uirtute uir: ut nõ modo reijciẽdus nõ sit: sed admittendus potius & libẽter sane atq; honorifice admittendus. Reliqua eñ ex eius præsentia consuetudineq; cognosces. Vale. Ex Papia. vj. kal'. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Iacobo camerinati: salutem.

q Voties mecũ repeto Cremonẽsem illã rusticitatẽ: toties risu magis atq; magis moueor. Nã qua stulta rõne Cremonẽses ducebant: ut quẽ tanto uidebãt ope desiderare: eũ ruri ueluti relegarẽt? Nõne tibi relegatus uidebar: cũ illinc abire nõ liceret? At metu pestilẽtiæ id egerũt: ne qui Mediolano uenerã: illiusmodi morbi genus mecũ afferrẽ. At lõge magis Cremonæ q̃ Mediolani pestilẽtiali morbo laborabãt. Præterea quid deliquerat mea su

pellex illa & arca cũ libris ac pecunia: quã in padi ripa furibus ac latronib⁹ expositã esse uoluerũt: cum nemini baiulo ptãtem darẽt ea in re subseruiẽdi mihi. Itaq; abeãt in rẽ malam Cremonẽses tui: & tu itẽ cũ istis: si dignos putas: quib⁹ ignoscã. Vale. Ex Papia. vj. kal. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Frãciscus Philelfus: Nicodemo Tranchedino: sal.

Ideo te tãdiu meminisse Philelfi tui: dũ præsens es: & corã quẽ diligis: intueris. At si plane qd amicitiæ mun⁹ postulet: teneres etiã cũ abes: me tecũ eẽ & pnoctare & colloq cẽseres: id qd min⁹ apd te fieri eo magis miror: qd ego te semp uidere uideor & cõplecti & osculari illq; rogare: qd tãdẽ actũ sit de ratiũcula illa nr̃a pecuniaria: & an mihi fortasse fumũ uẽdideris. Ita em̃ uidet: qñquidem qd exorasse te mea causa Alexãdrũ nõ seuerũ illũ: sed florẽtinũ ficosũ istũ affirmabas: nulli omnino usui mihi esse cognoscã. Qd si uerconij turrini factũ meminisses: aut nihil temere affirmasses: aut fumo Verconij te obnoxiũ esse iudicares. Verũ hæc iocati sim⁹. Tu si me amas: cura: ne mihi diuti⁹ ab amico nugatore uerba dent: quæ nõ tã inutilit emere: q̃ pulcherrime uẽdere cõsueuim⁹. Vale. Ex Papia: pridie kal. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Nicodemo Tranchedino. sal.

Tsi arbitror ex Colũbano te factũ iri certiorem q̃ mihi molestũ simul incõmodũq; fuerit: qd meæ illæ pecuniolæ tardi⁹ ad me ierint: te tñ ea de re cõmonendũ putaui: ut intelligas etiã meis lr̃is nihil te potuisse hoc tpe mihi gratius facere q̃ qd admodũ tẽpestiue & iucũdissima simul epistola & dissolutiõe alieni æris adfueris. Itaq; habeo tibi gr̃as: q nõ sis passus diutius mihi incõmodari uel cũ aliquo labore tuo. Ficosum aũt illũ dij deæq; oẽs perdãt: qui auariciæ suæ sordiditatisq; maluerit: q̃ uel amicitiæ uel officij meminisse. Vale. Ex Mediolano pridie kal Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Iacobo Bichetho: salutem.

Vum cõsiliũ sum secut⁹. Adiui: quos iussisti. Perhumaniter oẽs pamiceq; rñderunt. Sed eo in te uno maior spes mihi cõstituta est: qd es & bon⁹ & mecũ

uetere beniuolẽtia cõiunctus. Itaq; tuum fuerit quod mun⁹ perbenigne aggressus es: id recte & ex sententia tua meaq; absoluas. Vale. Mediolani ex ædibus nostris pridie kalen. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Franciscus Philelfus: Materniano braschæ salu.

q Vod hortatus es: fecimus. Puto omnia nobis secunda fore: si rem capessere uolueris ea diligentia qua semper cõsuesti. Id quod ut facias te plurimũ rogo. Vale. Mediolani ex ædibus nostris pridie kal. Ianuarias. M.cccc.Lj.

Francisci Philelfi: Epistolarum Liber Decimus.

Franciscus Philelfus: Blasio Axereto salu. di. plu.

h Eri Laudẽ ueni rei priuatæ grã atq; meæ ad pricipẽ: quã puto me ex sentẽtia mea cõfecturũ. Offẽdi hic Genuẽses nõnllos: ex qb⁹ cũ de te quæsissem: oẽs optata mihi renũciarũt: qppe q dicerent bñ ualere te atq; frui ocio. Qd' audiẽs sũ p nr̃a beniuolẽtia uæhemẽtissime lætat⁹. Nã tuã oẽm iucũditatẽ mihi iucũdissimã eẽ iudico ac uolo. Cupio aũt fieri abs te certior: q sit fruct⁹ ocij tui. Nam frui ocio: ut desidiosi atq; inertes solẽt: q somno & uẽtri sese dediderũt: nõ multũ differre puto a pecudũ uita: quæ nihilo delectãt nisi ijs: qb⁹ sensus leuiter suauit'q; mouet. At ego te ab eiusmodi fructu ocij alienũ arbitror. Nõ eñ te latet ea eẽ ppria hominis mũera: ut ul'agat aliqd semp dignũ natura sua aut intelligat: Quorũ alterũ ẽ animi totũ ob idq; diuinũ maxime: Alterũ uero corpis cõsilio tñ atq; impio animi obtẽperãtis. Vtrũq; te pulcherrime posse facere nõ ignoro. Nã & doct⁹ es & prudẽs. Per doctrinæ præstãtiã in eoꝵ cognitionẽ uenim⁹: qb⁹ dei reddimur simillimi. Prudẽtia uero quid in reb⁹ humanis expetẽdũ uitãdũq; sit: quæ cõmoda sequi: quæ aspernari opteat incõmoda: facile oñdit. Satis ex his debes intelligere: qd abs te uelim. Legisne aliqd: an rusticaris? Vale. Ex Laude. kal. Ianuarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao frægoſo Genuenſium præfecto: ſalutem.

Xiſtimo ꝓpediē fore: ut fili⁹ mihi dilectiſſim⁹ Ioan
e nes Mari⁹ mediolanū reditur⁹ faciat iſtac iter: quē
& ſi certo ſcio abs te oĩa mea cā exoraturū: tñ uolui intelligeres nihil te mihi grati⁹ facere poſſe: ꝙ ſi dederis operā: ut & tuto & ꝙ facillime & ꝙ primū ad noſ eat. Vale. Ex Mediolano idib⁹ Ianuarijs. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao Varoni: ſalu.

Andiu nihil de te audio. Itaq̃ nō poſſum nō timere
i ne qd tibi: qđ nolim: acciderit. Quare ſi me amas:
leua me hac omĩ ſollicitudine. Hoc mihi uix facere gratius hoc tēpore quicꝗ potes. Vale. Ex Mediolano. xv. kalen. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus: Petro perleoni: ſalu.

Aurentiū noſtrum uelim cauſa mea diligas: eiq̃ q
l buſcunq̃ rebus poteris: faueas: non uerbo ſolum:
ſed multo etiam magis opera. Hoc erit mihi admodum gratum. Vale. Ex Mediolano. xj. kalen. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus: Ioanni Auriſpæ ſal.

Eque mihi amicus eſt: qui tibi meas reddidit litte
a ras: atq̃ tibi: qui eas ſcripſit. Itaq̃ hunc etiā mea cau
ſa in amicitiam uolo admittas: & quibus erit opus: ſtudijs omnib⁹ ꝓſequaris. Vale. Ex Mediolano. xj. kalen. Ianuarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus: Baldaſſari riſino: ſal. di. plu.

Ccurſi⁹ Piſan⁹ cognomēto bonuſ: cū eſſet ab me ro
a gatus: ut. xij. illas Plauti comœdias: quæ ꝓximis an
nis ſunt in Italiā aduectæ e Germania: mihi excriberet: earūq̃ exēplar a te peteret: reſpōdit partim ꝓhūaniter: partim diffidēter: quippe qui diceret ſe mihi perlibent̃ gratificaturū: ſed te nemini eiuſdē exēplū crediturū. Itaq̃ facito: ſi me amas: ut qđ de te bonus Accurſius dubitarit: mendaciū dixiſſe uideat̃. Sic em̃ etiā intelligem⁹: ꝙ ipſe de ſeſe uerus eſſe uelit. Vale cū tuberibus tuis. Ex Mediolano. xj. kalen. Februarias. M.cccc.Lij.

Erancicus Philelfus:Matthie triuiano:ſalutem.

[ſ] I me amas: ſicuti certe facis: uelim ꝙ primũ adeas Cicchum noſtrũ eũq; roges meo nomine: ut litteras talis det ad hos ducales rei pecuniariæ magiſtros:quales maxime oportet. Nã hi ut ſunt homines ſtrenui:nũmos ſemper cudũt:excudunt autẽ nunꝙ. Malũbriana uero grauitas ne tãdiu ſit grauis:cupio. Nã comitẽ Lodouicum ſcio eſſe mei ꝑmemorẽ:ſed puellaris ludicri multo magis:cui ꝓfecto ſi pedibus caueret:longe minorẽ operam impenderet. Vale. Ex Mediolano. xj. kal. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus:Lodouico Gonçagæ principi Nantuano:ſal.plu.di.

[p] Roximis diebus lr̃as ad te dedi:quibus intelligere haud obſcure potuiſti:ꝙ mihi rẽ gratam eandẽq; admodũ neceſſariã factur⁹ eſſes:ſi ꝙ primum ad id qđ petierã:te hũanũ ut ſoles ſemꝑ benignũq; præſtitiſſes. Nũc aũt qđ ſcriberẽ:noui nihil acciderat: niſi ut te rogarẽ: orarẽ:obſecrarẽ:id ꝑ animi tui magnitudine efficeres: ne me cũctãdo ambiguũ ex certo redderes. Nã &ſi tua erga me dilectiõe mihi certius eſſe uix quicq; põt:uereor tñ ne qñq; dilectio cũ difficultate certamẽ ineat. Sed quoquo bonũ difficili⁹ eſt:eo charius & laudabilius duci ſolet. Itaq; ſic difficultatẽ iſtã:ſiqua tandẽ nõ tuo:ſed fortunæ uitio apud te eſt:beneficẽtia atq; induſtria ſuꝑabis:nihil apđ me glorioſius nihilq; magis obſeruandũ:colendũ: prædicandũ: te munificẽtiſſimo principe futurũ eſt. Vale. Ex Mediolano. xj. kalen. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus:Lodouico caſellæ:ſalu.

[n] Arrauit mihi Mari⁹ fili⁹:quãta ſe mõ hũanitate Ferrariæ exceperis: utq; nihil prætermiſeris:qđ ſibi cõducturũ exiſtimaſſes. Habeo tibi gr̃as qđ omni in beniuolẽtiſſimũ tuũ erga me animũ aſſidue declares. Vellem aliquã mihi occaſionem offerri:qua tua cũ dignitate & cõmodo meum in te amorem liquido cognoſceres. Intelligeres profecto neminem eſſe:cui carior ſis ꝙ mihi. Quam

quidẽ rem qm̃ tibi ꝑſpicuã eſſe arbitror:reliquũ eſt:ut me diligere amareq̃ ꝑſeuereſ.Id aũt cumulatiſſime te præſtitiſſe iudicabo: cũ operã dederiſ:ne fruſtra ad tuũ præſtãtiſſimũ & ingẽti animo pricipẽ ſcripſiſſe uidear. Vale.Ex Mediolano.xj.kal.Februarias.M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus:Lodouico Gonçagæ Marchioni Mantuano:ſalu.di.plu.

q Vod ꝑhũaniter(ut ſemꝑ omnia ſoles)factuꝝ te receperas: id ꝑbenigne ad cõſtitutũ tẽpus ac munificẽtiſſime effeciſti. Quæ res uix dici quæat quantã mihi uoluptatẽ attulerit:cũ intelligo indies magis magiſq̃ te diſſimillimũ eſſe multorũ principũ:qui pollicitis liberaliſſimos ſe præſtãtes:ſũt diſſoluẽdo aut auari aut difficiles. At om̃e liberalitatis mun⁹ laudari tũ maxime debet cũ uel ſpõte fit uel libẽter.Nlla em̃ uirt⁹ eſt:cui⁹ actio fuerit cũ animi ægritudine. Id qđ &ſi uirtutib⁹ omnib⁹ ẽ cõmune: nulli tñ magis eſt ꝓpriũ q̃ liberalitati ac bñficentiæ.Hãc aũt laudem ad glĩæ tuæ cumulũ accedere nõ poſſũ equidẽ ꝓ mea erga te obſeruãtia:nõ magnope lætari. Vellẽ aliqua mihi facultas eẽt:qua intelligere ꝑſpicue poſſes:quãt⁹ eſt amor in te me⁹:quanta fides:quãta pietas.Sed ne ſim longior: q̃ te uelle ꝓ magnitudine animi tui animaduerto: habes me tibi totũ uel peculiari quodã iure ac plane tuo.Quid em̃ tua cauſa nõ audeã:cui me uideo eſſe chariſſimum? Vale. Ex Mediolano.xj.kal.Februarias.M.cccc.Lij.

Franciſcus Philelfus:Nicodemo Tranchedino:ſalu.

o Mnia ſũt deſiderãti tardiora:ob idq̃ ul' ſollicitudinis plena.Itaq̃ potes intelligere q̃ mihi rẽ gratã facturus ſis:ſi ad ea omnia mihi q̃primũ rñderis:quæ mea intereſſe cognoris:imprimiſq̃ an liceat iſtac ꝑ fidẽ publicã iter facere ad Alphõſum regẽ: id qđ ab ornatiſſimo equite aurato Angelo actiolo ut meo nomĩe petas:uolo.Is em̃ mihi hinc abiẽs pollicit⁹ eſt nihil ſe omiſſurũ: quo mihi gratificaretur.Vale.Ex Mediolano.xj.Kalen.Februarias. M.cccc.Lij.

Frãciſcus Philelfus:Nicodemo Tranchedino:ſal.

s Criptis iã & obsignatis superiorib⁹ litteris reddita mihi est epistola tua: quæ causam serius rñdẽdi nõ minus honestã ꝙ necessariã fuisse exposuit. Quod optimo erga me animo esse affirmes Cosmũ medicẽ uirũ illustrẽ: uæhemẽter gaudeo: cui ut in amore officioq; respõdeã: dabo operã diligenter. Quod istac iter facere ꝓfecturus ad regẽ tuto possim: & si ita futurũ spero iusticiæ fisus: nolim tñ fabis caput cõmittere: ne fortasse per imprudentiam nigræ uerterent̃ in albas. Quare si publicæ fidei litteras ire ad me uidero: utar amicorũ tuoq; potissimũ cõsilio. Sin secus fuerit: iter capiã ꝑ flaminios. Carnioriolũ suauissimi Andreæ nostri Alamanni indies expecto. Faciat deus ut capreæ iam incessu: ꝙ testudinis uti malit. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Februarias. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Angelo Actiolo equiti aurato: salutẽ.

e T quid ego cũ hinc esses abiturus: abs te petierim: & ꝙ mihi perlibẽter ipse corã receperis te facturũ quod petierã: tum ego memoriter memini: tũ ipse oblitus esse nõ debes. Nam qui unus omniũ officiosissim⁹ esse in amicos soles: q fieri queat: ut mei nõ memineris: quẽ sciam tibi esse charissimũ. Quã quidem meã de te opinionem ut re præsenti confirmes: tui est uel officij uel humanitatis. Mihi certe rem feceris adeo gratam: ut aliud hoc tẽpore gratius nihil possis. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Februarias. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: salutem.

m Iror moleste tulisse te: qđ in litteraꝝ meaꝝ inscriptionibus ab me sis & philosophus & medicus appellatus. At ego cũ te scirẽ iampridẽ artium: ut uulgo uocãt: & medicinæ Patauij donatũ insignib⁹: id quod honori maximo ducit̃: te tuis titulis decoratũ uolui. Quare autẽ nolis honorari: non intelligo: ni fortassis medicorũ mathula tibi odio est: quasi minus in maxima semper laude apud omnis nationes fuerit medicina: cuius inuentio in Apolline refertur: estq; disciplinarũ omniũ prima. Erras tu profe-

cto:qđ ita sentias. Esseq; tibi uideris inimic⁹: qui tibi tanq̄ ignominiæ ducas:qđ honori fuisse Achilli Homer⁹ in Iliade optim⁹ est testis: cū ille ex aeris intemperie atq; ui solari de pestilētia iudiciū tulit. Verū cōtēdere tecū nolim. Nam neq; philosophiæ te posthac neq; medicinæ laudabo: qui utraq; disciplina excellis plurimū. Interim uelim mihi ignoscas:qđ te plus amarim:q̄ ip̄e abs te amaris. Vale. Ex Mediolano.x.Kal. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus Xenophonti filio.sal.

f Acito q̄ primū adeas meo nomine cardinalē Nicænū Bessarionē:atq; ab eo petas:mihi ut cōmodet in mēsem unū Sextū Empericū ex p̄ipatetica disciplina philosophū & acutū & eruditū. Nam is etiā mihi ē: sed plurib⁹ in locis(ut ita loquar)fenestratus. Itaq; ex ei⁹ codice si melior fuerit:cupio meū emēdare. Sin fortasse deterior suus:emēdatior redibit ad dn̄m. Qđ si suū codicē p̄egrinari fortasse noluerit:meū istuc si ita maluerit: ꝓpediem mittam:modo ip̄e huiusmodi emendandi prouinciā cuipiam delegauerit. Vale. Ex Mediolano.x.Kalen. Februarias. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus:Galeacio episcopo mantuano: sal.

c Vm litteris Xenophōtis filij fact⁹ certior quæ hūanæ & perbenignæ tuæ ad me epistolæ rn̄deram:ea nunq̄ ad te p̄uenisse. Itaq; paucis quasi repetā: quæ plurib⁹ scripserā. Habeo tibi gratias imortalis:qđ me prius amaris:q̄ uel cognoris:uel uideris. Qđ autē Xenophonta filiū in tuā charitatē admiseris:uix dici quæat:quāto me cēseā beneficio abs te affectū:quippe qui filium nō dubitē in uirū optimū breui euasurū:si tuis se morib⁹ sanctimoniaq; imbuerit. Reliquā uero benignitatē tuā:quā mihi tā alacri animo polliceris:libēter audio:amplectorq; libentissime. Quid aūt sim tibi relatur⁹ ꝓ talib⁹ tuis erga me meritis:aliud maius habeo nihil nisi me unū fore: quē peculiari quodam iure tuū semp̄ possis existimare. Vale. Ex Mediolano.x.kalen. Sextiles. M.cccc. Lij:

Franciscus Philelfus: Xenophōti filio:sal.

q Vod Turci Cōstantinopolin premunt obsidione: fero ꝑmoleste. Reliqua uero quæ scripsisti: me omnia delectarūt: imprimisq; ꝙ præsuli tuo charus iucundusq; sis. Incumbe mi fili: & te ad istius innocentissimi & sapiētissimi uiri cōtinētissimos modestissimosq; mores effinge atq; compone. Hac una re nec mihi facere gratius quicꝙ potes: nec tibi laudabilius. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Sextiles. M. cccc. Lij.

Frācisc⁹ Philelfus: Bernardo Iustiniano Leōardi filio: sal.

p Etrus Thomasius doctissim⁹ philosoph⁹ & eloquētissim⁹ medicus cōmonuit me suis litteris scripsisse te mihi iamppridē: dedisseq; tuā ad me epistolā per id tēporis uiro patricio Nicolao Barbo ad Nicolaum Varonē: ut ijs illas cōtinuo & cōmode ad me daret. Ego autē neq; tuas neq; Thomasij litteras in hāc diē accepi. Quare uel Varoni littere ad me datæ nō sunt: uel eæ fortassis ob iter interceptæ. Itaq; rogo te: ut humanitatē paternam moresq; imitatus: nobis in scribēdo esse difficilis: curaq; si me amas: ut omnia ad me diligēter scribas: quorum me desiderio teneri iamdiu intellexisti. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal. Sextiles. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal.

a D decimū kalēdas sextiles simul cū meis litteris ad pontificē mantuanū scripsi etiā tibi: quantū ꝑ id tēporis tua interesse nostraq; uidebat. Nūc aūt quod uolo: paucis accipe. Diodori siculi qui uniuersam historiam nō græcā & latinā solū: sed etiā barbarā græcæ scripsit: mihi sunt ab initio sui opis libri quinq;. Audio in Italia his plures esse: quos Christoforus garattonus Choronēsis episcopus qui a Turcis mō occisus est: aduexit ex græcia. Volo rē diligētissime odoreris: an ij Romæ reperiant: quod si ita sit: fac me ꝙprimū certiorē: an istic librarius græcus sit ull⁹: qui id operis excribendū assumeret. Tu interim operā dabis: ne te musæ destituāt: qđ facile cōsequeris: si litterariæ malueris ꝙ pecuniariæ rei habere rationē. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Sextiles. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal.

q Vod pridie kal'. Augustas cũ ad te lr̃as dedi scribere sum oblit⁹: est mihi nup renũciatũ qđ carmẽ ad Baptistã Albertũ anno supiore ex Cremona scp̃serã: id ei redditũ nõ fuisse. Qđ uerũ ne an falsum sit: nescio. Tu qui Romæ nũc agis: poteris intelligere: quid in re sit. Ego carmẽ ip̃m dedi ad te: ut sit min⁹ sit redditũ: q̃primũ isti reddendũ cures. Ad hæc me uelim facias certiorẽ: qđ de Diodoro siculo iusserã. Præterea: si qd de re cõstãtinopolitana ẽ auditũ: qcq̃ istic p̃riarches aut egerit aut actur⁹ apđ põtificẽ maximũ sperat̃. Tu ne tibi desis: q̃diligẽtissime puideto: hoc est: ne musarũ hospitio asperneris. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Sextiles. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Baptistæ Alberto: sal'.

d Ederã ad te anno supiore kal'. Octobribus ex Cremona carmẽ nõ tã uoluptatis capiundæ q̃ ueluti renouãdæ ueteris amicitiæ gr̃a. Sed id cũ tibi nõ eẽ redditũ accepissem: iccirco iterũ dandum iudicaui: ut & tibi anim⁹ me⁹ fieret exploratior: & ipse ne frustra qcq̃ ul' lucubrasse ul' lusisse possez existimari. Nã æque uersu: ut nosti: atq̃ p̃sa delectari cõsueui. Nec alienum cẽseo ab officio meo: ut quoscũq̃ honest⁹ mihi amor cõiunxerit: eosdẽ honest⁹ q̃z memorie labor monimẽtis lr̃a℞ mecum p̃petuo cõseruet. Quare cũ absoluto iã uersib⁹ decẽ milib⁹ satyrarũ ope: me ad lyricos modulos retulissem: impmis etiã tu: q ab oĩ satyra tanq̃ abhorrueras: occurristi: quẽ int̃ familiarissimo℞ cõmemorationẽ nulla obliuio aboleuerit. Itaq̃ id carmis iterũ ad te dedi. Tu uelim tuũ des ad me Momũ: quẽ audio: si adhuc eũ absolueris. Vale. Ex Medio. v. idus Augu. M.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: sal'.

p Etrus Thomasius præclarus in pħia uir atq̃ idẽ disertissim⁹ medic⁹: mihi nup scripsit mirari se: q̃ nihil unq̃ ad ea responderim: quæ anno supiore & ip̃e & uir patricius Bernardus Iustinian⁹ Leonardi fili⁹ ab me litteris petijssent. Huic ego cũ respõdissem nullas p id tempis neq̃ suas nec Bernardi litteras mihi redditas: monuit rursum eas abs te repeterem: quippe cuĩ uir nobilis Nicolaus Barbus illas tibi ad me dedisset. Quare si ita est: rem mihi

facies admodũ gratã:si oñderis:quid ea de re actũ sit. Vale.Ex Mediolano Kal'. Septembres. M.cccc. Lij.

Francisc⁹ Philelfus:Francisco scalamõti eqti aurato:sal'.

u Ererer pfecto:ne tu me ul' obliuionis ul' negligentiæ accusares:quod iam tot annos nullas ad te litteras dederim. Sed eo te puto in me esse æquiorẽ:q iampridem cognoris eo me esse ingenio : ut neq; hominẽ amicissimum obliuisci queam: nec ullam propemodũ uirtutem offerri patiar:qua magis delecter q̃ diligentia & officio. Dedi ad te litteras bis & iterũ: posteaq̃ tu nihil responderas. Dediq; ad te libros de exilio : qui ubi post non parum temporis ad me reuertissent: renũciarunt nequaq̃ te offendisse:quippe qui abesses Anconæ in Dalmatia. Miratus autem sum:ubi rediisti Ancona:nihil omino scripsisse mihi. Itaq; tibi cauendum est:ne aut negligentiæ accuseris:aut obliuionis. Cæterum danda est opera: ut quod tempus intercepit:reficiat diligentia:hoc est; ut q̃ sæpissime ad me scribas: id quod me tecum obseruaturum bona fide polliceor . Vale.Ex Mediolano Nonis Septembrib⁹ M.cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni:sal'.

n V diusquintus alteras ad te litteras dedi:quib⁹ oñderam me nuper factũ a Petro Thomasio ex Venetiis certiorem anno superiore cum me Cremonam recepissem:& suo & Bernardi Iustiniani nomine tibi ab Nicolao Barbo litteras ad me datas : quas equidem ipse nunq̃ accepi. Itaq; rogo te:ut me q̃primum cõmonefacias : siqd hac de re certi habes : hoc erit mihi uæhementer gratum. Ad hæc scire ex te cupio:qua uia Pliniũ de naturali historia mihi comparare queam . Audio eñ hunc eẽ apud uos doctissimi Aurispæ Guariniq; diligentia recte emendatũ. Neq; librariorum penuriam istic esse puto:ubi omniũ bonorum quibus ciuilis hominum fœlicitas cõstare existimatur:exundat affluẽtia. Vale.Ex Mediolano Nonis Septẽbribus. M.cccc. Lij.

Franciscus Philelfus:Petro perleoni:sal'.

f Amiliares Cicerõis epistolas quas petebas:uæna-

lis inuenimus. Eas si habere cupis: ducatos decem mittas: oportet. Id enim precij omino se uelle dicit librarius Melchior. Nec alius huiusmodi codex apud alium quenq̃ uænalis reperitur. Codex uero hic epistolarum & pulcher ẽ & nouus & satis emẽdate scriptus. Rem paucis tenes. Tu quod fieri uelis: significato litteris Τηµ Δέ βούληµσού πάµύγεάσπα ζοµάι. προσ Δέ τοµ ύλοµ γεγραφα. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Septembres. M.cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Mario filio: sal.

u Bi gentiũ te cõtineas: nescio: istic ne Casale an Altarij. Petrus perleo familiaris noster fecit me nup suis litteris certiorem breui futurum: ut Ariminũ repetat: id quod ante significaui tibi: quare si tu uelis locũ eius præmiumq̃ subire apud Genuenses in eruditione publica: se facile daturum operam effecturumq̃: ut tibi ex sententia res succedat. Ad hæc quod te arbitror non latere Hieronymus bindotus leuir tuus: est modo Florentiæ coniectus in carcerem. Nisi istinc ab illustri marchione cui⁹ nomine aragonum regem Orator petebat: eius liberationi cõsultum fuerit: est q̃ diutissime futurus in ea fortuna. Nos omẽs ualemus recte. Et te & Mariã & filios ualere plurimũ opto. Ex Mediolano. v. kal. Octobres. M.cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Andreæ alamanno priori populi Florentini: sal.

g Ratulor tuæ præsenti expectatæq̃ dignitati. Nũq̃ enim sum ueritus te ante diem: ut ita dixerim: ad istum honoris gradum peruenturum. Nam ut ita crederem: tua uirtus singularisq̃ prudẽtia mihi persuaserat. Nõ enim cum ijs sentio: qui prudentiam iuuentuti subtrahunt: quasi peculiari quodam iure ea senectuti sit danda. Sed neq̃ indoctus senex habendus sit prudens: neq̃ doctus adolescens imprudens. Nam multo plura rerum humanarum exempla atq̃ documenta tradere nobis queat lectio diligens & multiplex eruditio: q̃ longissima etiam hominis unius annositas. Quare cum & ingenio te acerrimo esse perspicerem & diligentia singulari: tanta præ

terea doctrina: quanta æqualiũ tuo℞ neminẽ: facile intelligebam ꝓpediẽ fore: ut in altissimũ dignitatis gradũ tua te respu. tolleret. Qđ igiť prudentia auctoritateq; apud tuos florẽtissimos ciues æque uales atq; eloquẽtia & disciplina: nõ possum tibi nõ admodũ gratulari. Deus fortunet tuos cogitatus: efficiatq;: ut ingẽtibus tuis præclarisq; uirtutib⁹ hominũ existimatio gratitudoq; rñdeat. Ego autẽ ne meæ litteræ oĩno uacuæ ad te irent: has duob⁹ sum munusclis comitatus: quorum si te primis floribus delectatum uidero: mox quoq; maturi fructus consecuturi sunt. Vale. Ex Mediolano. v. kał. Octobres. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: saľ.

g Viniforto bergomẽsi disertissimo iuriscõsulto litteras ad te dedi nonis septẽbrib⁹: qb⁹ nõ obscure debes intellexisse: qbus in reb⁹ tua mihi & opa & ope est uæhementer opus. Quare maiorẽ in modũ abs te peto contẽdoq; siquid es unq̃ mihi gratificaturus: quod omniũ maximi sim facturus: effice: ne uidear frustra tuũ officiũ postulasse. Vale. Ex Mediolano pridie kaľ. Octo. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Iacobo camerinati: saľ.

l Egi litteras tuas pro amicitia nostra: ut debui libẽtissime. Et quo in me munere usus es: nõ potui nõ lætari: ut q beniuolẽtissimũ animũ erga me tuũ oĩb⁹ in rebus perspicuũ facias. Qđ aũt ad epłas meas attinet: q̃tum uidere uideor: te uiuũ adhuc potauit lethe: quẽ apud inferos fabulanť. Nunquid oblitus es: cũ te ultimũ uidi dixisse mihi circiter kaľ. Ianuarias. Laude Christoferũ marlianũ probum adolescentem & pauculũ illud serici panni & epistolas meas queadmodũ ipse per epistolam iusseram: tibi tradidisse. Pollicitusq; es propediem fore ut Mediolanũ peteres: & ea omnia ad me ferres? At uenisti tu quidẽ Mediolanum nõ multis post diebus. Neq; prius audiui uenisse te: q̃ abijsse cognoui. Nec multo post Mediolanum redijt Christoforus idem marlianus: qui de me nõ mediocriter apud me questus est: qđ tanq̃ fidei suæ diffidens: alium sibi ad res meas tuendas prætulissem: quin etiam metuere se: ne unq̃ meas illas mihi epistolas redditurus esses. Huic

ego qui mihi & fide & obseruātia erga me iāpridē perspe/
ctus esset: tum respondi quod opus fuit ad me purgandū:
tum etiā adieci: nllo modo posse fieri: ut qui eēs liberalissi/
mus: auariciæ obnoxius uideri uelles. Nūc igitur uideo te
tui oblitū: quippe qui dedicere uideare: quæ & ipse dixe/
ris: & ego uera fuisse certo scio. Itaq; si me amas: si uis tuū
apud me beneficium nunq̄ intermoriturū: da operam: ut
colligas cogitat⁹ tuos: ac memoriā ad te reuoces: quærasq;
diligenter: quo in scrinio epistolæ meæ latitent: easq; q̄pri
mū ad me des. Quod si feceris: nō modo mihi satisfacies:
sed plærisq; rerum mearum studiosis morē geres: qui me
quotidie obtundunt: quod minus eorum uoluntati inser/
uiam: cupiūt enim eas excribere. Nec mihi alid' ullum ex/
emplum est. Accedit ad rem: quod grandiusculam illā epi/
stolam ad Karolum regem francorum: quod ei⁹rei tu ex
me iampridem audisti: nōdum misi trans alpes. Itaq; lucu/
bratiunculā illam quācunq; meam habitam esse frustra nō
possum non permoleste ferre. Fac ergo ne beneficium tu/
um fuisse maleficium uideatur. Vale. Ex Mediolano kalē.
Octobribus. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Andreæ alamanno
priori populi florentini: sal'.

r Aphael niger uiraginis huius splēdissimæ Mariæ
blācæ auunculus: ut ē acerrimo uir ingenio & pru/
dētia singulari: nouū quoddā & salutiferū opus excogita/
uit: quo præstantissimus princeps noster cū ad suam socio/
rūq; tutelā & incrementū: tum in hostiū perniciē atq; exi/
tiū uti queat. Subducta em̄ q̄diligētissima rōne: facile pspi
cueq; inuenit triremiū classem etiā pingentē rebusq; om̄i/
bus ornatissimā & expeditius & lōge minore impēsa para
ri exædificariq; posse apud principē nr̄m q̄ usq; apd' alios
in Italia. Quā quidē rē ad uos ut audio: idem Raphael nup
scripsit. Itaq; nō sum ueritus te hortari: id in senatū ut refe/
ras: cunctisq; persuadeas tuis & collegis & ciuibus quanta
sit ad uestram remp. utilitas puentura: si opera dabitur: ut
hac hyeme dum cessat̄ ab acie: ad fabricandā ꝓfligandāq;
huiusmodi classem cōmuni huius principis sociorūq; oīm

& consensu & apparatu omĩs cura:omĩs diligẽtia impẽdatur. Vix ꝑfecto res cœpta fuerit:tantus ilico terror hostilem fastũ inuadet:ut nemini cuiꝗ neꝗ spes nec fiducia relinquatur nisi in hui⁹ principis sociorũꝗ clæmẽtia. Tu qđ facto sit opus:itelligis. Ego aũt deũ oro:ut res uestras indies magis magisꝗ fortunet. Vale. Ex Mediolano pridie nonas Octobres. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal.

Post eas litteras: quas mẽse iunio dedisti ad me: cũ primũ a Philippicis balneis Romã rediisses: alias abs te nullas accepi: cũ plæræꝗ interim meæ ad te ierint. Itaꝗ nõ possum non mirari. Verituſꝗ sum:ne quid tibi:qđ nolim:ex ista æstiui aeris intẽperie acciderit. Non eñ adeo est iter interclusum:ut nemo omĩno istinc ad nos ueniat. Quare fac:si potes:ut me ꝗprimũ leues hac animi sollicitudine:ad eaꝗ singillatim rñdeas: quæꝗ nõ unis lrĩs tibi scripseram. Et qm̃ significasti nõnullos esse Romæ qui cuperent horum aliqd legere:quæ ab me in præsentia scribũtur:duorũ operũ ueluti frontispicia:tũ Sphortiados: tũ de uita & rebus gestis Francisci Sphortiæ:cum hisce litteris ad te dedi. Tu fac: ut quicqd ocij nact⁹ fueris:cõsumas in litteris atꝗ disciplina. Nos hic omẽs ualemus recte. Venissem Romã:si facultas a ꝑncipe facta esset. Vale. Ex Mediolano. vij. idus Octobres. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Bartholomæo Meltio: sal.

Mihi pater tuus uir optimus & mei amãtissimus hoc die renũciauit:cum iam litteras ad Xenophonta filium obsignarã:te sibi scripsisse Mantuanũ pontificẽ abesse ab urbe: & cum eo Xenophonta quoꝗ: quare quas meas fidei tuæ litteras commiseram:eas te reddere nequiuisse:esseꝗ apud te. Fecisti tu quidem recte: ꝙ bona fide litteras apud te ueluti depositas:tueri malueris: ꝗ uento commendare. Itaꝗ cum his tuis alias quoꝗ ad filium ab me datas:tamdiu esse apud te uolo:quoad ille Romam reuerterit. Qui si diutius distulerit reditũ suũ: & priores & posteriores litteras soluas: uolo: & quæ arcana sũt: ea ne efferas: in reliquis uero uicem filij geras. Vale. Ex Mediolano. vij.

idus Octobres. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus: Iacobo camerinati: sal.

e Tsi tuũ munusculũ mihi fuerat pergratũ: quippe qđ ab amicissimo erga me animo factum intelligebam: mlto tamẽ & gratius fuit & optatius: quod secundis litteris tuis me fecisti certiorẽ: epistolas quibus nõ æquo aĩo carebã: insperato tibi repertas eẽ. Nã earũ amissio eo mihi erat molestior: quoniã nullo altero abundabã exemplo. Tantas igitur habeo tibi gratias: ut maiores habere hoc tempore nullas queam. Teq; etiã atq; etiã rogo: ut istas ad me fido alicui nuncio q̃primũ des. Quod si alius nemo prius oblatus fuerit: eas aut Antonio trecho uiro humanissimo: ab quo ad Matthæum pisaurẽsem mei amãtissimum mittãtur: aut uiro inclyto Rainaldo fulginati cõfestim ut tradas: uelim. Vale; & si qua in re mea tibi opera opus est: me utere arbitratu tuo. Ex Mediolano. vij. idus Octobres. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus: Scæuæ corti iurisconsulto & equiti aurato: sal.

a Mbrosius gentilis derthonẽsis iuriscõsultus: suo q̃dem iudicio admodũ prudens: meo autẽ non imprudens oĩno: hesterno die me offendit in aula ducalis curiæ: incedens fronte ut plærumq; solet: resupina. Inflatusq; opinione sui appellat me insolẽtius uoce altiore: O Philelfe inquiens: qd min⁹ fungeris officio boni uiri? Quid istud inquã? Sum em̃ uerit⁹ne quid fortasse perperã per imprudentiam perpetrassem. Tum pygmæus erectus in digitos elataq; ceruice subdidit multo petulantius: At es tu quidẽ fraudulentus: qui Scæuæ corti nondum aureos quinq; dissolueris: qui ex quattuordecim reliqui sunt: quos ei debes ex pensione domus: quam Papiæ anno proximo cõduxisti: cũ Mediolano metu pestilentiæ abesses. Hæc ego audiens cœpi primũ stomachari paululũ: ut uix me cõtinuerim: quin stultũ nebulonẽq; appellarim. Sed mox cõtinui me: subieciq; subridẽs: Vellẽ equidẽ Ambrosi: ut nõ min⁹ grauitati studuisses: q̃ iuri ciuili: quod si fecisses: modesti⁹ loquereris. Tum cœpit ille magis magisq; excãdescere: &

tanq̃ insaniẽs: Ergo me inquit leuẽ eẽ dicis: & eandẽ uocẽ etiã etiãq̃ ingeminãs cũ clamore: mouit nõ mediocrẽ risũ astantibus. Accurrerãt eñ nonnulli: ut fit. Quid multis? In dolui eius uices: qui dum fugeret leuitatis: ut ipse dicebat nomen: ab oĩbus est leuissimus iudicatus. Nũc aũt ad rẽ ꝓpius accedo. Ego mi Scæua cõduxi domũ tuã Ticini longe etiã ære grandiore q̃ qsq̃ annis ꝓximis cõsuesset: qđ ut facerẽ: idẽ Ambrosius fuit in causa. Is eñ ut indoctis qbusdã gratificaret: qui meũ illuc aduentũ inscitiæ suæ detrimẽtosum existimãtes: ita induxerãt Ambrosiũ ut nihil omitteret eorũ omniũ: quæ mihi molestissima fore iudicasset. Et qm̃ prætoris erat assecla: omniũ primũ operã dedit: ut pestilentialis cõtagionis obtẽtu me urbe extruderet: cũ iã triduũ ante publico ciuitatis consensu in urbẽ receptus essem. Id cum prætore inhibẽte assequi nequisset: uideretq̃ doctissimorũ hominũ optimorũq̃ uirorũ eã esse sentẽtiã: ut mea illic quãtulacunq̃ mora dignitatem ciuitati foret & priuatim & publice allatura: nihil amplius aduersus palam ut pri⁹: sed clã om̃ia atq̃ p insidias machinabať alias atq̃ alias ineptias cõminiscẽs. In idq̃ maxime nitebať: ne qua mihi facultas foret domus cõducẽdæ: id qđ tãto se facili⁹ effecturũ opinabať: qđ esset præter anni tẽp⁹. Tũc ego postea q̃ sensissem ædes tuas etiã uacare: de his adiui fratrẽ tuũ hũanissimũ uirũ Gaiũ: qui qm̃ scisset: quãta mihi amicitia tecum esset: intelligeretq̃ nisi ego ædes cõducerẽ: fore: ut uacuæ oĩno futuræ annũ totũ relinquerenť: nõ inuit⁹ cõditionẽ accipiebat: præsertim cum nulla ab me cõsueti preciȷ̃ diminutio fieret. Tum Ambrosi⁹ inclamitat Gaiũ non bñ consulere fraternis cõmodis: nullã eñ domũ Philelfo conduci posse nisi hanc unã: ꝓinde locandã esse quãto posset pluri. Idq̃ non faciebat illa uulpecula: ut rei tuæ mi Scæua ꝓspiceret: sed ut mihi qđ cœperat: incõmodaret. Itaq̃ dimidio plus dedi ꝓ mercede annua q̃ dari antea consuesset supiorib⁹ ꝓximis annis. Nã in repatione horti dũtaxat aureos erogaui quinq̃: & id qdẽ præter aureos quattuordecim: quib⁹ definiri pẽsionẽ uoluit. Hæc aũt narrata ꝓlixus ab me sunt: ut nosses puicaciã & malignitatẽ hoĩs. Nã qđ

Ambrosio ipse phumaniter respōdi:ꝙꝙ dom⁹ adhuc mihi obnoxia est: hūc oēm mēsem quā ego reliq liberā iā totos mēses quattuor: cupio tñ uel hoc tpe meo amicissimo Scæuæ satisfactū iri: cū primū aliquid mihi ex publico ære qđ debeᵗ solutū fuerit. Tū ille insolētiore quodā fastu: Nil aliud inquit mihi rñdes? Quid aliud inq̄ possim. Mecꝫ iterū ille dolosum esse dixit. Et ipse rursus adieci: Si iuri ciuili grauitatē addidisset: emēdati⁹ loqueret. Rem tenes oēm mi Scæua. Mihi pecuniæ nullæ sunt. Principis ærariū ita ē exhaustū ob uoracissimā hāc militū charybdin: ut necꝫ mihi necꝫ aliꝭ cuicꝫ uiro togato satisfiat. Ego tibi debeo: princeps mihi. Non magis ego apud te sum in crimine: ꝙ apđ me princeps. Si mereᵗ ille ueniā: mereᵗ etiā Philelfus tu⁹. Nec tñ fore despero: ut mihi ꝓpediē dissoluaᵗ quod merui. Quod ni factū fuerit: ꝓficiscar in castra. Nec illinc pri⁹ sim abitur⁹: ꝙ mihi princeps satisfecerit. Qđ si minus assequi potero: non solū tibi ipse non satisfaciam: sed etiā erit opus ut priuato ærario me adiuues. Nā uetere ꝓuerbio ut scis: quæ amicorū sūt cōia eē oportet. Tu interea tpis tuis grauissimis lr̄is Ambrosiū derthonensem castigato. Vale. Ex Mediolano. v. idus Octobres. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus: Aenico daualo eqti aurato: saľ.

d Eus malefaciat huic ꝓcellæ calamitaticꝫ belloꝝ: quibus meū ad te iter intercludiᵗ: nec uti licet ꝓfectiōe libera. Vix dici queat mi Dauale: ꝙ moleste tulerim: ac ferā iā annis q̄ttuor cūctationē meā eūdi ad uos: cū multarū rerū: tū satyrarū cā: qppe q uæhemēter doleā tot i eo ope lucubratiōes mihi frustra susceptas. Sed utcūcꝫ res habet: eundū est tandē: id qđ ad martiū ē reiectū. Satyraꝝ codex q decadas decē denis satyris singillatim distributas aduersus decē milia cōplectiᵗ: ē pulcherrimus cū lr̄arū notis: tū minijs & opculis: q si min⁹ intus: saltē in cute te non poterit nō delectare: quancꝫ puto nō mēte minus ꝙ oratione lætabere. Vale. Ex Medio. iiij. idus Octo. M. cccc. lij.

Franciscus Philelfus: Nicolao arcimboldo: saľ.

q Varto idus nouēbres ad Caluisianū ueni in castra Sphortiana: ubi sū phumaniᵗ & honorifice exce-

ptus a principe. Nec dubito me om̄ia ex sententia nostra confecturū. Id factum cum fuerit: te reddam q̄ primū certiorem. Vale. Ex castris ducalibus apud caluisianū pridie idus Nouembres. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus: Matthæo pisaurensi: sal'.

f Vm om̄ia a munificētissimo principe nostro assecutus: quæ uolui. Qđ eo ē mihi iucūdius: quo me uideo maxima ex pte liberatū fastidiosi istius Lōgi morositate atq; ineptitudine. Tibi autē plurimū debere fateor: qđ mihi & re sæpe & uerbo semp satisfecisti. Reliquū ē: ut siqua pecuniola meæ familiæ ante meū reditū opus fuerit: isti ne desis. Et quicquid dederis: adde ratiunculæ nostræ. Vale. Ex Gammara nonis Decembrib⁹. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus: Nicolao arcimboldo: sal'.

o Mnia mihi tribuit humanissimus princeps noster: quæ uolui. Nūc Ferrariā iccirco paululū diuertere institui: ꝙ illic eē accepi Antoniū quendā Veronēsem: qui inclyti Karoli Gonçagæ filios: cū ij istic essent: erudiebat. Is cum Karolo una abiens secum abstulit codicem quendā meū quo uitæ illæ magna ex parte cōtinētur: quæ a Plutarcho mirabili diligentia scriptæ sūt. Eo igit̄ nauigo: ut huiusmodi codicem recuperē: Ad natalē christianū omnino apud uos sum futur⁹. Vale. Ex Cremona. iij. idus Decembres. M.cccc.Lij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

a Ccepi binas litteras tuas eodē die cū primū ex castris ducalibus Mediolanū ad. vij. kal'. Ianuarias reuertissem. Harū tu alteras ad me dederas. x. kl'. Decēbres: alteras uero. vj. idus. Intellexi: quæ scripsisti oīa. Et quantū uidere uideor: pegrinatiōis istius tuæ satietas iā te cœpit. Qđ si ante abitionē tuā Ciceronē in officijs audire uoluisses: aut nō abijsses: præsertim clam patre: aut tā subito domum nō repeteres: cum nondū ī deliberādo neq; tēporis nec etiā diligentiæ satis adhibere potueris. Nihil tibi erat in causa: quāobrem in Romanā curiam te reciperes: quippe q domi haberes: unde & melior quotidie & doctior fieres. Quod si prudentiæ potius q̄ sapientie studio duceba-

ris: hoc eſt: pecunia magis ꝙ uirtute atqꝫ diſciplina: licebat tibi apud munificentiſſimũ noſtrũ principem pecunioſiſſimo breui effici: ubi malles negocio ꝙ ocio te offerre. At fuerunt: qui te induxerint. Itaqꝫ ignoſcendũ eſt adoleſcētiæ tuæ. Poſthac conſules tibi fortaſſe melius. In præſentia: ut ſcribis: cupis initiari. Si religionis amor id monet: non improbo: modo etiã atqꝫ etiam cogites: quid tibi ſtatuendũ ſit: quid ſequendũ: quã incedendũ uiam. Nam ſi putas te in eccleſia fore clarum ſine ijs artibus: quæ apđ ſacerdotes habentur in precio: uæhementer erras: Nam cum alia permulta diſcēda ſunt: tum ius pōtificiũ imprimis omniſqꝫ diuinæ rationis cognitio tenenda: quæ theologia dicit̃. Sin iccirco iſtiuſmodi deſiderium te corripuit: ut ſine labore uitam iucundam ducas: q̃ tuum ſim inſtitutum probatur⁹: potes facile ex meis morib⁹ cōiectare. Quare ſi me audis: primũ omniũ teipſum collige: tecum habita. Meditare iterum atqꝫ iterũ: quã uitam uiuere decreueris. Seu tu ſæcularem quã uocant: elegeris: ſiue eccleſiaſticã: utrã malueris: ꝓbo: modo ſit cum laude. Qđ ſi omino ad nos fortaſſe redire inſtitueris: tibi ædes paternæ nunqꝫ occludentur. Vale. Ex Mediolano nonis Ianuarijs: M.cccc.Liii.

Franciſcus Philelfus: Xenophonti filio: ſal'.

ſ Cripſiſti ꝓximis lr̃is aliquos iſtic eſſe: qui cupiant ſcire: quare Sphortiada per ph & nō p f lr̃am dotarim. Ad hæc qua rōne plærũqꝫ in ꝑma ſyllaba per æ diphthongũ ſcripſerim. Accipe qđ petis utrũqꝫ breuit̃. Sphortias non ſolum per p cũ aſpiratione h & non ꝑ f a me ſcribit̃: qđ recta ſcriptura ꝑ f poſt ſ apud latinos eē nō patit̃: ſed etiã qa nomē Sphortia deductũ uolumus a græco qđ ē σπορτά ſporta: id eſt fames: unde & σπορτία ἡ ἀγομένη ἑορτή & apud nos ſportula. Huius autē rei cãm qm̃ Platonē ſecut⁹ in eo libro q de rectitudine nominũ eſt inſcript⁹: in libris de uita & rebus geſtis Frãciſci Sphortiæ ſũ redditurus: hoc tpe omitto. Plærũqꝫ uero iccirco ꝑ æ diphthongat̃: qm̃ deſcendit ἀπὸ τοῦ πλήρεσ: qđ plenũ frequenſqꝫ ſignificat: cōuerſa e lōga in diphthōgon æ: ut in ſcæna rhæda: læthes in alijſqꝫ ꝑmultis dictiōibus uidemus obſeruari.

Vale. Ex Mediolano pridie idus Ianuarias. M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus: Iacobo camerinati: sal.

n Olim tibi pſuadeas tuas ab me negligi: qđ minus ꝙ primũ tibi significarim: quid mihi Cicchus Angelusqꝫ responderint. Hi quod petis: diligenter curant: putãt omino ꝓpediẽ ex sententia tibi consultũ iri: Confecissentqꝫ quod tua causa cœperãt: nisi occupatiões principis quæ sunt fere immẽsæ ob plures præclaras legationes: quæ uno pene tempore cõuenerũt: aditum his tantisper interclusissent: dum his liberetur harũ præsentia ac sollicitudine. Differri tñ res tua diu non potest. A me nullum erga te officium aut studium negliget. Tu interim esto bono animo: Non enim quantum intelligo te tua fallet spes. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M.cccc. Liij.

Franciſcus Philelfus: Renato regi: sal.

t Ernas litteras ad te dedi anno superiore ijs de rebꝰ quæ tua maxime intererãt. Itaqꝫ nõ poterã nõ mirari: quod nihil respõderes: præsertim cum te humanissimũ facillimumqꝫ esse iampridem uno omnium consensu sermoneqꝫ audierã. Sed Ioannes cossa uir clarissimꝰ ideqꝫ grauissimus: q modo & tuꝰ & Christianissimi Frãcorum regis legatus in Italiam uenit: liberauit me omni dubitatione: quippe qui corã affirmarit nullas tibi oĩno redditas eẽ litteras meas. Deus malefaciat hominum uel neglientiæ uel perfidæ: qui & me henestissimo officio: & te non mediocri: ut opinor uł utilitate: uel uoluptate fraudarint. Quibꝰ litteras ad te dedi: Frãci fuerũt omnes: quoꝝ uni Malurticæ cognomẽtũ est: homini bellicis artibꝰ studenti: & tui ut aiebat: obseruãtissimo. Sed qm̃ quæ scripserã nõ accepisti: ea in præsentia tibi corã exponet idẽ Ioannes cossa: cuiꝰ fides & diligẽtia tibi sole clarior esse debet. Vale. Ex Mediolano. vi. kal. februarias. M.cccc. Liij.

Frãciscus Philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario sal.

c Vm uir clarissimꝰ Ioãnes cossa regiꝰ legatꝰ a florentinis redituꝰ in Frãciam Mediolano iter faceret: a me petijt tuo nomie libros de exilio quos superioribꝰ ãnis

elucubraram. Hos ego a te ideo in præsentia dare non potui: q̃m non eẽt tantũ tp̃is datũ: ut excribi possent. Itaq; nõ potui nõ ferre permoleste: ꝗ tibi tanto & tãta dignitate uiro min⁹ statim gratificari quiuerim: præsertim ea in re: quæ mihi non minus iucunda esset q̃ futura honorifica. Nam & te iampridem cum ob florentissimi tui generis splendorem: tum ob illustrem eruditionem tuam singularemq; sapientiã mirifica beniuolẽtia obseruo: & ignarus certe non sum: quantũ sit meo nomini ac laudi tua auctoritas incrementũ allatura: ubi scripta mea tuo grauissimo testimonio cõfirmaris. Nec eñ debeo dubitare mea tibi uoluptati fore: qui & humanissim⁹ sis liberalissimaq; natura: & a me tãtope diligaris ut nihil ad amoris cumulũ possit accedere. Dabo aũt operã: ut ꝓpediẽ morẽ gerã uoluntati tuæ. Nã tũ libros de exilio quos petis: tũ alia plæraq; ex his: quæ a meo ingenio studioq; manarunt: curabo excribi ea plane: quæcũq; futura tibi iucundiora existimabo. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Eebruarias. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Iacobo bicheto: sal.

n Isi te iampridem plurimum diligerẽ: stomacharer fortasse: cum uideam codicẽ meum esse apud te tã diu uel inuitum. Nam quod dixeris puero meo eũ tibi nõ esse: haud intelligo: quæ sit animi tui sententia: Nõ eñ puto id dicere te: quod meum codicẽ nequaq̃ habueris. Nã & habuisti: & eũ alijs cõmodasti. Quod si illũ fortassis amiseris: tibi amissum uolo: non mihi: q̃q̃ opinor amissum tibi eũ nõ esse. Itaq; rogo te: ut huic meo puero meũ illum codicem ad me des: ne me cogas aliũde remedium poscere. Vale. Mediolani ex ædib⁹ meis. iij. nonas Februarias. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Iacobo bicheto: sal.

q Vantũ uidere uideor: ita negociosus es: ut nihil tibi ocij relinquat̃ ad inquirendũ int̃ infinitã librorũ tuorũ copiã codicẽ illũ meũ: quo duæ oratiões Lysiæ a nobis traductæ: altera funebris de laudib⁹ Atheniensium: altera iudicialis cõtra Eratosthenen adulterum: & Aristotelis Rhetorica ad Alexandrũ regẽ: nostra itẽ traductio cõ

tinentur.Nō em̄ adduci poſſum:ut credā aut te alieni mu
tui oblitū:aut qđ officij tui fideiq́ꝫ ſit:nolle præſtare.Nā co
dicē illū tibi cōmodaui tp̄e illiꝰ optimi Philippi ducis: quē
ea tu lege petiiſti:ut excribi curares:non ut nunꝗ reſtitue
res. Atqui repetiui abs te illum per id tp̄is interdū:cū dice
res nondū excriptum eſſe:cum ego tn̄ audirem ſecus eſſe.
Tuam cunctationē iccirco ferebā patienter:qm̄ putarem
quæ eſſent excripta:ea fortaſſe nondū eē abs te ſatis emē
data. At nunc quia præteriere iam anni cōplures:nihil alie
num ab amicitiæ iure me factuꝝ exiſtimaui aut exiſtimo:
ſi te fecero certiorē me oīno inſtituiſſe mea mihi ꝙprimū
uendicare. Vale. Ex ædibus noſtris Mediolani. iij. Nonas
Februarias.M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus:Guilielmo Vrſino
Franciæ cancellario:ſal.di.plu.

d Ederā alteras ad te litteras ſexto kal. Februarias:
quo ipſo die Ioannes coſſa uir omni laude ornatus
hinc in Franciā ꝓfecturus putabat̄.Sed cū poſtea retarda
tus a meo p̄ncipe: dies aliquot præt̄ ſpem Mediolani age
ret:reuertit ad me codex quidā meus:qui annos nōnullos
peregre abfuerat.Huius ego reditū uel tua cauſa p̄huma
niter & libenter excepi:quanꝗ tam diuturnæ eius abſen
tiæ non mediocriter ſuccenſueram:quippe qui me inuito
abfuiſſet.Verū ea lege is reuerſus apđ me in gratiā rediit:
ut cōfeſtim alpes tranſcenderet & te uiſurus & Franciā:
atq́ꝫ iſtā quidē ut hoſpes:te uero ut perpetuū dominū. Ita
q́ꝫ dono a me accipe tria nō uulgaria aut contēnenda ope
ra:Lyſiæ oratoris duo:hoc eſt orōnes duas:alterā funebrē
de laudibus Athenienſiū: iudicialē alterā aduerſus Erato
ſthenē adulterū. Tertiū aūt opus eſt Rhetorica Ariſtote
lis philoſophi eloquentiſſimi ad Alexandrū regē.Hæc em̄
oīa e græco in latinū traduxi: cum eſſem propemodum
adoleſcens:philoſophiam Florentiæ oratoriamq́ꝫ docens:
quæ quāꝗ exiſtimo per ſe tibi fore iucundiſſima: ſpero ta
mē propediem alia quædā ad te dare:quæ longe ſis maio
re cum uoluptate lectitaturꝰ. Vale. Et me Chriſtianiſſimo
regi Karolo ꝙdiligentiſſime commenda. Ex Mediolano.

xiiij. kal. Martias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario sal.

n Ihil mihi iucundius tuis litteris hoc tempe potuisset contingere. Nam & de tua tuorūq; omniū bona ualitudine certior factus sum: id quod uehement opta/bam: & Enochum nostrum in iuuenem frugi probūq; eua/sisse ex te patre intellexi. Quanq; enim ab ipsa usq; pueri/cia bonam de se spem pollicebatur Enochus: non poteram tamen non subuereri ob iniquitatem temporum secus ac/cidere posse q; uellemus. Itaq; immortali deo īmortalis ha/beo gratias: quod te pre grauissimo optimoq; uiro dignū se præstiterit. Quod autem cupit bonis artibus etiam a no/bis institui: rem nunciat non ingratam. Et ut breui respon/deam: ad aprilem te uidebo: ac tuo meoq; desiderio cumu/latissime satisfaciam. Præterea quoniam de his quæ in præ/sentia ab me scribuntur: abs te mentio facta est: dedi ad te particulam quandam ex secūdo Sphortiados nostræ libro & præfationem historiæ Sphortianæ. Vale. Ex Mediola/no. x. kal. Martias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Marchioni mon/tisferrati: salutem.

i Oannes cossa istinc modo rediens mihi tuis uer/bis renūciauit: te libros meos de exilio dedisse iā/pridem ad me. At ego illos nusq; uidi. Itaq; tuū fuerit me/minisse cui dederis: quanq; uidere uideor eam esse homi/num fidem uel maximam hoc tempore: ut in reddendis li/bris nulla seruetur fides: quare quod de regno scribit Euri/pides: de libris dici non insulse queat. Nam siquidē ius de/seras: libri decet causa relinquas: rebus in aliis pius. Vale. Ex Mediolano. viij. kal. Martias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal.

a Dolescens quidā Mediolanensis æqualis tuus aut plusculo maior: reuersus ꝓximis dieb9 ex urbe Ro/ma Mediolanū: mihi renūciauit uenisse te secū una usq; Perusiā ad nos scilicet rediturū: deinde qm̄ metuisses iter facere per agrum Florentinū: diuertisse ad Tholentinates meos: ut istinc cūprimum per cæli clæmētiam liceret: per

Flaminiā domū repeteres. Non improbo consilium tuum ἀλ λά πρόσεχε ἐλθώμ τὴμ ἰμμόλάμ: & id qdē cū propter sicarium illū: cui manus nostra causa publico iudicio a Senensib⁹ trūcata ē: tū ꝓpter ἱερῶμ ὑμομ βροχχάρδομ perpetrati quondā in nos apud Florētinos facinoris & licitatorē & sociū. Offendes Pisauri uiꝝ grauissimū Ioannem fagnanū nobis amicissimū & Arimini Petrum perleonem studiosissimū mei. Ab ijs poteris edoceri: qua tibi iter habendū sit: quo uites καὶ φορομ λίβιομ. Sentit em̄ cū Venetis & qđ modo dicebā τὴμ ἰμμολάμ. Nā Veneti etiā iccirco tibi cauēdi sunt: qm̄ ijs cū hoc nostro principe bellum est. Si tibi Bononia iter faciendū fuerit: utere Alberti Zancarij Enochi filí consilio. Is em̄ me ut nosti: plurimum colit: & uir est plane optimus. Qđ si Ferraria fueris profecturus: pete Nicolaū Varonē clarissimū & eruditissimū uirū & mecū summa beniuolentia cōiunctū: a quo intelliges qua tibi eundum sit. Vitandū em̄ tibi est iter per agrū Parmensem. Infestatur em̄ a corigianis militibus. Et de his hactenus. Propter festinatiorē abitionem Petri Ioānis camerinatis præstantis & fortissimi militis: ad Nicolaum charissimū mihi fratrē scribere nihil potui: qđ eo æqui⁹ ferat uelim: qđ ad ꝓximū maiū me uidebit. Nā uix tandē hesterno uesperi mihi permisit princeps liberā profectionem ad Alphonsum regem: cū fideiussione tamē intra quartū mēsem redeūdi. Vale. Et nostros oēs nomie meo saluere iube. Ex Mediolano. vij. kal'. Martias. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Aenico daualo eqti aurato: sal'.

q Vid in causa fuerit: ut tādiu distulerim aduentum meū: accipies ex Ioāne Antonio Gotthalano uiro nobili ac tui nois amātissimo. Spero tn̄ fore: ut ante ueris exitū te uideā. Tu me interea temporis ama: ut soles: & Alphonso regi ꝙ diligentissime commēda. Vale. Ex Mediolano. vj. kal'. Martias. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Petro Perleoni: sal'.

q Vod ī patriā te receperis: gaudeo plurimū. Viues em̄ sine inuidia: uiues cū tuis: uiues apud principē Sigismundū: cuius uirtus & magna ē & illustris: imprimis.

Itaq; tibi nõ possũ nõ gratulari. Tuũ aũt fuerit ita teipsum cõponere: ut quasi ἐκτῶν εὐξείνου κυμάτων in portũ te recepis: qđ reliquũ est uitæ: uiuas in liberali ocio qeteq; fructifera. Effice inquã: ut ex tot tuis tãtisq; laboribus quos terra mariq; ptulisti: egregiꝰ fructus aliqs emanet ad posteros. Vale ac tuos omnis uł nr̃os potius nomine meo salute plurima imptias: uelim. Xenophõ nr̄ ꝓpediẽ istac iter ad nos ẽ facturꝰ. Ex Mediolano. v. kał. Martias. M. cccc. Liij.

Frãciscus Philelfus: Poggio & Laurẽtio Valle: sal.

q Vod uł ipsa rõne uel admonitiõe mea cõiũctos uelim: indignũ existimaui: ut lr̃is meis diiũgeremini. Quid em̃ p immortalẽ deũ ex amicis uos reddidit inimicos? Error ne forsitan uos decepit: qđ uel inducti uel ultro in leuitatis ut audacter & amice uobiscũ loquar: stulticiæq; certamẽ tã temere irruatis? Solemꝰ em̃ nõnunq; rationẽ deserẽtes spõte sequi animi pturbatiões. Idemq; facimus sæpenumero decepti suasióibꝰ alioꝝ: q uł nos clã exosi uł se ulcisci cupiẽtes ĩsaniæ stimłos iniecerũt: qbꝰ uæhemẽtissime cõcitati diuina omnia hũanaq; iura cõfundimꝰ: non tã dignitati nr̃æ cõsulẽtes q̃ alienæ p cõtumeliã ac nequiciam oẽm insidiãtes. Nec sane dubitẽ utrũq; uestrũ ꝓbabilis aliquas rõnes adducturũ: qbus iure a uobis fieri uideat̃: qđ iniuria facitis. At ego nullis istiusmõi rõnibꝰ assentiendum cẽseo: cũ neq; pristinæ amicitiæ: neq; ætatis uestræ: neq; ipsius decori rõnẽ habeatis. At sũ iniuria lacessitꝰ. Et quæ nam iniuria tãta ẽ: ut delyrare uos cogat? Satis. n. delyrat: q mẽtit̃. Ea ẽ certi pturbati animi natura: ea uis: is impetus ac furor: ut sibi moderari nłło pacto queat: quippe q in re etiam uera si minꝰ mẽtit̃ omnino: aut uanꝰ sit tñ: aut mẽdacium dicat: cũ uł gr̃a uoluptatis: uł rei ipsiꝰ nimietate mẽdacem se præstet. Nã qui rõnis lumine sit orbatus: q̃diu eo caret: nec intueri qcq̃ pspicue nec recte iudicare põt. Quo fit ut tanq̃ p obscurissimas tenebras incedẽs: unde egrediat̃: q pergat: quo puẽturꝰ sit: nesciat. Saniꝰ certe fuerat primis illisue nõdũ inualescẽtibꝰ pmotionũ scintillis ante resistere: q̃ trãsirẽt in flãmas: qđ posteaq̃ factũ nõ est: sed accẽso iam igni ea fomẽta materieq; adiecimꝰ: ut animis cõflagrãtibus fieri

nulla possit accessio: utamur saltē eo remedio: quod omnibus in his rebus natura solet afferre quæ humani sunt soluti ꝗ appetitus: hoc est: ut qđ ratio ipsa nō ualet: satietas saltē præstat. Quantū audio: nullū est maledicēdi genꝰ: qđ dum inuicē per omne uituperationis contumeliā digladiamini: intactū reliqueritis. Nullū animi flagitiū: nullū corporis uitium: nullū fortunæ: quā uocāt: incōmodū omisistis. Quod aliud deniq̃ genus detis: quo in uestꝝ dedecus sit utendū? Equidē præter singularē quandā & inauditā ineptitudinē nihil uideo reliquū quod addatis: quo ridiculo sitis cunctis hominibꝰ: Nam quid ineptius dici: quid insanius queat excogitari: ꝗ uiros doctos ac senes maledicēdi intemperātia ꝗ dissolutione ueluti gloriari? Et id quidē Romana in curia: hoc est in celeberrimo atq̃ splendidissimo totius orbis terrarū spectaculo: in grauissimo epscopoꝝ cardinaliumq̃ cōspectu: in oculis summi sanctissimiq̃ pontificis Nicolai quinti: qui nō minus mirabili uirtute & sapiētia: ꝗ supræma dignitatis præstātia: uices Christi in terris gerit. Vt eñ de reliquis patribus uirisq̃ integerrimis conticescā: quibus aut stomachū uos mouere aut risum: cōsentaneum est: qua mente: quo animo: in uos esse arbitramini Nicolaū quintum tanta bonitate: tanta iusticia: tāta pietate pontificem: cum uel legit uel audit: quæ tam petulanter: tā fœde in uos inuicem declamatis? Iuuat enim liberrime de uobis apud uos loqui: quorū laudi æque faueo atq̃ meæ. An minus fortasse meministis eā esse hominū naturā: ut similitudine morum ad beniuolentiā facillime agant̄: dissimilitudine uero cōtra? Itaq̃ nō absurde Hagesilaum tradunt cū quenq̃ intueret̄: qui alium uituperaret laudaretue: dicere solitum se non minus ex ipsa oratione iudiciū facere de eo qui diceret: ꝗ de quo diceret̄. Et ne id quidē mirū. Nam permotus animus permulta effutiat: est necesse: quæ nō mediocrem moribus iacturā afferant apud sapiētis & bonos uiros: quorum aures offendunt̄ ijs dictis: quæ ipsi nō ꝓbent. Quos autem alienos a nostris moribꝰ iudicemꝰ: ab ijs nos quoq̃ animū facimus alienū. Præterea nemo quenq̃ omnino amare possit: quē flagitio senserit obnoxiū: etiā si ipse uir omnino

bonus nõ ſit. Nam uel in morũ ſimilitudine: deprauati ani/
mi ſe oderũt: At illũ a flagitio abhorrere q̃ cẽſeam⁹ cui⁹ fla/
gitioſiſſima ſit oratio? Fatebor equidẽ ingenue de meip̃o.
Nec me annũ iam natũ quartũ & quinquageſimũ ullus a ue
ritate cõpeſcet pudor: quod eo facio libentius: ut exemplũ
meũ uel probetis: uel imitemini. Sum q̃nq; in quoſdã inue/
ctus: acerbius fortaſſe: q̃ par eſſet: & id ſane nulla unq̃ alte
rum laceſſens iniuria: ſed ingenti potius a quibuſdã contu/
melia laceſſitus. Tamẽ cũ mea lego: & meip̃m conſidero:
non poſſum nõ erubeſcere: metuens: ne quoquo modo ui/
tuperent̃ in meipſo: quæ aliĳs dederim uitio. Nõ enim quæ
in aliĳs iure etiã carpimus: nota ſunt omnibus. At oratio no
ſtra occulta eſſe nõ poteſt. Nõ modo me Saluſti⁹ iĳs nõ de/
lectat: quæ ſcripſit in. M. Tulliũ. Ciceronẽ: nec item omni/
no quæ Cicero in Antoniũ: aut in Timarchũ Philippumq;
Demoſthenes: ſed etiam uir ſanctiſſimus ac diſertiſſimus
Hieronymuſ: nõ ſine moleſtia a me legitur: cum inuehitur
in Rufinum: quem uirum doctum extitiſſe ex eius ſcriptis
facile ipſi cognoſcimus: ſanctum uero bonũq; fuiſſe Aure/
lĳ Auguſtini locupletiſſimũ teſtimoniũ docet. Quare ſi ſa/
pitis Poggi atq; Laurenti: miſſam facite tantam iſtam tãq;
abominabilem maledicendi licentiã. Memineritiſ bonæ fa
mæ: memineritis decori: memineritis ætatis ueſtræ: quorũ
alter iam ſenium: alter ſenectutẽ agit. Memineritis inquã:
memineritis ſempiterni iudicĳ: quod admodũ longe a uo/
bis abeſſe non poteſt. An eſtis obliti: Mihi uindictã & ego
retribuã? q̃q̃ in uobis quid ſit amplius uindicandũ: nõ in/
telligo: qui ueſtrũ nomẽ mutuis orationum gladĳs per om/
ne uituperationũ contumeliarũq; uulnus acerbiſſime quan
tum in uobis fuerit: interemiſtis. Quid de uobis præſentes
ſentiant: quid poſteri iudicabunt: in quorũ man⁹ ſcripta ue/
ſtra proueniant? Itaq; uos etiam atq; etiam rogo & obſecro
ut redeatis tãdẽ in gratiã mutuã. Omiſſiſq; omnib⁹ animo/
rum irritamentis per ἀμνηστείαν amneſtian quã dicunt:
uel παλίνῳδίαν potius quoad eius fieri liceat: quod cer/
te licet: ita ad beniuolentiam priſtinam mutuo ſtudio ope/
raq; contẽdite: ut & iuſticiæ laudem apud homines & dile/

ctionis incrementũ apud summũ pontificẽ: & pœnitentiæ gratiã apud immortalẽ deũ mereamini. Valete uiri amicissimi atq; optimi. Ex Mediola. Nonis Martijs. M.cccc.Liij.

Frãciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho medicoq;: salu.

f. Ecũdũ librũ de exilio qui de infamia inscribit: uelim huic isti tabellario q meas tibi lr̃as reddidit ad me des. Desidero etiã tertiũ: in quo de paupertate disseruim⁹: qui si ipse quoq; apud te ẽ: dato itẽ eidẽ ad me tabellario. Sin minus est apd' te: quære a Bernardo meo Iustiniano. Plura ad te nũc scribere nõ potui ꝓpter occupationes meas. Propediẽ agã tecũ plurib⁹. Vale. Ex Mediolano Nonis Martijs. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: salu.

d E Phaethõte qd' petis: dictio trissyllaba ẽ Phaethõ. Scribit em̃ apud græcos φαέθωμ phaethon: & nõ φάιθωμ phæthon. Vale. Ex Mediolano. viij. idus Martias. M.cccc.Liij.

Francisci Philelfi Epistolarũ Liber Vndecimus.

Franciscus Philelfus: Sigismundo Pandulpho Malatestæ ducali imperatori: salutem.

q Vi patrẽ tuũ Pandulphũ Malatstã sũma uirtute principẽ tãtope semp colui senẽ iuuenis: nisi te filiũ amẽ obseruẽq; iuuenẽ senex: uidear mihi admodũ ingrat⁹: præsertim cũ ille me: ut erat unus omniũ munificẽtissim⁹: nõ dilexerit solũ: sed etiam pulcherrimis bñficijs qñq; affecerit. Accedit ad hoc animi institutũ tua in oẽs eruditos & doctos homines ul' cõsuetudo ul' hũanitas: qua ita rapior ad te colendũ: ut tuo mihi nomine esse dulcius nihil queat. Nõ em̃ esse nõ potes om̃i laude cumulatissim⁹ qdã princeps: qui simulacra etiã uirtutis & disciplinæ tãtope in alijs admireris illisq; bñfacias: quos tales existimaris. Quare tibi ꝑsuadeas uelim me ita esse tuũ: ut omnia tibi de me possis quasi iure

quodā peculiari polliceri. Nā ego in te nō mediocrē spem cōstitutā & collocatā habeo. Et ut intelligas: quo animo in te sim: & ꝙ faueā tuæ glīæ breui pstringā. Duo sum nuper aggressus opa: quæ lrāꝶ immoralitati cōmendē: alterū uersu: alterū prosa. Et hoc quidē de uita & rebus gestis Frācisci Sphortiæ soceri tui inscribit. Illud aūt Sphortiada more figuraqꝫ poetica: ubi quātū mea facultas feret: nihil omittam qd' sūmi principis fœlicitatē pbet. In utroqꝫ de te sum uerba factur⁹: cū p tua dignitate: tū etiā p ueritate. Id aūt ut cumulate faciā: tua mihi opa op⁹ est. Res abs te clarissime gestas uulgo narrari uideo plurimas. Nec inuenio queꝗ: qui neget omnia te gessisse nō sapiēter min⁹ ꝙ fortit. Sed una re turbor: qd' ordinē moduꝗ ignoro. Nec est qui mihi omnino satisfaciat: cū alij de loco ubi qd cū laude factū sit: alij de tēpore: alij de alio quopiā negocio inter se discrepent. Quāobrē cū dignitati cōsules tuæ: tū etiā ueritati meæ: si cōmetaria ad me aliqua dederis: uel materno (ut aiunt) sermone scripta: unde tanꝗ ex aliquo fonte qd' in re uerū sit: hauriā. Quod si feceris: tāta sollicitudine me leuabis: ut ingētes sim tibi grās habiturus. Et ꝗꝗ nō sum: ut es animo liberali: atqꝫ benefico: ignar⁹: pmultos apud te esse: q in hmōi cōmentarijs cōficiēdis nō inepte operā suā accōmodēt: tñ si eā puinciā uiro disertissimo Petro perleoni ciui tuo delegaueris: & tibi & mihi egregie satisfacies. Vale splēdidissimū decus Malatestarum. Ex Mediolano. vj. idus Martias. M.cccc.Liij.

Frāciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: salu.

p Osteaꝗ hinc abijsti: qd' præsens mihi psuaseras: ita mutatū est: ut ab omni tua etiā suasiōe abhorream. Dixerā tibi Andreā alamānū præstātē adolescentē mihi corā exposuisse renūciatū eē pōtifici maximo cū de ei⁹ uita ac morib⁹ Mediolani sermo aliqñ haberet: me qd sentirē interrogatū rñdisse: Nicolaū quintū uirum mihi uideri doctissime eruditū: sed adhuc sape famulatū. Id tu dictū esse pōtifici ne crederē: pmultis & argumētis & rationibus ostēdere studuisti. Et ut es omni in te accurat⁹ & bon⁹: ad id maxime elaborasti: ut ab hac animi sollicitudine me

eximeres:id qđ etiã plane præstitisses: nisi aliud quiddam post abitionẽ tuã uenisset in mẽtẽ. Est Romæ:ut nosti:Petrus Cãdidus decẽbris egregius quidã & maledicẽdi & insidiãdi artifex. Is aduersus me ꝑmulta iã pridẽ perperã est machinatus ꝑ omnẽ animi nequitiã:adeo ut nõ modo mihi clam & ꝑ latrocinia semꝑ detrahere cõsueuerit:sed cõuiuia quoq; Mediolanẽsia illa nostra quæ hic cũ aderas:lectitasti:multis in locis annis superiorib⁹ cũ nobilissimus dux Philipp⁹ esset in uiuis:deprauarit atq; corruperit. Qua fraude factũ est:ut uix euaderet publicam infamiæ notã:quæ illis inuri solet:qui uulgo appellant̃ falsarij. Nec sane dubitarim eũdẽ istũ nigerrimũ candidũ originẽ ac segetẽ extitisse & calũniãdo & inducẽdo discordiarũ inimicitiarũq; omniũ:quib⁹ Poggius ac Valla inuicẽ se dilacerãt ꝑ omnẽ contumeliæ fœditatẽ. Cõsueuit eñ ex aliorũ incõmodis & infamia famæ suæ cõmodisq; cõsulere. Si quid ergo de me ad summũ pontificẽ falso delatũ est:nebulo iste Candidus debet esse in cã. Itaq; omniũ primũ abs te peto:ut si hæ litteræ te prius offenderint in itinere: q̃ Florentia excesseris: Andreã alamãnũ cõuenias: ab eoq; scisciteris iocatusne sit hac de re mecũ ut plæriq; solẽt:an locutus serio. Deinde si uero mihi calũniam renũciasse Andreã nõ finxisse animaduerteris:te maiorẽ in modũ etiã atq; etiã rogo:ut meo nomine pontificẽ adeas: & ei hæc oĩa de me referas:quæ præsens corãq; cognosti. Nã quo pacto uerbo uituperẽ:quẽ & uersu & ꝓsa persæpe laudarim: innocentẽ præsertim & sapiẽtem uirũ & đ me iãpridem meritũ optime. Tu rem tenes. Reliqua ꝓ tua prudẽtia ipse præstabis. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Martias. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: salu.

q Vid uolo istic agas meo nomine:græce ad te scripsi:fac si me amas:ut q̃primũ adeas Sigismundum principẽ:cui diligẽter expone qđ tibi uides in cõmẽtarijs datũ. Qđ si feceris:rẽ mihi facies mirifice gratã:habeboq; tibi nõ inuitus gr̃as ĩmortalis. Cũ has lr̃as iam eẽm obsignaturus: Xenophõ filius aduenit cũ litteris tuis:quas summa cũ uoluptate perlegi. Nã ex litteris ijs q̃s ad te dedi

quinto kal. Martias:potuisti nõ obscure cõiectare: ꝙ mihi iucundus fuerat tuus in patriã reditus:quẽ nulla tua epistola:sed ex Genua cognorã. Qđ aũt tãtopere tua omnia mihi cõmunia esse ostẽderis:nõ erat opus. Nã tuũ erga me animũ iampridẽ noui:& tibi meus ignotus nõ est. Voluissem Xenophon apud te fuisset:ut tibi gratificaret. Sed comitũ causa facit:ut ei ignoscat. Qm̃ breui te uidebo. In præsentia longior esse nolui. Et tuã pudicissimã sponsã & nostros omnis bene ualere opto. Vale. Ex Mediola. pridie idus Martias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus:Iacobo camerinati:sal.

q Vantã diligentiã adhibuerim in rem tuã:potes ex Ciccho Angeloq; cognoscere. Idẽ ut mihi tu hoc tẽpore officiũ præstes:uæhemẽter cupio. Fac inquã opera & studio tuo:ut Cicchus qđ interest rei meæ pecuniariæ apđ hos ædiles ꝙprimũ litteris suis absoluat. Verũ bono sint attramẽto scriptæ:ut aiunt:& fide opus est & celeritate. Causam Cicchus ex me corã intellexit. Codicem epistolarũ cũprimũ absoluero:dabo ad te libenter. Xenophon totus est tuus & pater nõ minus. Vale. Ex Mediolano.xij.kal. Apriles.M.ccc.Liij.

Frãciscus Philelfus:Lodouico Gonçagæ principi Mantuano:sal.

n On equidẽ sum oblit⁹:quã mihi nuꝑ in agro brixiano beniuolentiã oñdisti:& quãta me nõ humanitate solũ:sed benignitate etiã ꝑsæpe exceperis. Itaq; ex eo tẽpore intellexi ꝑmagnã mihi in te spem & positam esse & cõstitutã. Indeq; factũ est:ut ita te obseruẽ ac uenerer:ut me abs te putẽ dignũ existimari:in quo nullũ beneficiũ tuũ sit intermoriturũ. Quæ mea me de te opinio ne falsum habeat:est magnitudinis & munificẽtiæ tuæ. Quid autem abs te uelim:hetrusco sermone intelliges. Est celeritate nõ min⁹ opus ꝙ bñficẽtia. Vale. Ex Mediolano.iiij. Nonas Apriles.M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus:Alexandro Sphortiæ attẽdulo principi Pisauri:sal.di.plu.

e Xistimabã te añ repetituꝶ Mediolanũ ꝙ ꝓficisce-

reris in Tuſciã. Sed qm̃ didici ſecus fore:qđ præſes tecũ ac corã acturus erã:nũc & abſens & p lr̃as agam: neceſſe eſt. Propediem iuſſu principis nõ tam ſui q̃ negocij mei cauſa Romã iturus ſum ad ſummũ pontificẽ. Vt noſti ex eo ſum philoſophorũ ordine:qui rem pecuniariã in bonis nõ du/cũt. Quo fit: ut neq; ſim auri diues nec eẽ unq̃ poſſim. Nã habet nemo:qđ neglígit. Et mihi tñ habẽda eſt ratio digni tatis Sphortianæ:eo præſertim cõceſſurus ubi cult⁹ exteri/or nõ paucioris q̃ interior ſolet æſtimari. Mihi plurib⁹ op⁹ eſt:quæ princeps affatim præſtare nõ omnino põt. Itaq; par tiendũ hoc honeris tecũ eſt. Quã tu prouinciã ſi libẽter fue ris amplexus:nõ min⁹ iudicãd⁹ q̃ nominãd⁹ Alexãder exi/ſtimeris. Vale. Ex Mediol'. iiij. nonas Apriles. M.cccc. Liij

Franciſcus Philelfus Andreæ Alamanno:ſalu.

e Rat uel officij uel hũanitatis tuæ poſteaq̃ hinc flo/rẽtiã reuertiſti:litterarũ aliqđ ad me dare: qbus de te tuiſq; rebus omnib⁹ p amicitia nr̃a certior fierẽ. Qđ tñ te nõ feciſſe eo uero moderati⁹:qđ νεογαμος ὤν neogamos on amoris q̃ amicitiæ:hoc eſt uxoris q̃ Philelfi rationẽ habere maluiſti. Verũ ſi ſapis:oĩa modice. Nã ager frequẽtius q̃ par ſit renouatuſ:nõ admodũ ſæpe pdit in ſe/getẽ. Ad filiorũ pcreationẽ:nõ ad uoluptatẽ cõiugiũ eſt cõ ſtitutũ. Quin quo rarior eſt humanis in rebus: eo ſuauior ẽ uoluptas omnis. Nã qđ ſatietatẽ affert:iucundum omnino eſſe nõ poteſt. Quare ſi ad hominẽ amiciſſimũ ſcripſiſſes: non modo feciſſes p officio: ſed quod τοις ἀφροδισιοις ſurripuiſſes temporiſ:ad maiorẽ tibi uoluptatem ſurripuiſ/ſes. Itaq; ſi me audis:litterarũ faſciculos ad me q̃primũ ac/cõmoda. Et quid ipſe agas:& quid agaẽ in Tuſcia:fac intel/ligam. Nã hic nos ad bellũ accingimuſ:nõ ſuſtinendum:ſed immortali noſtra cũ gloria pfligandũ. Nõ eñ alere bellum uolumus:ſed finire. Id quod ſi etiã uos factũ ire cõſtitituer i tis:& uobis & florentiſſimæ reipublicæ ueſtræ q̃ ſaluberri/me cõſuletis. Nec eſt pfecto quiſq; in nomine latino: qui uobis unis:cũ & animi magnitudine & altitudine:tũ etiam prudentia ſit ſuperior. Quo fit:ut niſi ciuilis uel diſcordia uel ſimultas rectos cogitat⁹ ueſtros impediat:uictores bre/

ui futuri sitis. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Apriles. M. cccc. Liij.

Frãciscus Philelfus: Nicolao Stroçæ equiti aurato: sal.

p Vtas fortasse uel obliuiõe uel negligentia factũ eẽ: ut qđ ab me istinc soluẽti petieras: nõdũ ad te ierit. Sed neutri ꝓfecto istiusmodi uitiorũ est locus apđ me ullus. Nã & memoria ualeo plurimũ: & sum unus omnium diligẽtissim⁹: præsertim in iјs reb⁹ quæ amicorũ int̃sunt. Qđ aũt uæhemẽter & diligã te & amẽ: tũ ea facit familiaritas ac necessitudo: quæ mihi est iã multis annis cũ uniuersa Stroçarũ familia: tũ ipse tu qui de me priuatim es bñ ꝓmeritus. Sed duo fuerũt in causa: ut in hãc diem minus sim: ut uolebã: tibi gratificatus. Nã & librario carui: & quiddã pro officio meo præstare me principi meo oportuit: qđ ita me impediuit: ut nihil omnino ocij mihi cõcessum fuerit. Sed quo seri⁹ præstiti: eo cumulati⁹ ꝓpediẽ ad te ibit. Tu me interea tẽporis: ut amare nõ cesses: etiã atq; etiã rogo: id qđ ita intelligã te fecisse: si me nobilissimo isti principi quotidie magis feceris chariorẽ. Grauissimũ & hũanissimũ uirũ Lodouicũ Casellam bñ ualere opto. Vale: & disertissimo Tito meo salutẽ plurimã uerbis meis nũciato. Ex Mediolano pridie kal̃. Apriles. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: salu.

q Vod nihil ad te scripserim post meã a uobis abitionẽ: honestæ quædã occupatiões meæ cãm præstitẽrũt. Itaq; rogo te: mihi ut ignoscas: tibiq; ꝑsuadeas: me unũ esse: qui tãto te amore cõplector: ut aliũ magis neminẽ. Itaq; si qd in me est: qđ tibi iucundũ esse possit: id ita esse tuũ existimato: ut meũ magis esse nõ possit. Cõmuni principi me ꝙ diligẽtissime & ꝙ sæpissime cõmẽda. Præstãtissimũ uirũ eloquẽtissimũq; Casellã saluere plurimũ opto. Vale. Ex Mediolano pridie kal̃. Apriles. M. cccc. Liij.

Francis. Philel. Frãcisco castrẽsi grãmatico: salu.

q Vã tibi ꝓuinciã istinc soluẽs delegarim: debes esse nequaq; nescius. Itaq; miror nll'as me accepisse lr̃as tuas cũ eo carmine: qđ in principẽ istũ omni laude & admiratione dignũ ex tp̃e luserã. Feceris igit̃ pro beni-

uolẽtia nostra:si tali me desiderio ꝙ primũ leuabis:qđ ut facias:etiã atq; etiã abs te peto. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Apriles.M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus:Lodouico Casellæ:salutẽ dicit plurimã.

c Vm Antonius Tricinus Ferrariã peteret: indignũ me facturũ existimabã:si is meis uacuus lr̃is ad uos isset.Quid autẽ aliud ad te scriberẽ ꝙ unũ illud: qđ & libẽter apud oẽs & cõtinẽter prædico: me tibi cũ ꝓpter maximas tuas mirabilisq; uirtutes:tũ ꝓpter singularẽ tuam erga me hũanitatẽ ac beneficentiã debere plurimũ. Itaq; tibi uelim certo ꝑsuadeas me unũ esse perpetuoq; futurum: qui nihil neq; magnũ neq; paruũ recusaturus sim tua causa. Quare abs te peto atq; contendo:ut omnibus in rebus officio operaq; mea non utaris solum: sed etiã si opus fuerit: ut ita dixeris:abutaris. Vale.Et communi principi me ut soles charissimum redde. Ex Mediolano.xvj. kalen. Maias. M.cccc.Liij.

Frãciscus Philelfus:Petro perleoni:sal.

c Vmprimũ cãdid⁹ Bontẽpus eques aurat⁹ principis tui nomine uenisset Mediolanũ:& ex eo certior factus essem de omni statu tuo:id qđ min⁹ cumulate ex litteris tuis quas filio Xenophonti ad me dederas: ante cognorã:mirabili gaudio sum affect⁹: & tibi ꝑ meas lr̃as: ut par erat:cõgratulat⁹.Deinde cũ dies cõplusculi præterissẽt didici ex eodẽ Cãdido lr̃as meas omnis & quas ad te & q̃s ad principẽ tuũ dederã esse inter eũdũ tabellario interceptas surreptasue. Itaq; & ad Sigismundum principem eadẽ rursus scripsi quæ antea: & tecũ iccirco egi breuius: q̃m per tabellariũ nõ licuit uti ꝓlixitate.Quare ea dũtaxat audies græce:quæ apud principẽ tibi tuũ uerbis meis & dicẽda sunt & curãda. Vale.Ex Mediolano.xv.kal. Maias. M.cccc.Liij.

Frãciscus Philelfus:Iacobo camerinati:sal.

n Isi uæhemẽter amẽ amorẽ tuum:ingratus sim. Quæ splẽdidissimi equitis aurati Ioãnis tholẽtinatis scriba tuo nomine mihi corã exposuit: libẽtissime au-

diui. Quid aũt aut sentiã aut uelim:tecũ una Cremonæ ad paucos usq; dies cōmētabor:ac statuã. Nã ad kalen. Maias hinc capiã iter ad urbē Romã negocij mei grã: & id quidē ex principis nr̃i sentētia. Qđ aũt queri uisus es:qđ nihil ad te scribã:nō iure id facis. Nã ꝓximis diebus lr̃as ad te dedi. Tu uero Endymiōis somnũ dormitas: respōdesq; omnino nihil. Sed iccirco ignosco tibi: qđ ita ranarũ Cremonensiũ clamoribꝰ obtũderis:ut apđ te esse nō possis. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal. Maias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Alexãdro Sphortiæ:sal.

e Tsi ꝓximis lr̃is debes satis intellexisse:q̃ mihi opꝰ sit ope tua: nec præterea sum ignarꝰ cũ ꝓ tua animi magnitudine:tũ ꝓ mea erga te obſuãtia te mihi libēter gratificaturũ:tñ quia noui maximas tuas ac ꝓpe infinitas occupatōes:rursũ uisus es admonēdus. Ego Romã sũ ꝓpediē cōcessurus. Nec omnia mihi adsũt:qbus est opꝰ ad id itineris. Nec mihi tã meæ q̃ Sphortianæ dignitatis ratio ē habēda. Reliq̃ tu ꝓ tua prudētia potes cōsiderare. Vale. Ex Mediola. xiiij. kal. Maias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Alexãdro Sphortiæ:sal.

p Erhũaniter mihi nudiusnonus ꝑbenigneq; rn̄disti. Itaq; tibi nō possum ingētis grãs nō habere. Dicis tu aũt & facis omnia ꝓ magnitudine animi tui nobilitateq; naturæ. Reliquũ est:ut qđ tua illa graui suauissimaq; epistola mihi tã liberaliter recepisti ad quatriduũ usq; te facturũ:id olim effectũ reddas. Nam hoc mihi præstare gratiꝰ hoc tēpore nihil potes. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Maias. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino:sal.

q Vanq; nō erã nesciꝰ te memorē fore:& qd mihi corã recepisses:& qd te facere oporteret: tñ cũ mecũ animo uolutarē:q̃ eēs occupatissimꝰ: rursum uisus es admonēdus. Duo sunt:quæ tu mea causa sis facturus: alterũ Florētiæ ore auribusq; tuis:& Romæ alteꝝ per litteras

Hæc ut & q̄primū & diligēter cures:te etiā atq; etiā rogo. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Maias. M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus: Alexādro Sphortiæ: ſalu.

q Vem roſei coloris pannū dono miſiſſi mihi: libētiſſime accepi. Sūq; tua munificētia non mediocriter delectat⁹: & ne id quidem minus animi tui: q̄ doni magnitudine. Nō em̄ qđ muneratᷣ: ſed munerātis animus maxime liberalitatē benignitatēq; declarat & facit. Nā qđ uerbo extenuaris: qđ eſt apud me ampliſſimū: ſatis id ſupq; oſtēdit: & me tibi eſſe chariſſimū: & te nihil pluris ducere q̄ uirtutē. Gratulor igiᷣ fœlicitati tuæ: qui ut es animo excelſo ſplēdidiſſimoq; ingenio: nihil abiectū: nihil hūile neq; loquaris: nec ſentias. Reliquū ē: ut tibi pſuadeas tua apđ me bn̄ficia omnia fide bona eaq; nō ingrata eſſe depoſita. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Maias. M.cccc.Liij.

Frāciſcus Philelfus: Ioanni Iacobo Ricio iurecōſulto: ſal.

u Enetorū cōflictū qui ꝓximis annis in Pado apđ oppidū Caſalē quæ maior cognominaᷣ: geſtus eſt: litteraꝶ immortalitati ſum cōmēdaturus in qnto hoc Sphortiados libro: qui mihi habeᷣ in præſentia in manib⁹. Quid abs te petierim dieb⁹ ſupiorib⁹: puto te nō oblitū. Si ueſtrā uos laudē neglexeritis: nū ego ſim curaturus? Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Maias. M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus: Iacobo camerinati: ſalu.

q Væ de me & ſentis & loqueris: audio nō inuit⁹. Nā indies magis magiſq; oſtēdis ſingularē beniuolentiā in me tuā. Ego ita Romā ſū ꝓfectur⁹: ut ad quartum uſq; menſem ad ſummū: ſim rediturus Mediolanum. Odas ego tibi anteq̄ ædam: quo pacto ſim cōceſſurus: præſertim opere nondū emēdato? Epiſtolarū libros decē hoc anno ædere inſtitui. Has tu omniū primus habitur⁹ es: uſuruſq; pro arbitrio tuo. De Iannocio quod ſcripſiſti: nō intelligo. Itaq; nihil eſt qđ reſpōdeam. Vale ex Mediolano. iij. Nonas Maias. M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao Stroçæ equiti aurato ſalu.

p Etiiſti a me nuper: cū Ferraria eēm Mediolanū re-

petitur⁹ eã quã ad regẽ frãcorꝝ Karolũ aduersus Turcos & Sarrhacenos scripsisse eplam. Quã ut serius ad te darẽ: honeste quædã occupatiões meæ in cã fuerũt. Nũc uero ꝑ una iccirco eplas q̃ttuor ad te dedi: ut intelligeres cũctationem hãc nõ studio factã eẽ: sed necessitate. Nã nihil ẽ qđ malim: q̃ꝫ nõ tibi solũ cui me debere plurimum iudico: sed Stroçis omnib⁹ ꝓpter Pallantẽ meũ morẽ gerere. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Maias. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: salu.

r Edditus est mihi secũdus liber de exilio: quẽ misisti. Tibiqꝫ habeo grãs: qđ eũ domũ tandẽ repetere coegeris. Idẽ si de cæteris etiã feceris: q istic tãdiu hospitanť: magno me afficies bñficio. Sunt em̃ ij oẽs apud Bernardũ Iustinianũ: quos ut nomine meo repetas: & huic isti tabellario ad me des: te maiorẽ in modum rogo. Legit præterea Patauij medicinã Matthæus perusin⁹ uir nõ philosophus solũ: sed etiã disert⁹. Cui sũt duo illi hippocratis libri: quos ut nosti: iãpridẽ ex græco in latinũ cõuertim⁹ alter de flatib⁹: alter de passionib⁹ corporis: Itaqꝫ rẽ mihi facies pergratã: si eos libros ab eodẽ Matthæo uerbis meis repetitos: q̃ꝫprimũ reddi mihi curaueris. Quæ prouincia tua fuerat scribẽdi ad Poggiũ & ad Vallã: ea ipse sum functus. Cui⁹ epistolæ exẽplũ cũ plus ocij nactus fuero: ad te dabo. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Maias. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: sal.

q Vo diutius desidero tuas eplas: eo magis magisqꝫ indies earũ apud me desideriũ augescit. Quare ut huic meæ tantæ & tamsuauissime siti aliquãdo potũ afferas: abs te etiã atqꝫ etiã peto. Et quia fortasse nullum tibi scribendi argumentũ occurrit: accipe paucis: quod respondeas. Nosti uel apud Aristotelẽ tuũ cũ alijs plærisqꝫ in locis: tũ in ijs libris qui de reb⁹ naturalib⁹ quæ φυσικά uocantur: inscripti sunt Democriti opinionẽ de Atomis. Atomos autẽ esse uolunt corpora indiuidua. Scire igitur cupio ea indiuiduitas unde sit. Non enim puto dixeris id ꝓpter paruitatem accidere: cum Atomos ipas inter sese diuersas

& figura & magnitudine & ui: & natura esse cõstet. Expergiscere igit atq ingeniũ tuũ excute mihiq diligẽter expone: quãobrem eiusmodi corpora quib9 Democritij & Epicurei: tum mundũ omnẽ: tũ singula ea quæq in mũdo sunt: constare uolunt: indiuidua nominarint. Vale. Ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Lodouico casellæ: salu.

t Antã mihi nup cũ Ferrariæ essem beniuolẽtiã ostẽdisti: ut nihil uidear magis cupe q te uisere q sæpissime. Qđ mihi qm alit hoc tpe cõtingere non põt: utar nũcio litterarũ: quib9 & uideã te & alloquar. Idẽ tu si feceris: in sũmis occupationib9 tuis: ad tuũ erga me studium nõ paru9 cumulus accedet. Sin min9 feceris: non te cui scio me eẽ charissimũ: sed publica munera accusabo: quæ tñ ipa anteponi priuatis ut decet: ita etiã modice fero: Mõ me nobilissimo isti pricipi indies magis magisq cõmẽdes. Vale. Ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.Liij.

Frãsci. Philel. Nicolao arcimboldo iurecõsulto: sal.

n Equaq sũ nesci9: mea tibi omnia maxime curæ esse. Quo fit: ut uel tibi fortasse uidear rẽ meã admodũ negligere qui nullũ faciã tecũ uerbũ: cui9 mihi opa uæhemẽtissime opus sit. Qđ ne accidere iure possit: peto abs te: ut qđ una de mea pfectiõe cõmẽtati sum9: q primũ quantũ in te fuerit: cõfectũ reddas. Hoc erit mihi tã gratũ: q necessarium. Vale. Mediolani ex ædibus nostris idibus Maijs. M.cccc.Liij.

Frãcis. Philel. Nicolao Arcimboldo iurecõsulto: sal.

g Audeo equidẽ & tibi munificẽtissimo uiro debere plurimũ & illi harpyiæ nihil. Nã in accipiẽdis etiã bñficijs liberalitatis cuiusdã positum mun9 est. Itaq iuxta indignũ puto ab hominib9 indignis bñficiũ accipere atq in indignos cõferre. Itaq utar equo: quem polliceris & amice & fide bona. Qđ princeps decreuit: hodie mihi numerat. Dũ dies octo hic sum: cupio uidere quæ tuus librarius scripsit: Quæ uelim huic puero ad me des. Vale. Mediolani ex ædibus nñis. xiiij. kal. Iunias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Aenico dauolo equiti aurato: sal.

X binis ijs lr̃is quas Ioãni Antonio fossano ad te de
e di:potes iã liq̃do cognoscere aduẽtũ ad te meũ ꝓ
pediẽ fore:id qđ alijs itẽ litteris tibi scripsi:quas hic
Gisperthus gymara una cũ hisce ultimis tibi reddidit. Et ut
rẽ paucis teneas:ad octo usq̃ dies ad sũmũ hinc sũ cõcessu/
rus Romã:quẽ adusq̃ locũ libera ꝓfectio mihi data est. In/
de ad te ip̃e mihi meo iure eũdi ueniã dabo. Nam qui liber
& nat⁹ sim & semꝑ uixerim:me seruũ fieri nullo pacto pa/
tiar. Vale. Ex mediolano. xij. kal'. Iunias. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicodemo trãchedino: salu.

T amorẽ & diligẽtiã tuã tãti facio: quãti aliud nihil
e qđ mihi iucũdissimũ esse possit. Delectarũt me uæ
hemẽter omnia: quæ mea abs te causa ul' gesta sunt
uel tentata. Nec pluris euentũ cuiusq̃ rei faciundũ existi/
mo: q̃ uel prudẽtissimũ consiliũ tuũ uel studiũ erga me sin/
gulare. Quid uir magn⁹ ille rñderit: intellexi: cui non possũ
ingentis gratias nõ habere: qđ se tã & hũano in me animo
& facili liberaliq̃ ostẽdat. Operã dabo: ne me unq̃ possit ĩ/
gratitudinis accusare. Litteras Honofrij Macarij tui uel iã
etiã nostri legi ꝑlibẽter. Sũq̃ eius ingenio mirifice delecta
tus. Est em̃ & fœcundũ & facile planeq̃ ingenuũ. Nõ potui
autẽ nõ surridere: qđ ei de me amicus noster ille responde/
rit. Facit is certe ut debet: qui eadẽ utat̃ uitæ cõstãtia ad ul/
timã usq̃ diem: quippe cui⁹ senectus sit eadem: quæ leonis.
Sed quid agam⁹? Frustra nitimur inuita Minerua. Natura
ualentius nihil est: nihil difficili⁹. Viuam⁹ nos more nostro:
alij suo. Qui officio fungit̃: nihil habet quod doceat: nihil
quod accuset. Cupio: cũ te ad florẽtinos receperis: q̃ diligẽ
tissime cures: qđ uulpecula illa obtegit. Hoc erit mihi tam
gratũ: q̃ quod omniũ maxime. Nos bene ualemus omnes.
Idẽ tu ut cures: te nõ solum moneo sed etiã rogo. Vale. Ex
Mediolano pridie idus Iunias. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal.

Ccepi litteras tuas ad me: & cũ his eas binas: q̃s duo
a disertissimi Nicolai & perott⁹ & uulpes ad te dede
rãt. Habeo & tibi & Nicolais ingẽtes gratias: quod
tam amice de me sentitis. Nã quid dixerim uere: cũ & ipse

longe humilius de me sentiã:& amorẽ unde manat amici-tia: cæcũ finxit antiquitas? In præsentia tecũ pluribus agere impedior. Ad paucos usq; dies lõgior sum futur⁹:& id qui-dem nõ p lr̃as: sed præsens ipse & corã. Vale. Et utriq; Ni-colao salutem plurimã dicito uerbis meis. Ex Mediolano. xiiij. Kal. Iulias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: salutem.

r Edditæ mihi sunt litteræ tuæ: cũ iã itineri accingerẽ & hæ quidẽ solæ. Nã præter hasce unas quas & ui-di & legi libẽtissime: ut soleo semp quiqd abs te ma nat: neq; deiphobũ uidi: neq; aliud quicq̃ nescio quid: qđ signatũ esse monueras. Quæ scripsisti: intellexi oĩa. Istic ꝓ-pediẽ me uidebis: ubi de rebus omnibus quas uel tua uel mea intẽsse existimabim⁹: diligẽtissime cõmẽtabimur. Va le. Ex Mediolano. xiij. kalen. Iulias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philel. Lodouico Mãtuæ Marchioni. sal.

q Vod iã tertiũ a Philelfo itur ad te eximiæ tuæ uirtu tis gr̃a: scio me tibi rẽ facere non ingratã. Quid eñ principi nobilissimo & Gõçagæ Lodouico impri-mis grati⁹ põt optatiusue cõtingere: q̃ eã offerri cãm: qua se dignũ principatu queat oñdere? Scim⁹ sane aliđ nihil esse quo ciuitatũ principes ac reges uideanẽ beatiores priuatis hominib⁹ q̃ bñfaciẽdi & donãdi magnificẽtia. Hæc una re Syracusanũ Dionysiũ imortalitatis memoriæ cõmẽdauit. Hui⁹ itẽ pulcherrimæ uirtutis splẽdor Archelaũ Macedo-na cũctis oñdit gẽtib⁹ admirabilẽ. Et Phalarin tyrannũ cæ-teris in reb⁹ immanẽ ac teterrimũ iudicatũ sola munificẽti in doctos & bonos uiros reddidit memorabilẽ. Nam qd lo quar de Alexãdro rege Macedonũ: quid de. G. Iulio Cæsa re: apud quos nihil benignitate: nihil bñficẽtia fuit antiqui us? Patrẽ tuũ Ioannẽ Frãciscũ: summũ uirũ & principẽ cla rissimũ dicere solitũ prædicãt nihil sibi uideri indigni⁹ pri cipe q̃ pecunias quib⁹ tanq̃ seruis & pecoribus sit utendũ uel auidius cumulare: uel parcius elargiri: ac satis sup q; esse dñis ciuitatũ: qđ pplĩs præsint: qđ imperitẽt: qđ honorẽt aurũ aũt & argẽtũ aut nõ curãdũ: aut q̃ liberalissime erogã dũ: ne Midæ cuiuspiã phinaoq; similes iudicenẽ. Tu uer

& princeps liberalissimus & munificentissimo natus principe inuitus Philelfum audies: quod offerat tibi sæpi⁹ honestam materiam promerendi? Scio certe nō facies: quippe qui & animo sis alto & magno: & mihi uæhemēter affect⁹. Vt autē ad rem ueniā: despondi mō filiā uiro: quā iccirco nondum tradidi: quod ducati desunt ad dotē ducēti quinquaginta. Hi mihi ab amicis cōparandi sunt: e quorum numero cū te sciā eū esse cui sim charissimus: primus oblatus es: cuius hac in re munere uti uolo. Itaq abs te peto: ac etiā si pateris rogo: ut huic meo adolescēti q tibi lr̄as reddidit: aureos quinqginta dono ad me des ea lege conditioneq ut nisi in Sphortiade tibi cōflatū æs omne ꝓ dignitate dissoluero: ego tibi fiam ꝓ debitore creditor. Nā si recte mihi es cognit⁹: nunq bn̄ficium fœnerari didicisti: quin quo es in cōferendo alacrior: eo te magis id debere putas. Ipse autē si bene me noui: nihil est qđ minus uelim: q iudicari ingratus. Vale. Et me ut soles: ama. Ex Mediolano. x. kal. Iulias. M.cccc.Liij.

Francisc⁹ Philelfus: Galeatio episcopo Mātuano: sal.

n Isi una omniū uoce prædicationeq cognitum mihi esset te animo uigere ingenti & pbenigno: subdubitarē fortasse beneficij quippiā abs te petere: a quo nihil antea promeruerim. Sed cum sis tali tantaq uirtute: ut humana omia infra te ducas: intelligasq nihil esse magis homini ꝓpriū q benefacere uel ignotis: quippe q se simillimū eius uelit: ad cuius est imaginē similitudinēq creatus: maiore cum fiducia tuas en pulso fores: quas mihi facile apertum iri nō dubitem. Despondi modo filiam uiro bono & nobili: cui dotis caritudine tradere nondū potui. Nam ut nosti: uirtus & diuitiæ simul esse non possunt. Te igitur pro tuis maximis innumerabibusq uirtutib⁹ maiorem in modum rogo atq oro: ut ducatos centū mihi cōmodes ea conditione: ut intra annū eos tibi omino bona fide redditurus sim. Quod si prius: ut spero: præstare potero: nihil dissimulabo. Scio te id qđ sūmæ tuæ ē laudis: nūq pecunijs abūdare: & si redditus habes amplissimos: cū ex eccl'ia: tū etiā ex patrimonio. Nā quicqd superest a rebus

necessarijs: id omẽ uel ꝓ liberalitatis: uel ꝓ pietatis officio in eos tribuis: quos dignos cẽseas: in quos bñficiũ cõferat̃. Tuæ igit̃ hũanitatis fuerit: ut ita in me pius liberalisue sis: ut intelligas nullũ apud me officiũ tuũ inmoriturũ. Non ẽm solũ ad constitutũ tẽpus tuũ ad te mutuum redibit: sed cũ usura etiã litteraria redibit. Hui⁹ aũt rei gratia hũc meũ adolescentẽ ad te fidũ nuncium misi: cui uelim ad me des: quod petit̃. Vale. Ex Mediolano. x. kl'. Iulias. M.cccc.liij.

Frãcisc⁹ Philelfus: Lodouico mãtuæ Marchioni: sal'.

n On possum ꝑfecto nõ lætari: qđ magis magisq; indies & mihi & cæteris omib⁹ perspicuũ facis ea te esse animi magnitudine: ut nihil malis q̃ bñfacere q̃ uti munificentia. Vt parui ẽm est animi ardere diuitias: ita hi mihi perinde atq; magni quidã ac præclari uiri cẽsendi sunt: qui illis ad benignitatẽ gl'iamq; utant̃: id qđ tũ maxime fieri puto cũ in eos apte cõferunt̃: q se ab inerti uulgi desidia abducunt: ad idq; uæhemẽter studẽt: ut & suum & amicorũ nomen immortalitati cõmendẽt. Gratulor igit̃ tuo tanto ac tali bono: qui te nõ minorẽ uirtute præstes q̃ es fortuna superior: quippe qui nequaq̃ ignores hãc instabilem esse caducãq; solere. At uirtutẽ & firmã & sempiternã. At hmõi uero laudis studiũ & si naturæ bonitate duci te arbitror: non parũ tñ adiutus disciplina qua cæteros nostræ tẽpestatis principes mirifice anteis: eos omnis ac tibi uia uel deuincis uel amplificas: quos intelligis nihil pluris facere q̃ splendorẽ ingenij q̃ laudatissimarũ artiũ pulchritudinem ac decus. Itaq; non iniuria & amaris a doctis omibus & quotidie magis magisq; celebraris. Nã ut cæteri ipsi de se loquãtur: ego tanti te facio ut nihil est quod malim: q̃ & audire & dicere de tuis diuinis summisq; uirtutibus. Quo igitur in me fueris benignior: eo te studiosius prosequar huiusmodi animi gratitudine. Vale. Ex Mediolano. x. kal'. Iulias. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Lodouico cardinali Aquileiæq; patriarchæ: sal'.

c Onsiderãti mihi pr̃ reuerendissime Lodouice cardinalis atq; patriarcha cum tuas alias ꝑml'tas egre

giasq; uirtutes:tum eximiā animi magnitudinem: facile ui
sum est te non modo non inuite: sed etiam perlibenter &
alacri benignitate id esse facturum: quod homini tui præ/
clari nominis obseruātissimo ac tuæ dignationi uetere be/
niuolentia deditissimo maxime conducturū necessariūq;
cognoris. Intellexisti ex ipso me coram nuper mihi filiam
esse nubilem: neq; aliud præter dotem deesse quicq;: quo
minus tempestiue traderet uiro. Ea nūc est tēporū calami/
tas: ut quod ultimum omniū quærendū sit in futura spōsa:
id primū expetat. Quis em̄ hac tēpestate eo sit aïo: qui uł
probitatē uel formæ præstantiā: uel parentū claritudinem
pluris faciat q̄ pecuniā? Modo sint nūmi: reliqua oīa ne/
gligunt. Quo fit: ut sapiētis illius Atheniēsis uiri cōsilium
de sponso deligendo: qui ait se malle uirum carentē pecu/
nijs: q̄ pecunias uiro: in capiūda sponsa oīno sit contēnen/
dū: ita sunt hominū ingenia corruptis moribus deprauata
& ꝑdita. Et ne sim lōgior q̄ oportet: apud amplitudinē tu/
am: mihi opus est ope & auxilio tuo. Subueni obsecro in/
stanti huic meæ & honestæ necessitati. Quantulūcunq; do
naueris: maximi pulcherrimiq; muneris loco ducam. Qđ
defuerit ad summā dotis: quæram ex alijs ijs principibus:
quibus noui me esse charissimum. Nec dubito uerissimū
fore præceptum illud promissumq; euangelicū: Quærite:
& inuenietis: petite: & dabitur uobis. Tu uelim: modo ini/
tium facias: cuius res gestæ & multæ sunt & præclaræ: qui/
bus nisi ipse cumulatissime ad immortalitatis memoriam
satisfecero: mihi ingratitudinis diē dicito. Vale pater cle/
mentissime. Ex Mediolano. viiij. kał. Iulias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus: sał. di. plu. Nicolao arcim/
boldo ducali senatori ac iureconsulto.

q Vod tibi sciebam fore non iniucundum: uolui in/
telligeres: quod mihi neq; speranti neq; cogitanti
romæ cōtigit. Huc em̄ cū uenissē ad q̄ntūdecimū kł. augu/
stas paulop⁹ meridiē: eo cōsilio ut postridie mane Neapo/
lin uersus iter caperē. Nā reliquū ei⁹ diei decreuerā & mi/
hi q̄escere & famuł: nec min⁹ etiā eq̄s ex accelerato itinere

fatigatis. Nec tamē interea tpis me ocio ita cōmisi: ut non curarim ea uisere oīa: quæ ex ueterib⁹ reliquijs ac ruinis memoratu digna existimant̄. Sed hæc iccirco prætereo: quoniam tibi: qui Romæ nō semel fueris: & uisa sunt & cognita. Mane cū paulopost equū forē ascensurus: uenit ad me salutatū Blondus Flauius uir certe phumanus ac disertus: qui ubi mecū esset quædā de cōmunib⁹ studijs cōmemoratus: Hora est inquit adeundi pōtificis. Eamus igitur. Huic ego cū respondissem: & id fortasse subrustice: instituisse me post reditū ex urbe Neapoli eiusmōi uti officio: nunc eñ id mihi nō licere: qm̄ maturarem: uisus est ille nō mediocriter admirari: cū diceret. At summus pontifex hesterno uesperi perml'ta est de te locutus & amice & honorifice. Ait eñ quo primū in Italiam e Græcia reuertisses fuisse tibi secū consuetudinē multā familiaritatēq; periucundam: teq; magnis extulit laudibus. Itaq; tui muneris eē reor: ne ex urbe moueas pedē prius: q̄ ei⁹ sanctitatē adieris: quod tibi non modo honorificum fore arbitror: uerūetiā quantum possum coniectura assequi non parū emolumenti allaturum. Is ubi uidet me persistere in sentētia: abijt subtristis. Cunq; iam equum ascenderem: ecce Petrus Nucetanus apostolicus secretari⁹ festinat ad me: aitq; subridēs: Tu maior factus es pontifice maximo: ab quo uel desideratus redderis insolentior: at caue dum tibi tantū arrogas: ne superbiæ accuseris. Meq; ubi dexterū brachiū sinistro meo supposuisset brachio: perq̄ urbanissime ad pontificē egit: ab quo tanta sum comitate simul charitateq; except⁹: ut meipsum non ab re uel rusticitatis uel ingratitudinis arguerim. Cætera litteris committenda non sunt: sed ea tibi cum reuertero: coram exponam: quæ scio tibi fore gratissima. Sed unū certe non reticescam. In mea eñ abitione donauit me ultro pontifex munificentissimus nūmis aureis: quos uulgo ducatos nominãt: quingentis cū egregia quadā honoratione uerbo℞. Cū hæc ad te scripsi: erat dies natalis meus octauus kal'. Augustas: cū initium facerē ætatis meæ anni quinti & qnquagesimi. Nā reliquos dies iccirco egi Romæ: qm̄ meus satyra℞ codex: quem dono ferebam

ad Alphonſum:erat penes ipſum pontificẽ maximũ. Nec prius mihi reſtituit:q̃ totũ lectitauerit. Vale. Ex urbe Roma.viij.kal'.Auguſtas.M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus:Xenophonti filio:ſal'.

e Xcepit me rex Alphõſus cũ p humaniter & honorifice:tum etiam munificentiſſime.Nihilq; omiſit: quo minus oñderet me ſibi chariſſimũ eẽ & iucũdiſſimũ. Sed de his ꝓpediẽ tecũ & apertius & latius. Nam ad ſex uſq; dies iter capiã iſtuc:& iſtinc deinde Mediolanũ.Interea temporis diligenter inquire:an gradarius ullus equus Romæ uænalis ſit. Nã hic inuenio nullũ:qui me delectet. Cuiuſmodi eñ cupiam:non te latet. Vale.Ex Neapoli.vj. idus Auguſtas.M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus:Xenophonti filio:ſal'.

h Eri Alphonſus rex me Capuæ fecit equitẽ auratũ & id quidẽ mane in celebratiõe dominicæ hoſtiæ in maximo principũ conſpectu.Deinde cum poſt meridiem ad quartum lapidem extra urbem ꝓfectus tentoria ſtatuiſſet in feraciſſimo illo agro:q ad Veſeuũ iacet hora diei uigeſima prima ſuis inſignibus me donauit q̃ honorificentiſſime.Poſt triduum:ut ſpero capeſſam iter ad urbẽ Romam & iſtinc Mediolanũ. Vale.Ex Neapoli.xvj.kal'. Septembres.M.cccc.Liij.

Franciſcus Philelfus:Nicolao arcimboldo iureconſulto ducaliq; ſenatori:ſal'.

c Vm heſterno ueſperi ex Neapoli Capuam ueniſſem repetitur⁹ Mediolanũ hoc mane ſũ ad Alphõſum regẽ ꝓfect⁹ in caſtra ſalutatũ: qui me:ut ſolet: excepit ꝑhũaniter & ꝑiucũde.Iuſſitq;: ut qm̃ eẽt occupatiſſim⁹: p⁹ meridiẽ redirẽ ad ſe.Qđ ubi feciſſem:ĩ maxĩo ac pulcherrimo nõ militũ mõ:ſed etiã nobiliſſimorũ hoĩm cœtu & ſuorũ & exterorũ ita ait: Nos te mi Philelfe iãpridẽ uidere deſiderabam⁹: qđ nobis cõtigiſſe gaudem⁹. Nã opinionẽ de te noſtrã nõ æquaſti ſolũ:ſed admodũ ſupaſti.Donauimus te antea dignitatis militaris nr̃iſq; inſignib⁹. Reliquũ eſt:ut qđ tibi maxĩe debeť: poetica laurea te ornem⁹: quã capiti tuo tibi bñ merẽti ĩponim⁹.Habebat eñ rex libera-

lissimus lauream paratã eamq; ornatissimã: quã ubi capiti meo imposuisset: ita de me ad circũstantis honorifice: ita copiose: ita beniuole locut⁹ est: ut nõ rex excellẽtissim⁹ sed pater indulgentissimus loqui uideret̃. Sed hæc & alia permulta tibi corã exponã. Ego post biduũ ꝓsequar cœptum iter. Interea tẽporis meos oĩs tuæ fidei cõmendo. Vale. Ex Capua uesperi. xj. kal̃. Septẽbres. M. cccc. Liij.

Francisc⁹ Philelfus: Georgio Trabesondæ: sal̃.

q Vod istinc abiens tibi sum pollicitus: ubi primũ in urbem ueni: & summi põtificis Nicolai quinti adeũdi mihi data est facultas: quo tpe adhuc ex pedibus nõ mediocriter laborabat: ita egi cãm tuã: ut eius animũ iãpridẽ alienatũ: ut nosti: ita ad te cõuerterim: ut reditum ad se tuũ nõ solum admittat: sed etiã desiderare uideatur. Itaq; moneo te atq; hortor: ne differas aduentũ tuum: sed uelis ac remis: ut aiunt: secundis flatib⁹ te cõmittas. Nã oĩa tibi in portu: oĩa tranquilla: futura sunt. Vale: & maiestati regiæ me cõmenda. Ex urbe Roma. v. Kal̃. Septembris. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicolao arcimboldo iurecõsulto atq; senatori ducali: sal̃.

h Asce ad te litteras dedi ex Tholentino: unde post octiduum arripiã ad uos iter: tũ equestris insignib⁹ & poetica laurea ornatus: tũ secretarius apostolicus. Eculeus tuus si tãta esset corporis magnitudine quãta animi: ne Bucefarolo quidem crederet. Mirũ est q̃ se obsequẽtem præstat. Vale. Meq; ut facis: ama. Ex Tholẽtino idibus Septembribus. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Archiepiscopo Rauennati Bartholomæo apostolico legato: sal̃.

n Ihil esse reor in uiro graui & sapienti: præsertim in eo qui queadmodũ tu ĩ magistratu & dignitate locatus sit: quod pluris sit faciundum ueritate & constantia. Id autẽ tibi quoq; amplissimo & summa integritate & sanctimonia patri liquido uideri non sum nescius. Non possum autem nõ mirari: quod eorũ nihil effectum sit: quæ nudiusnonus mihi coram recepisti. Tria abs te petij cũ pro

mea erga te obseruatia: tum pro tuæ amplitudinis uel offi-
cio uel laude. Primum ut eã oẽm disceptationẽ quæ inter
meos Tholentinates sanctoseuerinatesq͙ uersatur: tua di-
ligentia atq͙ beneficio e medio tolleretur. Nam delegatio
nem illã in præstantẽ iurisconsultũ Bartholomæum firma-
num & suspectam esse Tholẽtinatibus & molestam impri
mis. Et ne id quidem absurde. Est eñ ex eorum hominum
genere: quibus cũ litigium etiã de cõfinibus est Tholenti-
natibꝰ. Ad hæc: uiatica & sporthulæ locupletissimos quoq͙
populos in odiũ sui rapiunt. Nec te latet famelicis sporthu
las: qđ nomẽ ipsum σπορθά declarat: initio esse nõ magi-
stratibꝰ cõstitutas. Quanta aũt in infamia esset sporthula:
uel ex iuuenale licet intelligi. Huiusmodi aũt omnem mo
rem uæhementer abhorrere a sanctitate summi pontificis
Nicolai quinti: debes nequaq͙ esse ignarus. Quare si cau-
sa tibi erat cognita ut ipse decideres: contendi. Sin minus
esset: ut ꝑ tua humanitate cognosceres atq͙ definires. Fo-
re enim ut quicquid ipse de ea omi controuersia statuisses
& ratum haberent Tholentinates: & ita omnis discordia-
rum causa interiret. Id te pater modestissime & libenter &
intra octiduum usq͙ terminaturũ perhumaniter es perbe-
nigneq͙ pollicitus. Quæ quidem res tanta me tibi beniuo-
lentia deuinxit: ut nihil addi posset ad cumulum. Secun-
dum quod petieram fuit: ut quinq͙ dierũ sporthulas uľ uia
tica: quæ Bartholomæus idẽ superuacanee & auidius exi-
gebat: oĩno ꝑ tua innocẽtia ꝓhiberes: id qđ plane te factu
rũ rñdisti. Tertium erat: ne iusta Tholentinatium in san-
ctoseuerinatis indignatio traheret̃ tanq͙ in crimẽ læsæ ma-
iestatis: Esse eñ tuæ clæmentiæ ignoscere potius q͙ cogno
scere: præsertim cum essent Tholentinates non solum in-
iuria: sed contumelia etiam a sanctoseuerinatibus lacessiti.
At esse ingentis animi putat Aristoteles: obliuisci iniuria-
rum. Cõtumelias aũt negligẽdas nemo sapiẽs probat. Re-
spõdisti tandẽ & si in cõscriptis tabellis: ut uocãt: ꝓcedere
tur: minime tñ fore: ut sententia ea de re ferret̃. Non pos-
sum igit̃ nõ mirari: quod de summa causæ in hunc diem ni
hil neq͙ definieris: ut es mihi coram pro tua humanitate

munificentiaq; pollicitus: neq; tentaueris. Et ad Tholentinates litteræ missæ sunt ab istis qui tua in curia cām suā uel defendunt uel agunt: ꝓpediē futurū: ut snia ferat de causa illa: quā ex ciuili criminalē ita faciūt: tanq; de summo ecclesiasticæ reip. statu decertatū sit. Itaq; ne sim dicendo ꝓlixior: tuā benignitatē etiā atq; etiā rogo atq; oro: ut quæ mecum tā grauiter & tā cōstanter locutꝰ es: ita ꝑsoluas: ut tua dignatio & iusticia postulat. Nā pontificis & principis uerbum esse pro lege debet. Vale: meq; ut facis ama. Ex Tholentino. xiij. kal. Octobres. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Iuliano Eremitarū generali: sal.

f Acit uel singularis mea erga te ueneratio uł excellens tua sapiētia uitæq; sanctimonia: ut audacter ea abs te petā: quæ tū apud deū: tū apud hoies laudabilia eē duco. Templū hoc Nicolai Tholentinatis quē ob piētissimorū operū merita in sanctorū cœtu uniuersa locat celebratq; ecclia: in quoꝝ sacerdotum tutela statui deceat: non te latet. Quis em ignorat qđ etiā preciosissimū sit: ubi fuerit sordibꝰ oblitū: negligi contēniq; solere? Et res itē minus oīno bonas ob cultū & ornatū exteriorē in admirationē sui rapere intuentes? Mētes hoim nō ꝑspicimus: eas tn̄ ex opibus iudicamus. Malim equidē uirtutis simłatorē q̃ apertū hostē. Qui uero animi bonitatē oratiōe uitaq; declarat: hūc ego ꝓxime ad deū accedere iudico. Nec is mihi satis officio uidet fungi: q sane penitꝰ mēti nō repræsentat exterioris hois sanitatē & omī ſmōe & uniuersa uita. Sed quorsum hæc? ut intelligas pater religiosissime multo meliꝰ huic diui Nicolai tēplo & uniuerso Tholentinatium pplo consultū iri: si tua dignatio eos sacerdotes ecclīæ huic præfeceris: qui animi innocentiā p oēm morū uitæq; obseruantiam sanctissimi Aurelij Augustini repræsentarint. Qua qdem in snia cūctos Tholētinatis facile repias. Vale. Ex Tholētino. xiij. kal. Octobres. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Nicolao quinto sūmo pōtifici: sal.

t Holētinatiū oratores pater btīssime ꝑiustā habent querēdi apud te cām: quos ut ea facilitate audias: q̃ etiā oēs iniuria lacessitos sꝑ cōsuesti: tuā sanctitatē

etiã atq; etiã & rogo & oro. Sunt em̃ a sanctoseuerinatib⁹
Tholentinates mei nõ iniuria solũ:sed maximis quoq; cõ/
tumelijs psæpe affecti. Nec ẽ quisq; apud picẽtes neq; ma/
gistrat⁹:neq; præses q remediũ uelit afferre. Quo fit:ut in/
dies magis atq; magis & augescat hmõi malum & nõ sine
maximo periculo inualescat. Itaq; ad tuã pietatẽ eũdũ fuit:
qui ea es & sapiẽtia & iusticia:ut tũ hoim fraudes atq; insi/
dias facile pspicias:tũ oia grauit ac innocẽtissime iudices:
nec patiaris plus corruptionẽ posse q̃ ueritatẽ. Quid hæc
sibi uelit oratio: &si liqdo potes cõiectare:oia tñ ex opti/
mo atq; ĩtegerrimo uiro Petro Nucetano perspicue ĩtelli/
ges. Ad hunc em̃ diligent oia uereq; pscripsi. Ad ea aũt bñ
ficia quib⁹ me ornasti maximis: unus hic cumulus accedet
si Tholentinates mei cognorint meas apud te litteras sibi
plurimum pfuisse. Ego hoc ipso die quo hasce dederã ad
tuã btitudinẽ:eram ex patria Mediolanũ repetitur⁹. Nec
sane obliuiscar:& quid debeã & quid gratũ esse cognorim
tuæ sanctitati: cui me cõmendo plurimũ. Vale. Ex Tholẽ/
tino. xj. kal. Octobres. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Matthiæ triuiano: sal.

q Vod mihi tantope de reditu in urbẽ Mediolanũ
ex Romana Neapolitanaq; pegrinatione gratula/
ris: gaudeo. Intelligo em̃ me amari abs te plurimũ. Qua in
re facis tu quidẽ nihil ab amicitia nostra alienũ. Non enim
ignoras q̃ mihi char⁹ es. Quo fit:ut delecter eo magis isti/
usmodi testimonio: quo in litteris usus es: qd minus qñq; ĩ
amore consuesti rñdere. Qd aũt me hortaris: in castra ut
eã: nescio: q̃ mihi sane cõsulas. Nã ferẽti hostilis regis insi/
gnia succẽsebunt fortasse Frãci: meq; p Alphõso rege ho/
stiã faciẽt. Itaq; a Renato rege quærendũ est liceat ne Phi/
lelfo uersari inter Francos gladios impune: ul ab Alphõso
cũ militari cingulo & poetica laurea: tũ pprijs quoq; deco
rato insignibus. Ad hæc scire puelim: q̃ abũdet Sphortia/
na mẽsa. Nõ enim alio mihi diuertendũ est: q̃ ad regulum
meũ Sphortiã secundũ: ut intelligas me famem quidẽ fer/
re posse in castris: esuriẽ uero nequaq̃ posse. Vale. Ex Me
diolano. viiij. kal. Nouembres. M. cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Ciccho calabro: sal.

m Iror: qd' nihil ad ea rnderis: quæ pximis dieb⁹ tibi de re mea significaui. Nondũ fortassis a pncipe didicisti: qd' cupim⁹. Itaq; rogo te: ut tãdem rñdeas: meq; de omi eius sententia facias certiorem. Vale. Ex Mediolano ix. kal'. Nouembres. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Petro Nucetano: sal'.

c Vm essem postridie pfecturus in castra ducalia: offerreturq; in ipso: ut ita dixerim: equitandi cardine fidus & familiaris nũcius: qui Romam peteret: nõ sum passus eũ uacuũ meis lr̃is istuc ire. Cœpi qd'. S.D.N. pgratũ fore cognoui. Et ne interea tpis dũ hoc agit': officij obseruãtiæq; & pietatis meæ uiderer oblit⁹: primũ æratus carmen de eius laudib⁹ cõposui atq; ædidi: quod ut meo noïe eius beatitudini exhibeas: te plurimũ rogo. Vale. Fx Mediolano. iiij. idus Nouembres. M.cccc. Liij.

Franciscus Philelfus: Renato Regi: sal'.

p Osses tu rex Renate non absurde admirari: qd in causa fuerit: ut cũ modo in castra urceana ad principẽ meũ Frãcıscũ Sphortiã ierim: te qui uix ad quinq; milia passuũ illinc abesses cũ tuo inuicto fortissimoq; exercitu nõ continuo adierim: præsertim cũ tãti te semp fecerim ac faciã: ut pluris certe neminẽ. Atqui nihil mihi in aïo magis erat q̃ & uisere te regẽ nobilissimũ: & te tanta maiestate atq; uirtute principẽ alloqui corã ore: quẽ antea litteris nonnunq̃ cõsuessem. Dicã paucis: qd' mihi inopinato accidit. Quo die institueram ad te ire: nunciatũ est aduentare in castra Blancã Mariã clarissimarũ optimarũq; fœminarũ splẽdidissimũ quoddã certissimũq; exẽplũ. Nõ potui pro officio meo nõ ei obuiam pficisci: cui & plurimis & maximis bñficijs sum obstrict⁹. Nihil est sane cui me minus obnoxium uelim q̃ ingratitudinis crimini: quo uno uitio uix ullum reor apud bonos & magnos uiros inuisius. Itaq; sum coactus differre in diẽ posterũ meum ad te accessum: Postridie cum uix illuxisset: afferuntur ex Mediolano ad me domesticæ litteræ: quibus moneor meos quosdam affinis intentare: nescio: quid litigij de uxoria hæreditate aduer-

ſus me. Quare cũ eius rei gratia mihi eſſet opus adire principem meum: qui eſt: ut noſti: bellicis reb⁹ occupatiſſim⁹: rurſus impedior: quo minus eam ad te: ut omnium maxime deſiderabam. Quid multis? Dum negotiis multis obruor: malui carere benigno tuo regaliq; colloquio: q̃ ſi minus id pro dignitate a me factũ eſſet: ineptus iudicari: præſertim cum omino inſtituerim ad Natalẽ dominicũ & uiſere te: quem & amo unice & ueneror: ac tãtiſper apud te eſſe: ut non uiator ueniſſe uidear: ſed & familiaris & tuus. Et ne interea tẽporis uidear omino abs te abeſſe: dedi ad te monimenta quædam ingenij mei: ut ſaltem intus uideas quem in cute nõ potes. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Decẽbres. M. cccc. Liij.

Franciſcus Philelfus Petro Thomaſio philoſopho ac medico: ſalutem.

c Vm nuper ab Alphonſo rege & a ſummo eccleſiæ Romanæ pontifice Nicolao qnto reuertiſſem Mediolanum: nihil mihi potius duxi q̃ de te quærere: quẽ mirifice diligo & obſeruo. Intelligere certi nihil potui. Itaq; abs te uæhementer peto: me ut facias tuis litterrs certiorẽ: q̃ belle uales: & q̃ noſtri es memor. Ad hæc ſcire cupio: qd poſt captiuitatem de Conſtantinopoli & urbe & ciuibus actum ſit: quidue efferata illa Turcorum barbaria poſt tantam uictoriam & molita ſit & moliatur. Si meos libellos illos es adhuc ex Bernardo meo Iuſtiano conſecutus: uelim huic iſti publico tabellario ad me des. Mittam ad te ſatyrarum codicem: modo cures iſtinc illum mature ad nos redire. Vale. Ex Mediolano. xviij. Kal. Ianuarias. M. cccc. Liij.

Franciſcus Philelfus: Malateſtæ Nouello: ſal.

q Vod ꝓximis lr̃is tibi rñderã: idẽ etiã nũc repetã: ẽ neceſſe: qñ quidẽ uidere uideor aliorũ ul' negligẽtia ul' ꝑfidia fruſtra ſcripſiſſe me Plutarchi Cheronẽſis cõpationes uirorũ illuſtrium: quæ ille παράλληλα nominat hic habet nemo: quæ ſcilicet ad latinos traductæ ſunt. Itaq; nihil tibi affirmare poſſim: an omes traductæ ſint illæ uitæ an minus traductæ. Vnũ ſcio Lycurgi ac Numæ Pompilij

uitas: quæ apud Plutharcum in ordine primæ sunt: mea in-
terpretatiōe latinas esse factas. Itaq; ex Florentia id tibi sci
endum est. Nec em̄ dubito ea in urbe eiusmodi translatio
nes omīs repiri. Quæ tibi reliqua sum pollicitus & omino
absoluā & breui. Ingratus em̄ sim: ni te & obseruem & ue-
nerer plurimum. Vale. Meq; ut facis: ama: Ex Mediolano
xiiij. kal. Ianuarias. M. cccc. L. iiij.

Franciscus Philelfus: Albertho Zancario: sal.

n Olim tibi psuadeas quenq; esse ex amicis omibus
te mihi chariorē. Id em̄ cū modestissimi tui mores:
tū plurima & maxima bnficia citro ultroq; mutua pietate
collata iāpridē facile præstiterūt. Qđ aūt nihil in hanc diē
post abitionē istinc meā ad te scripserim: illud scilicet fuit
in cā: qđ frustra id facere nolebā. Nondū em̄ princeps me⁹
in urbē redijt ex castris. Neq; eo absente habeo quicq;: qđ
tibi sim scripturus. Tu interim bona spe esto. Non em̄ fal-
lam quā de me indubitatā habes opinionē. Vale. Ex Me-
diolano. xiij. kal. Ianuarias. M. cccc. L. iij.

Francisc⁹ Philelfus: Nicolao Cebæ: sal.

f Vissent tuæ mihi litteræ ꝓ nostra amicitia iucūdis-
simæ: nisi tristem mihi de obitu uxoris tuæ Mariæ
spinulæ fœminæ pudicissimæ nūciū attulissent. Nō em̄ po-
tui non dolere: cū intelligerē eā tibi rē nō mediocri esse in
cōmodo. Nā ei certe nō modo nihil accidisse mali: sed po-
tius boni plurimū cōtigisse credendū est: qn̄ quidē ex ter-
reni: ut ita dixerim: h⁹ gurgustij pegrina atq; mortali imor-
talis ciuis effecta sit cælestis illi⁹ sempiternæq; ciuitatis: ubi
nulla uarietas ē: nulla mutabilitas: sed oīa plena trāqllitatis:
securitatis: btitudinis. Itaq; nunc illa fruit̄ illo bono: quo ni
hil est mai⁹: nihil melius: nihil optatius. Nā dei quā græci
ἐσίαν uocāt: præsens corāq; sūmo cū gaudio cōtēplat̄: pspi-
cue intuet̄: absolute itelligit. Vide igit̄ ne dū tuū luges in-
cōmodū uidearis illi⁹ inuidere cōmodo: cui te tātope ostē
dis affectū. Sed hac de re satis. Non em̄ nescio te omīs hu-
manos casus ītelligere q̄ modice ferre oporteat. Nec eges
cōsilio: qui id dare alijs cōsueueris. Noui prudentiam tuā:
noui cōstātiā: noui animi magnitudinē. Facito eū præstes

quē homines opinant̄:hoc eſt:& grauē & ſapientē. Quod aūt ſcire uis: quid ego de te ſentiam:nubendū ne ſit an nō nubendū:& utrū puella ne ac uirgini an uiduæ grādiuſcu- læ:rn̄debo paucis:ac tibi ſentētiā animi mei liquido oñdā. Natura fit:ut & creata & genita om̄ia in ſua ſpecie ſeruari uelint. Id aūt aliis alia uia minime abſurda patū eſt natura. Homo hominis ſemine nō arte Promethei cōſeruat̄. Le- ge cautū apud nos ē:ut una uxore eodē tpe hō cōtētus ſit: id qđ etiā non modo Cecrops uetuſtiſſim⁹ ille rex: ſed qđ longe magis mouere nos debet:in primis parentib⁹ uide- tur inſtituiſſe deus om̄ipotēs: q̄q̄ & Habrahā & Iacob du as ſimul uxores habuiſſe perhibent̄. Itaq; minus eſt miran dum ſi duas uxores eodē tempe habuit Socrates:& Athe nienſes itidem alii permulti. Multo pluris habebant reges Mauritaniæ ac Scythiæ & Indiæ: quos ut licet exiſtimari imitat⁹ impius Mahometus: ſingl'is ſuæ pfidiæ ſectatorib⁹ uxores ſeptenas ducēdas pmiſit. Ii omnes qui uel duas uel pluris uxores habēdas ſtatuunt: eam fortaſſe rationē obtē dant:quod ad augendū humanū genus ea res ſit conueniē tior:id quod ſecus uenire uſu:cum ratio ip̄a docet:tum nō minus experientia. Vitiat̄ em̄ deprauaturq; natura & p- creandi uis coitu uenereo frequētius repetito. At is ſæpi- us repetatur: neceſſe eſt in multitudine uarietateq; uxorꝝ qua hominis cupido uæhemētius excitata ui q̄ neceſſita- te magis delectat̄: cū naturæ bonitas ultroneis atq; neceſſa riis gaudeat nō coactis:& iiſdē intēpeſtiuis. Vnde fieri ui- demus:ut multo plurib⁹ Chriſtiani abundēt liberis q̄ ma- hometiſtæ & om̄is intēperantia barbarorū. Qđ ſi uxor p- creandi gratia eſt inducta:adeo ut is qui apud Lacedæmo nios uitam egiſſet cælibem:infamiæ eſſet obnoxi⁹: qd du- bitem⁹ q̄diu uiri officio fungi quis poteſt:haud quaq̄ eum decere a re uxoria abhorrere? Quod cū om̄ibus eſt faciun dū:qui uel lege uel alia honeſtiore cauſa min⁹ impediant̄: ũ Nicolao Cebæ uiro ætate adhuc firma:opulento: nobi- i:ac maribus carenti filiis. Nam filiæ qm̄ in alienam domū nō tam trāſcribunt̄ q̄ leuandi honeris gratia trudunt̄: uix iliorū loco habēdæ ſunt: quippe quæ paternæ dom⁹ nullā

omino curã præ se ferant. Puella ne an uirgo ducenda tibi sit: an grãdior ac uidua: facile est cõsiliũ. Quattuor ea sunt quæ in uxore desiderantur: probitas: uenustas: nobilitas: opes. Hæc tibi discrimẽ faciãt: ut malis pudicã uiduã ꝙ impudicã uirginẽ. Qđ si eadẽ in utraqꝫ cõcurrãt: uirginẽ uiduæ: puellamqꝫ grãdiusculæ præferendã conseo: ut laceræ uetustatiue obtritæ integrã uestẽ ac nouam. Quod eo magis tibi faciendũ est: quo facilius intactã & puellã moribus tuis effingas ꝙ natu grandẽ ac thori consciã. Malimqꝫ hac in re seq Romanos ꝙ lacedæmonios. Nã hi qm̃ rei bellicæ equestriqꝫ studebãt: uxores ducebãt triginta natas annos aut etiã grãdiores. Putabãt em̃ robustiores part⁹ gigni ex huiusmodi mulierib⁹. At Romani qui nulla re Lacedæmoniis fuerunt inferiores: quæ duodecim cõplesset annos: nubilẽ esse ducebãt: ætatẽ scilicet admodũ facilẽ: quæ uiri ingenio ac morib⁹ accõmodaretur. Partus em̃ robustitatem in nutrimẽto & intima ui naturæ pro horoscopiis qđ astronomi uocant syderis influxu non in gignentium annis positã esse. Quã ego secutus sententiã: quas duas habui deinceps uxores: alteram: ut nosti: constãtinopolitanã: alteram Mediolanensem uirgines & puellas non grãdioris uiduasue selegi. Et si tertiũ mihi nubendũ eẽt: eodem uterer instituto. Nec deterrerer: quod annũ iam sextũ & quinquagesimũ agens (natus em̃ sum anno a natali christiano millesimo trecẽtesimo nonagesimooctauo: & id quidẽ octauo kal'. Augustas) minus ꝙ puella uellet; anhelarẽ. Nã ne robustior qdẽ ætas præstare id queat. Procreatio filiorũ non expleri: nõ obrui potu expedit: sed leui irrigatiõe sed perinde atqꝫ libatione cõtẽta est. Quare oĩm primũ tibi studẽdũ arbitror: ut puellã pudicã ducas ꝓbisqꝫ parẽtib⁹ natam. Hæc em̃ nihil plus norit: nihil plus uolet: ꝙ ipse præbueris. Qđ si alia quædã ul' fortunæ uel tpis ratio te uiduæ ducendæ asciuerit: modo sobriã & prudentẽ inuenias: amorẽ uiri mortui nolim pertimescas. Nã memor ille matris Acidaliæ paulatim abolere sycheũ incipit: & uiuo prætẽptat uertere amore. Hæc sunt: quæ tibi in summis occupationibus meis respõdere potui. Reliqua tu ut es uir ingenio & pru-

dentia singulari: nõ difficile cõsiderabis. Te uæhementer etiã atq; etiã rogo: ut ad me q̃diligẽtissime perscribas rem oẽm Cõstãtinopolitanæ captiuitatis. Nã alij aliter narrãt. Et an uniuersus populus sit actus in seruitutẽ: tãtaq; cædes facta: quantã uulgo tradunt. Præterea quo in statu est Galatas: ac finitimi reliqui christiani populi: qui Turcorum apparatus. Nam quod mari sint Italiã inuasuri: nihil est: quod minus credã. Per cõtinentẽ illis est iter & p Dalmatiã Pãnoniamue. Hæc em̃ cõsideranti mihi potior rõ uisa ẽ. Tu uelim quid sentias intelligere. Vale & me facito certiorẽ an sint res uestræ cum Alphõso rege cõpositæ. Bellum ne uobis aduersus illum an pax futura sit. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Nicolao Varoni: sal.

q Vi tibi reddidit has lr̃as: uir est & bonus & nõ indoctus mihiq; multos iã annos p̃familiaris: quẽ ut & diligas & cõmendatũ habeas: Rogo. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M. cccc. Liiij.

Frã. Phil. Petro Thomasio pħo ac medico: sal.

n Ihil in hãc diẽ acerbius sensi unq̃ in uita nouæ Romæ captiuitate. Id qđ si secus mihi accideret: iudicarẽ me p̱fecto ingratitudine om̃i ingratiorẽ: non solũ qđ & socrũ mihi charissimã Mãfredinã auriam nobilissimã & pudicissimã fœminã ac duas ei⁹ & soceri mei Ioannis chrysoloræ præstantissimi equitis aurati & eruditissimi uiri filias meorum quattuor filiorũ materteras in obscurã seruitutem a barbaris & teterrimis Turcis actas audio: sed eo magis: qđ ea urbe & matre sum usus & altrice educatriceq; iuuẽtæ studiorũq; meorũ. Verũ qm̃ humanæ res om̃es mutabilitati subiectæ sunt: & quæ principiũ habuerunt: finẽ etiã aliquando habeant: natura necesse ẽ: meipsum accuso: qđ uelim fragile & caducum aliquid sempiternũ fieri. Hac etiam ratione tibi quoq; luctuosissimũ casum tuum & ægritudinẽ oẽm quã ex immatura atq; immiti morte filij fratris tui innocẽtis & optimi quidẽ illius iuuenis concepisti æquiore aĩo ferendã censeo. Nihil em̃ apud nos fit inuito deo: q & nouit om̃ia & cõsulit meliora. Reliqua uero quæ ad me

ſcripſiſti: placuerũt oĩa. Faciãq; ꝓpediẽ ut intelligas con ſilium apud me tuũ plurimũ ualuiſſe. Te interim uæhemẽ ter rogo: operã des: ut ex Bernardo Iuſtiniano quæ tibi an tea ſcripſi: & conſequaris: & huic iſti tabellario ad me des. Præterea Hippocratẽ quoq; meũ ſi ex Matthæo peruſino philoſopho ac medico doctiſſimo aſſecutꝰ es: mitte ad me. Si quid aliud certi habes de Turcis & rebꝰ orientalibꝰ: ue lim diligentiſſime ad me perſcribas. Vale. Ex Mediolano x. Kal. Februarias. M. cccc. Liiij.

Franciſcus Philelfus: Ioanni Mario filio: ſal.

f Aciunt occupationes meæ: ut ſim ad ea reſpondẽ do breuior: quæ ꝓximis litteris a me petieras. Leo nardus theologus idẽq; mathematicus: duo non tam elo quẽter ꝙ ſubtiliter opera in mathematicis elucubrauit an nis ſupioribus: alterũ in geometria: quod artis metrice no mine appellauit: ob eã ſcilicet rationẽ: ꝙ μέτρον græcum: menſurã ſignificat apud noſtros: alteꝝ in Arithmetica: qđ eſt de numeris ſupputandiq; rõne: ἀριθμὸς eñ ut ſcis: nu merus eſt apud latinos. Siquis autẽ titulum deprauarit: ut quæ de numeris ẽ: inſcripſerit artẽ metricã: quæ tota in di mẽſione uerſat̃: ip̃e uiderit. Res eñ ita habet: ut dicimus. Qui ſecus ſenſerit: græcæ litteraturæ & ipſiꝰ diſciplinæ in doctus eſt. Qđ aũt de Marone ſcripſiſti: id totũ eſt fabulo ſum. Nam neq; de Chriſto ſenſit Maro: ſed de Pollionis fi lio: qđ de Chriſto mlto ante Sibylla afflatu diuino quodã uaticinata eſt. De Vlyſſe uero qđ dicis placere quibuſdã ſcribi ꝑ i latinũ & x ante es: Vlixes: aut ij ſunt imperiti græ carũ litterarũ aut oĩno negligẽtes. Vlyſſes eñ græcũ ẽ no mẽ ὀδυσσεύς. o. ſcilicet breui mutata in u id qđ in aliјs plæ riſq; fieri cõſueuit: & d in l more non ſolũ noſtro: ſed etiam græco. Qđ uero ὑ. ψιλὸν: qđ eſt y tenue uertatur in i: aut duo ſſ in x: nec grãmaticæ rõ patit̃: nec ulla ueterũ auctori tas. Nam quod ſcribis de xx geminato: id non ſolũ abſur dũ eſt: ſed ineptũ ſane & fatuũ: cum eæ tot cõtinuatæ con ſonãtes: quæ quattuor ſunt: duæ ſemiuocales & duæ mutæ ſimul eſſe nullo pacto poſſunt. Hercules hoc eſt ἡρακλῆς cognomẽ eſt uel fortaſſis agnomen potius Alcidæ: qui uir

fortis & magnus imperator post res clarissime gestas Iunonis inuidia gloriosus Hercules dictus est. ἡρα.enim est Iuno. κλέος uero fama seu gloria. Qua ratione factũ uidem⁹: ut nonnulli cognominati sint Hercules. De liberalitate & munificentia: eam censeo fieri differentiam: quam græci inter ἐλευθεριότητα & μεγαλοπρέπειαν uolunt: ut liberalitas sit int̃ paruos hoĩes ac priuatos μεγαλοπρέπεια uero hoc est ad uerbum magnidecentia nomen apud nos inusitatũ int̃ magnos uiros uersetur magnisq; in reb⁹. Vt q magna ꝑ dignitate mũeret: sit apđ illos μεγαλοπρεπής: apud nos uero magnidecẽs: uł qđ usitatũ uidem⁹ munific⁹. Sed qui in paruis muneribus liberalẽ sese nõ absurde præstat: is a græcis dicitur ἐλευθεριόσ. Nec illud uolo te lateat cõsuesse quosdã μεγαλοπρέπειαν interpretari magnificentiã errãtis hos quidẽ cũ magnificẽtia uel locupletissimo Ciceronis testimonio sit species fortitudinis. Vale. Ex Mediolano. xiiij: kał. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: salutem.

q Vo nihil in uita post obitũ illi⁹ summi uiri Leonardi mei Iustiniani luctuosius aut mœstius audiui: mihi nuper est renunciatũ Franciscũ barbarum priscæ grauitatis & eruditiõis exemplũ: migrasse ex hac luce. Magna est nostro sæculo permagna eloquentiæ iactura iniecta. Venetis uero omnibus plane singularis: qui talẽ uirum amiserint: qualẽ habẽt alterũ neminẽ. De doctis atq; disertis loquor. Nã uiros grauis & sapiẽtis scio esse Venetis pene innumerabilis. Sed qui idem & græce esset & latine doctissime erudit⁹: quẽ alteꝝ habeatis illustrẽ audio neminẽ. Doleo igit̃ & uestrũ in tãto uiro & nostræ tẽpestatis naufragium. Ostenderẽ autẽ uerbis pluribus mœrorẽ hũc meum: id quod ne in præsentia faciam: repentina profectio tabellarij impedimẽto est. Quare de hoc satis. Tu uelim nomine meo cũ ijs uerba facias: quos ille sibi hæredes instituit: repetasq; meos illos codices græcos: quos barbarus habuit a me mutuo: & totiens: ut scis: per litteras te ꝙ internunciũ

repetiuimus. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kalen. Martias. M.cccc.Liiij.

Frãciſcus Philelfus:Ioanni Mario filio:ſal.

a De ea quæ petieras ꝓximis dieb⁹:rñdi tibi. Qđ iſtic tibi honorat⁹ ſit loc⁹:gaudeo. Redibũt fortaſſis aliquando Taurinates cũ muſis in grãm. Eſt em̃ urbs iſta & uet⁹ & nobilis a Phaethõte:ut tradũt:cõdita. Tu uelim:a Minerua ne deſciſcas. Nã repugnãte natura nihil fieri recte põt. Itaq; malle te debes & oratorẽ & poetã eũdẽq; philoſophũ ꝙ iuriſcõſultũ & rabulã mercẽnariũ. Ne illi faueã cui me odio eſſe & ip̃e dicis & ego noui: ignorare mihi uideris dũ mones:ſolere τουσ μεγαλο τυχουσ iniurias nõ cõtemnere minus ꝙ obliuiſci. Illi⁹ ſit maledicere: noſtrum autem bene facere. Vale. Ex Mediolano.ix.kalẽ. Martias.M.cccc.Liiij.

Frãciſcus Philelfus: Nicolao quinto ſummo pontifici.ſal.plu.di.

ſ Tephanũ Caciã nouariẽſem iuriſcõſultũ & Taurinatẽ Archidiaconũ tuæ ſanctitatis cubicularium in ijs quæ mihi expoſuit tuo nomine:& ſumma cũ obſeruantia & libentiſſime audiui. Nec diligenter minus ꝙ fideliter geſſi omnia geroq; aſſidue:quæ tũ litteris tuiſ: tum eius nuncio tibi grata fore cognoui. Habeo aũt beatitudini tuæ grãs immortalis:qđ fidei meæ pietatiq; erga te ita fidis:ut debes. Quid em̃ pro te factur⁹ nõ ſim:cuius ſingularem ſum iampridẽ beniuolentiam & præcipuam modo benignitatem in me expertus? Tantum me tibi debere intelligo:ut ne uitam quidẽ ipſam in mea magis ꝙ in tua poteſtate poſitam eſſe uelim. Itaq; imperare ſit tuum pro uoluntate omnia:parere autẽ meũ cũ omni integritate:ueneratione: induſtria. Vale pater beatiſſime. Ex Mediolano: iiij. Kalen. Martias. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus:Petro Nucetano:ſal.

a Ntonio Lyttæ Mediolanẽſi p̃ſbytero lr̃as ad te dedi.iiij.id⁹ nouẽbres. Eratq; cũ ijs ſapphicum adonicũq; carmẽ ad ſanctitatẽ domini noſtiri lõgiuſculũ.

Sum aũt miratus: qđ nihil in hãc diẽ mihi rñderis: Nec potui nõ dubitare ne litteræ tibi meæ redditæ fortasse nõ essent. Noui em̃ facilitatẽ: noui humanitatẽ: noui liberalitatẽ animi tui. Itaq; nõ sine causa id accidisse arbitror. Sed cum hac de re: tũ de aliis nõnullis Xenophon filius tibi corã exponet. Tu uelim me ut facis: ames. Tibiq; psuadeas eũ esse me: qui tibi omniũ maxime nr̃i ordinis sim affect⁹. Conuiuia Mediolanẽsia eidẽ Xenophonti filio ad te dedi. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Malatestæ Nouello. sal.

e T Galbæ & Othonis Cæsarũ uitas ex Plutarcho ad latinos traduxi: tuoq; nomini dedicaui. Quid aũt i causa fuerit: qđ eas Xenophõti filio nũc istac iter facięti ad te nõ dederim: idẽ Xenophõ tibi coram exponet. Post dies quindecim siqs oblat⁹ fuerit: cui ea res tuto committi queat: dabo ad te. Tu uelim tibi persuadeas mihi tuo nomine nihil esse iucũdius. Nam dign⁹ es p tuis maximis splẽdidissimisq; uirtutib⁹: quẽ oẽs diligãt: amẽt: obseruẽt: uererẽt. Ego ppediẽ fore spero: ut pax faciat postliminiũ: tãtus & barbarorũ & exterarũ nationũ terror impẽdet. Vale. Ex Mediolano. iiij. kalen. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: sal.

b Inis aliis lr̃is tibi significaui Ioannẽ Caimũ neq; fecisse neq; facturũ sant quicq; de re tua. Seq; dicit tibi debere nihil: qm̃ p te aliis satisfecerit. At illi quos is prædicat: factũ id pnegãt. Itaq; si me audis tute Mediolanũ cõcede. Nã si secus feceris: nihil feceris: ædesq; negligẽtia tua quadã amiseris. Tu rẽ paucis tenes. Reliqua ex Xenophõte filio corã accipies. Vale cũ pudicissima uxore tua Meq; tuo illustri principi cõmẽda. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Petro barbo cardinali Veneto: salu.

x Enophõti filio Romã uenięti iccirco lr̃as ad te dedi: ut intelligeres me tãti facere beniuolentiã tuam quã mihi nup cũ istic essẽ: certissimis documẽtis co

ram declarasti: ut omnia q̃ te mihi sperare posse uidear: id aũt eo facio & maiore cũ fiducia & libẽti⁹: qm̃ noui nullum apud me unq̃ intermoriturũ bñficiũ tuũ. Nã est apud me antiquius nihil gratitudine atq̃ pietate. Reliqua tu ex Xenophonte cognosces. Vale pater amplissime. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Dominico cardinali firmano: salu.

n On possũ nõ accusare erratũ meũ: q̃d cũ nup̱ fuissẽ Romæ: ad te min⁹ salutatũ ierim: cui me iampridẽ norim eẽ charissimũ. Nolim tñ existimes id ul negligẽtia mea: uel q̃d tui oblitus fuerim: accidisse. Sed dum cupio in te adeũdo min⁹ inept⁹ existimari: fui in officio ꝑuando min⁹ erga te officiosus. Volebã em̃ & pro amplitudine tua & ꝓ decoro adire te: & eos cõferre ꝑmones: q & auditiõe tua & oratiõe mea nõ indigni iudicarent̃. Quare dũ studeo ea expedire negocia: quæ mihi erant apud summũ pontificẽ: plusq̃ in his q̃ putarã tẽporis cõsumo: tandẽ coactus sũ nõ te ante adire q̃ abire. Itaq̃ in ipa abitione mea ex urbe Roma inter equitandũ accedo ad ipas ædes dignatiõis tuæ. Is q triclinij præest ostio rñdet in cubiculo te esse diuino intẽtũ ministerio: nec licere sibi interea tẽporis adire te. Quid multis? Tris horas expecto: cũ ne ipe quidem ostiarius ampli⁹ qcq̃ rñdet mihi. Quãobrẽ dũ uideo mirũ seruari silẽtiũ: & ipe ad abeundũ sollicitarer a comitibus: ne aut importunior aut ineptior dici possẽ: abiui equidẽ subtristior: q̃d uisere te nequiuerim: quẽ mirifica obꝑuãtia prosequor. Tenes ecce rẽ omnẽ. Tuæ fuerit ul clæmẽtiæ mihi ignoscere ul iusticiæ ostiariũ castigare: q ut est genere german⁹: neq̃ hũanitatẽ sapiat: nec hominũ habeat discrimen. Reliqua ex Xenophõte filio cognosces. Vale pater humanissime. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni aurispæ: salu.

q Vãti ego te semp̱ fecerim ac facio: nemo ẽ: q id meli⁹ sciat q̃ tu. Id certe exploratissimũ habeo me tibi eẽ charissimũ. Fide aũt i amicos & prudẽtia tãta ua-

les: quãta scio maiore neminẽ. Itaq; nihil est: qđ de te spera re nõ ausim. Quib⁹ aũt in reb⁹ tuã mihi & operã & diligen/ tiam præstes: uelim: Xenophõ fili⁹ tibi corã ostẽdet. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Aenico daua/ lo equiti aurato: salu.

c Vm ad undecimũ kal. septembres ex castris regijs abijssem repetitur⁹ Mediolanũ: nihil mihi molesti us fuit: q̃ qđ te qm̃ hesterno uesperi Neapolin re/ uertisse ferebaris: eo die uidere cõplectiq; nequerim. Itaq; abiẽs mecũ tuli incredibile desideriũ tui: quẽ & absentẽ ab sens intueor & cõplector & alloquor. Cupio aũt maiorẽ in modũ p tuas lr̃as intelligere & qd agas & q̃ tibi char⁹ sim. Sed horũ alterũ ꝑspicuũ mihi est. Nõ em̃ possum nõ ama/ ri abs te: quẽ tãtopere ipse colã. Alterũ bene spero. Nã qui uir magn⁹ es & rebus ornat⁹ omnib⁹: te bene agere ac reb⁹ uti secũdissimis dubitare certe nõ debeo. Gratissimũ tñ mi hi facturus sis: si quæ de te mihi in spe sunt posita: ea tu litte ris tuis uel cõfirmabis uel augebis. Vale decus meũ. Et me Alphõso regi cõmẽda: & ut soles charissimũ effice. Ex Me/ diolano. iiij. kal. Martias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Nicolao cebæ: salu.

i Ncipiẽti iã mihi expectare lr̃as tuas: aliud occurrit in mentẽ. Cupio em̃ ex te intelligere: ulla ne a uo/ bis sit aut in Thraciã aut ad chios nauis traiectura: quæ istinc soluat ante kal. Maias. Et hoc & quæ ꝓximis lit/ teris ad te scripsi ne negligas: rogo. Vale. Ex Mediolano viij. idus Martias. M. cccc. Liiij.

Frãciscus Philelfus: Albertho çanchario: salu.

d Eus malefaciat factionib⁹ suspitionibusq;: quib⁹ fit: ut tuæ meæq; uolũtati mos geri nõ possit. Petierã a principe meo: qđ te uelle intelligebã. Is mihi libera lissime respõderat: ut semꝑ: Omniaq; mea causa facturũ se affirmarat. Deinde cũ rei cõficiundæ studeo: animaduerto hũc refrigescere. Quod ego moleste ferẽs cunctatiõis cau/ sam quæro. Tãdem mihi r̃ndet se & mea & tua causa uelle

omnia:uereri tñ:ne istic aliqui hmõi bñficij genus indigne patiant̃.Itaq̃ sibi & hominũ habẽdã esse & temporũ rationẽ. Reliqua tu pro tua prudẽtia coniecta. Vnũq̃ tibi psuade nihil apud me esse antiquius beniuolentia nr̃a. Vale. Ex Mediolano.v.Nonas Martias.M.cccc.Liiij.

Francisci Philelfi Epistolarum liber duodecimus.

Franciscus Philelfus:Lombardo Collioni:salutem.

a Mici quidam tui quibus ego familiarissime utor:exposuerũt mihi & ingenij tui bonitatẽ & nõ uulgarẽ facũdiæ laudem. Quibus certe rebus sum nõ mediocriter delectatus. Perdocti eñ reperiunt̃ psæpe multi. Sed qui idẽ & ingenio polleat & eloquio:eorũ est in numero collocãd⁹: quorũ raritas cũ phœnice cõparet̃. Floruit eloquentia Demosthenes int̃ græcos omnis:Sed idẽ fuit ingenio tardiore. Ingenio Demades claruit plurimũ:quo fræt⁹ ex tẽpore disertissim⁹ uidebat̃. Verũ iccirco scripta eius nulla extãt: qm̃ eloquẽtiæ uim splẽdoreq̃ intimũ minus saperent. Sunt eñ nõnulli:qui eloquẽtes existimati: ne diserti quidẽ sunt sed apta quadã & sonora ac uenusta uerborũ serie facundi quoniã uideant̃:in raris habent̃ oratoribus. At cũ omni in re:tũ uel imprimis in eloquẽtia tria requiri solẽt:ingenium: doctrina:diligẽtia:quibus ipsis:qui ualet:nõ hũc non possũ eloquẽtiæ laudẽ assecutũ existimare. Tui te amici ingenij laudãt. Præceptoris fama Guaryni Veronẽsis rhetoris minime cõtemnendi non indoctus mihi ꝓbari debes. Modo diligentiã adhibeas:quæ in exercitatiõe maxime apparet: nihil tibi desit ad optimũ oratorẽ. Neq̃ ipsi Demostheni: neq̃ Ciceroni nostro omnia naturæ adminicula affuerunt. Sola diligẽtia hos ꝑfecit:qua quidem una uirtute uirtutes omnis cõtineri putant. Hac ego te tũ animaduertero delectari:cũ te maxime dicendo exercueris. Id aũt ita in te esse intelligã:si tua scripta & ꝑ amicorũ tuorũ opinione & pro

mea expectatione q̃ primũ legero. Vale. Et me necessario tuo Bartholomæo Collioni uiro fortissimo charũ effice. Ex Mediolano. vj. idus Martias. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelphus: Xenophonti filio: salutem.

I Egi litteras tuas: quas ex Bononia dedisti ad me. Quod te tã diligentẽ itineri præstiteris: nõ improbo. Moneo: tñ cõsideres: non mõ: quid ipse possis: sed quid etiã equus: ne nimia festinatio festinationẽ tollat. Venerũt nudiussecũdus Mediolanũ ex urbe Roma nobiles uiri tres Cõstantinopolitani: & hi quidẽ diplouataçæ: q mihi uerbis præstãtissimi nostri Gaçæ salutẽ dicerent. Miratus aũt sum qđ his ad me Gaçes litteras nllas dederit. Tu quæ tibi mãdauimus: diligẽter cura. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Martias. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Iohachimo Ambrosioq; theologis: salutẽ.

e Runt fortasse: qui mirẽt: quid ego uos ueniam in summis uestris laborib⁹ ad ea hortaturus: quæ nõdũ a quoq; uel tentata sunt uel scripta: ut q̃m satis superq; omnis iudæorũ de Christo Iesu ꝑuicacia obdurataq; insania inexpugnabilib⁹ tã multis illisq; uerissimis & argumẽtis & rationib⁹: quas uiri pene innumerabiles: ingenio: doctrina: sanctimonia excellẽtes in mediũ attulerũt: ꝓstrata iãpridẽ atq; cõuicta iacet: incipiatis iãtãdẽ cũ docetis in populũ: cõuertere oratiõis gladios in sceleratũ illũ & impium Mahometũ: quẽ figura & immanitate truculentissimæ bestiæ Ioãnis Apocalypsis nobis denũciauit. Nõne uidetis patres sapiẽtissimi iã uniuersum ꝓpe terrarũ orbẽ parere ꝑ oẽm intẽperantiã nefarij illius abominabilisq; latronis spurcissimis satellitib⁹? Nõne Africa tota seruit Mahometistis. Nõ idẽ patiẽ Asia? Nã orientalis æthiopia quantula est ad Asiã uniuersam? At Europa quã ab Asia diuidit Tanais ꝑmulta iã regna cũ Scythis & Turcis: tũ etiã Afris subiecta intueẽ. Eoq; adducta ẽ calamitatis: ut đ Italia sibi nũc metuendũ sẽtiat. Mirẽẽ ergo ĩprudẽtes ut libet. Ego. n. ita sentio

longe maiorē uos fructū splēdidioreq̃ gloriā ex his pugnā/
tibus atq̃ infestis mahometistis reportaturos q̃ ex iudæis:
nō modo nō repugnātib⁹ sed late iādiu fusis humiq̃ iacēti/
bus. Quod secūdo loco uos hortor:id totū ē de Græcis. Sa/
tis hi magnas dederūt pœnas:si quid errarunt:quod patrio
solo exterminati sūt:quod parētes:filios:uxores:bona om/
nia amiserūt:qđ mendicāt:quod seruiūt. Verū & homines
certe sūt & Christiani. At schismatici:at hæretici. Hæretica
cōstātinopolitana eccl'ia nunq̃ fuit ætate nostra. Schismati
ca fortassis aliquādo. Nō tamē scissa ea a Turcis capta ē:sed
publice cōiūcta cū Romana ecclesia. Nā alieni cordis arca/
na temere iudicare peccatū est. Nec itē minus persæpe de/
us bonos q̃ malos affligere cōsueuit. Non ob peccata quæ
ipsi ꝑpetrassent:tātas acerbitates passi sunt martyres: passi
apostoli:passus Christus optim⁹:maxim⁹. Præterea san⁹ pa
stor relinquit uniuersū gregē in solitudine:ut reqrat amissā
ouē. An min⁹ aduertitis neminē in hac urbe uti charitatis
munere in hos Græcos:qui optimo nati genere mendicāt
stipē:ut se ac suos a Turcis redimāt? Hæc certe inhūanitas
magna est:cui⁹ ne uos sitis in causa:ipi ꝓuidete. Quin hor/
temini ꝑ deū immortalē ppl'm uniuersum: ut & afflictis &
Christianis bn̄faciāt:ne indignet̄ Christus Iesus eos cōtem
ni qui suo nomine opē quærūt. Valete patres optimi. Me/
diolani ex ædibus nr̄is. v. idus Martias. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Andreæ
Ferrariensi: salutem.

e Tsi mihi es incognitus:tuæ te tamē litterarū notæ
quibus in ea es usus inscriptione: quā socrus meæ
Manfredinæ Chrysolorinæ lr̄is adiecisti: non me/
diocriter notū faciunt. Gaudeo igit̄ te istic esse: qui & res
magnas uideris & uisurus etiā sis. Tuū aūt fuerit:ut ad nos
aliquid scribas diligētius:quo te nō minus intus q̃ in cute
perspiciamus. Vale. Et si quid ad liberationem socrus meæ
eiusq̃ filiarū afferre uales:peto:ne negligas. Hoc erit & mi/
hi gratissimum & tibi honorificum. Ex Mediolano pridie
idus Martias. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus: Bernardo
Iuſtiniano: ſalutem.

n Ihil eſt mihi beniuolẽtia tua certius. Quid eẽ non ames: quẽ uir maxim⁹ & clariſſim⁹ pater tu⁹ Leonardus & dilexerit unice & ſummis bñficijs affecerit? Itaq̃ nõ modo nõ miror: ſi quãdo meis lr̃is inuitat⁹ nihil rñderis: ſed ignoſco potius occupatiõib⁹ tuis: quibus fit: ut neq̃ amicis poſſis nec ipſi tibi omnino ſatiſfacere. Verum ſi quid ocij qñq̃ nact⁹ fueris: rẽ mihi facies gratiſſimã: ſi & de te & de rebus tuis me reddideris certiorem: imprimiſq̃ nũquid in nanfragio byçantino iacturæ quippiũ paſſus ſis? Nõ eẽ poſſum nõ uereri: ne quid inde tibi detrimẽti acciderit ob tuas pecuniaſ: quas habebas Cõſtãtinopoli in mercatura occupatas. Ad hæc rogo te: ut opuſcula illa mea quæ abs te meo nomine eloquẽtiſſim⁹ medic⁹ Petrus Thomaſius petijt: huic iſti tabellario aut eidẽ cõmuni amico ad me des. Vale. Ex Mediola. pridie kal. Apriles. M. cccc. Liiij.

Franciſcus Philelfus: Iohachimo
theologo: ſalutem.

t Vum iſtud doctrinæ gen⁹ quo ad chriſtianã ueritatem in ppl̃m uteris: mihi certe ꝓbat̃ plurimũ. Sũt eẽ aliqui hebeti adeo obtuſoq̃ ingenio: ut nihil ex ſeſe inuenire audeãt: ijs cõtenti dũtaxat: quæ priſci ſcriptores pietiſſime excogitarũt. At hi quidem oẽs & ſi doctrinæ poſſunt ac diligẽtiæ cuiuſpiã iure laudari: qđ acute ab alijs ſubtilit̃q̃ inuẽta & copioſe ipſi & memorit̃ in mediũ ꝓferãt: nullã mihi tñ ingenij ſui præſtãtiã declarãt: cũ ad cumulatũ omni uirtute uirũ ingeniũ imprimis requiri ſoleat. Tu uero noua ꝑml̃ta eaq̃ ſalutifera ex te eruis. Nã ſigna cæleſtia quib⁹ uidem⁹ ab aſtronomis quẽ ζωδιακὸν circulum uocãt: inſignitũ: trãſferre in chriſtianã fidẽ perpulchrũ eſt. Qđ aũt ad arietẽ attinet: unde aſtronomi initiũ ſumũt: ego arietẽ exiſtimo a græco ductũ qđ eſt ἄρησ. Nã hoc nomine qnattuor ſignificari græci uolũt. Interdũ ferrũ: unde Homerus αἱμάτοσ ἆσαι ἄρηα. Interdũ bellũ. Idem ὄφρα χεν ἐγείρομ ὀξὺμ ἄρη. Quandoq̃ uulnus. Idem poeta ἔνθα

μαλίϛα γίμετ άρησ άλεγείμοσ. Sæpius uero martẽ: ut eſt apud eundẽ Homerũ: άρεσ άρεσ βροτολοιγέ: quo etiam uno ipſi uerbo: & ferrũ & bellũ & uulnus ſignificamus. Ab hoc igiť nomine arietẽ quaſi Martialẽ æque tractũ arbitror: atq; a marte martiũ. Qđ ſi naturã figurãq; arietis cõſiderem⁹: nõ inepta cenſebiť deriuatio. Sed hæc tu & prudẽtius conſiderabis & aptius. Nã ſi a rege malis arietem duci quaſi aliorũ regẽ: ꝗꝗ eſt durior deriuatio: cũ eo tamẽ cõueniat: quod χρείώμ apud græcos rex eſt: χριοσ uero aries: qui ita excellit in grege ut rex in populo. Quæ aduerſus Turcos & Mahometiſtas ſapiẽter aggreſſus es: ut omĩ ſtudio & induſtria pſequariſ: te uæhemẽter & hortor & rogo. Nam quantũ uidere uideor: niſi funeſtæ huic teterrimæq; peſti ꝓpediẽ occurrať: ita breue inualeſcet incrudeſcetq;: ut nullũ ſit remediũ exceptura. Græcis aũt his nobilib⁹ aſſiſte: ut cœpiſti: iacentis tolle ac foue. Vel in hiſce inconſtantiam atq; mutabilitatẽ rerũ humanarũ tecũ animo uoluta. Omnis huius mũdi faſtus: omnis honos: omnis gloria: uanitas. Solus mihi uidetur fœlix: qui in uirtute & deo: ſuum omẽ bonũ collocarit. Miſereſcendum eſt humanæ fragilitatis. Quod miſeriæ in alijs intuemur: id nobis quoq; metuamus: neceſſe eſt. Mẽdicãt opulẽti: humilianť excelſi: ſeruiunt principes. Fac oro: ut quoniã hos pudet cõditiõis ſuæ: aliqui boni uiri eam ſibi prouinciã ſuſcipiant petendi uiritim charitatis munus. Vale Mediolani. Ex ædibus noſtris Kalen. Aprilibus. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus: Iacobo cuſano iuriſperito: ſalutem.

e S tu in me Iacobe quotidie ꝗ par eſt importunior. Id qđ ne poſthac facias te nõ ſolũ moneo: ſed etiã hortor ac rogo. Nam ꝗꝗ magno animo uiri eſt iniuriam contẽnere: contumeliam tamẽ ferre nemo ſi ſanus ſit: debet. Stultus eſt em̃ qui & aliorum & ſuæ dignitatis rationẽ nõ habet. Duo ſunt clauſtra natura linguæ obiecta: & dentes & labra: quibus admonemur eſſe nihil effutiendum: ſed aſſeruanter omnia prudenterq; dicenda. Neq; in

testimoniis mentiri nos oportet:nã sic sumus in deũ impii: neq in defendendo oppugnãdoue aut periuros aut peruicacis:id quod faciunt ii omnes:qui simplicis animæ sceleratissimã sectam fouent. Tu me satis intelligis. Si iusticiã ueritatẽq tueris:nullam mihi facis iniuriã. Sin secus facis: tibi ipsi noces. Vtcunq res habet:compesce linguam:& me lacessere maledictis noli:ne quæ irrita tela obtusaq conieceris:retorqueant in te longe acutiora. Tibi lingua est: ut uidere uideor:ad inuehendũ apta. At Philelfo tuo & lingua est & arundo longe q̃ tibi diuturnior. Itaq sanius tibi cõsulas:si me philosopho uti malis q̃ uel oratore uel satyro: ut consuesti. Vale Mediolani. Ex ædibus nr̃is. viii. idus Apriles. M. cccc. Liiii.

Franciscus Philelfus:Pallanti Stroçæ:salutem.

n On possum non admodum lætari ueterem atq singularem amicitiam nostram omnibus esse cognitam. Quo fit ut nobilibus græcis istis qui meas tibi litteras reddiderunt: nõ modo noluerim: sed ne potuerim quidem negare:quod petiissent. Sunt eñ lachrymabilis pars Constantinopolitani naufragii: qui & se & suos ab impiis Turcis redimere cupientes:coguntur mendicare q̃miserrime. His hic auxilio fui:& apud principem & apud uniuersam ciuitatem. Idẽ pro uirili parte istic agerem: si adessem. Quare tibi homines commendo:ut quoad patitur tua dignitas: iis adsis uel consilio. Nam qui publice in templis præcepta dant populo Christiano:non parum adhortationibus suis istorum inopiæ prodesse poterunt. Ad hæc:docet istic medicinam Matthæus perusin⁹ uir & doctissime erudit⁹& mecũ sũma familiaritate cõiunctus. Habet is duo mea opuscla: quæ ex Hippocrate coho medicoũ principe latina reddidi cũ eẽnt græca:alterũ περι φύσωμ:alterũ περι παθωμ. Hæc ut & meo nomine ab isto repetas:& Petro Thomasio eloquẽtissimo medico ad me des:te etiã atq etiã rogo. Siqñ hi fluct⁹ bellici conquierint

pluribus tecum loquar. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Apriles. M. cccc. Liiij.

Franciscus philelfus: Lodouico casellæ: salutem.

gRæcis istis qb⁹ meas lr̃as ad te dedi: & faui hic apd' oẽs: & apud munificẽtissimũ principem auxilio fui nõ medocri. Nã sui suorũq redimẽdorũ gr̃a: nã seruiũt apd' Turcos: mẽdicãt uiri nobilissimi: miserrima cõditio est: cui⁹ q min⁹ misereat̃: inhũanitatis ẽ accusand⁹. Quid multis? Homines tibi cõmẽdo: teq uæhemẽter rogo: ut tũ apud nostrũ istũ hũanissimũ principẽ: tũ apud uniuersã tuã ciuitatẽ omni studio: omni opa atq ope afflictis homib⁹ assistas. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Apriles. M. cccc. Liiij.

Frãciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: salutẽ.

m E tuæ litteræ adeo delectarũt: ut in te præstãtissimo filio grauissimum clarissimũq uirum Leonardũ patrẽ tuũ cui⁹ mẽoria mirifice recreor: & uidere oculis: & corã audire sim uisus. Nõ em̃ omnis illi⁹ dicẽdi ornat⁹ dũtaxat & grauitas & suauitas in te ẽ: sed singularũ quoq litterarũ figuram ita tua epistola repræsentat: ut si scribẽtis nomẽ deesset: nescirẽ sane abs te ne: an a Leonardo Iustiniano splẽdidissimo illo nostræ ætatis lumine & de me optime merito eæ litteræ ad me issent. Itaq habeo tibi gr̃as: tũ quod redieris cũ studijs nostris in gratiã: tũ quod te una cũ paterna memoria cupienti mihi uæhementerq exoptanti restitueris. Quæ de Turcorũ Mahometiq apparatu bellico significasti: audiui. Sed de re tua Cõstantinopolitana nihil intellexi. Scire em̃ cupiebã an in eo luctuosissimo naufraugio captæ urbis iacturæ ipse quippiã: quod nolim: passus sis. Et orationẽ & librum tertium de exilio tabellarius mihi reddidit: sed eũ minime absolutum: desunt em̃ adhuc duo q̃terniões: quos ut diligẽter inquiras: eosq ad me destes plurimũ rogo. Sũt etiã & apud te cõuiuia nostra Mediolanẽsia: & libri Hippocratis duo quos e græcis latinos reddidi: alter πέρὶ φύσεὼμ, alter πέρὶ πάθὼμ: quæ omnia ut q̃

diligētissime inqras:mittasq; ad me:etiā atq; etiā abs te peto. Habet itē a me eiusmodi Hippocratis libros Matthæus perusin⁹ uir & doct⁹ & disert⁹:q patauij medicinā docet. Illos uelim meo nomine a Matthæo repeti cures:quos itē cū habueris:stude:ut domū repetāt. Nā iā mltos annos peregrinant̄. Vale una cū filijs uniuersaq; familia. Meq; ut facis ama. Ex Mediolano. iiij. idus Maias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus:Matthæo perusino philosopho ac medico:salutē.

p Eto abs te maiorē in modū: ut duos illos meos Hippocratis libros quos e græco in latinum a me traductos iā pluris ānos habes apd̄ te hospites:cū uir patrici⁹ Bernard⁹ Iustinian⁹ Leōardi fili⁹ a te petierit:illi ꝑ me restituas. Vale. Ex Mediola. iiij. id⁹. Maias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Malatestæ nouello:salutem.

ſ I tuus iste familiaris nūci⁹ redijsset ad te celeri⁹: dedissem ei Galbæ atq; Othonis uitas: ita manu mea scriptas:ut ex græca lingua cōuerterā. Sed ubi diutius eū nusq; uideo: ob idq; existimarē redijsse ad te quasi nūciū cōstitutæ pacis: librario eiusmodi meū exēplū tradidi excribēdū: quo ij libelli ornatiore litterarū figura ad te irēt. Hos igit̄ corā ꝑpediē filius Xenophō tibi reddet. Nōdum em̄ excripti erāt omnino. Vale. Ex Mediolano. iij. id⁹ Maias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Nicolao cebæ: salutem.

g Abriel uir religiosus ideq; disert⁹ q mō istinc Mediolanū petijt: fecit me certiorē te (nescio quo mō) ex crure laborare: mirari præterea ꝙ nihil tibi ad ea rn̄derim: quæ de re uxoria ad me scripseras. Vtrūq; sane dolui: & ꝙ tibi crus molestiā attulerit: & ꝙ binæ meæ litteræ tibi redditæ min⁹ fuerūt. Nam harū ego alteras publico mercatorū tabellario: alteras Leōardo scribæ uestri principis ad te dederā. Ne igit̄ eadē sæpius repetā: illarū litterarū exēpla cū his una ad te misi. Tu uale: & crus q̄ diligentissime cura. Ad hæc siqd habes de Turcis: ad me ꝑscribe. Ex Mediolano. iij. idus Maias. M. cccc. Liiij.

Francisc⁹ Philelfus: Ioanni marchioni Montisferrati: sa/lutem plurimā dicit.

s Ii nihil iādiu ad te scripsi:puto iccirco te nō mirari ꝙ noris id mihi facere nō licuisse ob tēpestates procellasqꝫ bellorū. Nā ego te & amo & obseruo:nō solū ꝙ de me sis meritus optime:sed quia dign⁹ es: quē boni uiri ac docti oēs & colāt & uenerent̄. Itaqꝫ siquid in me est quod tibi sit gratū:id iure peculij tuū cense. Ego autē abs te aliud nihil peto:nisi ut me ames:ut soles. Præterea maiorē in modū rogo te:ut meos illos de exilio libros Xenophonti filio ad me des. Vale. Ex Mediolano idibus Maijs. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus:Guilielmo Vrsino Franciæ cancel/lario:salu.plu.dicit.

d Edi ad te anno supiore Ioanni cossæ splendidissimo equiti aurato simul cū binis litteris meis codicem unū meū:quo & ars rhetorica Aristotelis ad Alexādrū regē & duæ oratoris Lysiæ oratiōes:altera funebris:al/tera in Eratosthenen adulterū continebant̄. Hæc enim ego iampridē e græco cōuerterā in latinū. Quæ tibi reddita ne fuerint:an minus reddita:nihil in hanc diē accepi. Itaqꝫ tuū fuerit:& hac de re & de cæteris:quæ scire cupiebā:me facere certiorē. Libros dꝰ exilio quos habere desiderabas:apdꝰ me habeo:misissemqꝫ ad te:si nactus essem:cui eos tuto cō/mittere potuissem. Si quis a uobis Mediolanū uenerit: iu/be:ut me adeat uerbis tuis. Et qdꝰ dꝰ libris iusseris:exequar. Hi qui tibi hasce litteras reddiderūt confractæ sunt contri/tæqꝫ reliquiæ Cōstantinopolitani naufragij:uiri certe nobi/les & præclari. Seruiūt cū uniuersis familijs apud Turcos. Cogunt̄ mendicare & suiipsoꝝ (dederunt em̄ sponsorē de reditu) & suorū redimēdorū gratia. Miserabilis est luctuo/sissimaqꝫ cōditio. Itaqꝫ homines tibi plurimum cōmendo. Teqꝫ rogo:ut eis quibuscūqꝫ in rebus opus fuerit: tū apud pientissimū Regem karolū:tum apud alios principes & fa/uori & auxilio sis:hoc erit & tibi honorificū:& mihi uæhe/menter gratū. Vale. Meqꝫ ut facis:ama. Ex Mediolano. ix.

kalen.Iunias.M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Mario filio:ſalu.

t V ſæpe ad me ſcribis:& nūq̄ reſcribis tamē. Velim qđ antea ſæpenumero ut faceres:iuſſi:meū pugillarem:& quē ſcis rhetora definitionūq; præcepta redire tandē ad me cures.Id cū feceris gerā morē deſiderio tuo.Itaq; facito:idq; q̄primū:ne te uel pṙuicacē:uel negligētem exiſtimē.Puto cū hæ tibi redditæ litteræ fuerint: Xenophōta filiū iſtinc iter ad nos cœpiſſe.Hi qui tibi meas litteras reddiderūt: thraces ſūt ut noſti:uiri quidē & nobiles & amici. Quicquid uel bn̄ficii:uel officii in hos contuleris: iucundiſſimū mihi eſt gratiſſimūq; futurū. Digni ſūt:quos nō ſolū miſeremur:ſed etiā diligamus amemuſq;. De pace & bello qđ ſcire uis:nos certe pacē bello potiorē ducimuſ: præſertim eā:cuiꝰ gr̄a bella ſuſcipi cōſuerūt.Quæ aut ſcribimus:aut ſcripſerimus:ex Xenophonte fratre cognoſcere potuiſti. Vale.Et te nobis aſſidue dignū gere.Ex Mediolano.ix.kal.Iunias. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus:Lombardo Collioni:ſal.

q Væ mihi Salomon Iudæus nomine tuo expoſuit: audiui.Miratus aūt ſum:ꝙ nullas ad me litteras dederis.Fac igit̄ abs teipſo audiā:quæ per internuncium loqueris. Tu me ſatis ſupq; intelligis. Vale. Ex Mediolano.vij.Kal.Iunias.M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus Guilelmo Vrſino Franciæ cancellario:ſalutē dicit plu.

ſ Cio ea te eſſe animi bonitate liberalitateq;: ut quo pluris tibi cōmēdo:eo ſtrenuiore opa atq; ope omnis excipias.Itaq; non dubitaui uiros nobiliſſimos atq; eqtes auratos Manuelē agallū & Manuelē hiagupē q etiā ipſi Cōſtātinopolitani naufragii miſerabil' ærūnas apđ impios Turcos patiunt̄ cōmēdatos facere hūanitati tuæ. Teq; ſummope rogare orareq;:ut q̄tū fides tua dignitaſq; patit̄:ita hos iuues apđ munificētiſſimū regē Karolū:ut intelligant & te ſibi plurimū pfuiſſe:& meas apud te litteras magnum pondus habuiſſe.Libri de exilio parati ſūt:quos

mittam ad te cum quis idoneus mihi oblatus fuerit: quem certo uenturum ad te cognoro. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Iunias. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni Mario filio: sal.

u Terq; Manuel & Agall⁹ & Hiagupes cũ mihi ẽ charissim⁹: tũ plane dign⁹ & opa & ope nr̃a. Itaq; operã dabis: ut hi intelligãt animũ & beniuolentiã nr̃am. Reliq̃ tu ex eisdẽ cognosces. Si nõdũ istinc abierit Xenophon: ei dicito meis uerbis: ut diligẽtissime oderet: siq apđ istos librarios taurinatis sũt græci codices: qui uæneãt. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal'. Iunias. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: salu.

q Vod ꝓximis litteris tibi scripserã: reddit⁹ mihi est una cũ illa oratiõe terti⁹ liber de exilio: sed is neq̃q̃ absolutus. Desunt eñ duo saltẽ quaterniones. Itaq; te rogo: ut eos diligẽter quæras atq; ad me des huic isti tabellario simulq; & Mediolanẽsia conuiuia: & duos Hippocratis libros: ut scripsi ad te ante. Præterea siquid noui de Turcis habes: fac me certiorem. Vale. Ex Mediolano. iiij. kal'. Iunias. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Ciccho Calabro: salutem.

q Vi sit me⁹ erga te anim⁹: nemo q̃ tu meli⁹ nouit. Nã ego te tãti facio: quãti post principẽ nostrũ aliũ nemine. Nec esse quenq̃ arbitror: q mihi gratitudine animi queat anteponi. Reliquũ ẽ: qñ es unus: q & me amas egregie: & a me omniũ maxime obseruaris: id efficias: quo cæteri oẽs intelligãt beniuolẽtiã nostrã & mutuã eẽ & summã. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Iunias. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Ciccho Calabro: salutem.

n On me latet: q̃ abs te non solum diligor: sed etiam amor. Nec cupio plus te uelle mea causa q̃ possis. Id te rogo dũtaxat: ut qđ habes scriptũ: id principi hodie modo liceat: legas. Nam diutius tẽpus terere iã nulli usui esse mihi potest. Itaq; institui omnino prospicere reb⁹ meis. Tibi uero amico benefico & optimo me tantũ debere profiteor: quantum alteri nemini. Vale. Mediolani ex

ædibus noſtris.vj.idus Iunias.M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus:Bartholomæo buſanio:ſal.

f Acit graue optatumq́ teſtimoniũ amiciſſimi Andreæ alamanni:quo ipſe & ſtudiorũ ſocio & cõtubernali & ſodali uteris:ut te mei amantiſſimũ eſſe putem. Nec eſſe certe ſecus ullo pacto quæat.Nam ſi natura datũ eſt:ut nemo fruſtra amet egregie:fitq́ ut morũ ſimilitudo beniuolentiam concitet atq́ ſtatuat: & amas tu quidẽ me cui ob ingenuos mores tuos & bonarũ artium ſtudium es chariſſimus:& omni charitatis uinculo proſequeris ob nõ diſſimile uitæ inſtitutum. Atq́ ut intelligas:quæ mihi de noſtra mutua neceſſitudine ſit opinio:accipe q̃ familiarit᷑ tua opera uti uelim. Sum iam natus annum ſextum prope & quinquageſimũ: Cuius ætatis conſideratione admoneor: ut quantũ ipſe præſtare poſſim:poſteritati conſulam. Alij monumẽtis præclariſq́ operibus manufactis rem eam adoriũtur:Pauci in quorum me numero eſſe lætor:monimẽtis litterarum & expreſſiore quadã atq́ diuturniore ſignificatione ingenij idem pergũt efficere. Scimus alium eſſe corporis:alium animi laborem.Quanto anim⁹ præſtat corpori:tanto animi induſtria potior eſt labore corporali. Itaq́ operam dandam exiſtimo:ne ingenij ſtudium munere manus impediatur.Meum ſit excogitare aliqd quod apd᷑ uiros bonos nõ improbetur:Librarij uero uel inuenta acutius uel dictata ſubtilius arundinis officio cæteris patefacere.Et ut dilucidius tecum loquar atq́ familiarius: mihi domi opus eſt aliquo adoleſcente librario:non omnino rudi imperitoq́ litterarum: hunc ego tractabo non humaniter ſolum:ſed etiam liberaliter.Delector autem ijs litterarum notis:quæ ad atticas q̃ proxime accedant.Nam quib⁹ opifices tabernarijq́ utuntur ac reliquum uulgus indoctũ: eæ nullum ſint apud me pondus habituræ. Vale:cum meo ſimul diſertiſſimo amiciſſimoq́ Andrea. Poggium ſaluere plurimum opto.Ex Mediolano.xv.kalen. Iulias.M.cccc. Liiij.

Franciſcus Philelfus:Bartholomæo theologo inquiſitori hæreticæ prauitatis:ſal.

c Ogit me Ioannes cognomēto quietus uel irrequietus potius: qui pro te Mediolani inquisitionis magistratū gerit: ut de se apud amplitudinē tuā liberius sim uerba facturus: q̄ uellem. Quid sit in causa: & quid abs te uł æquitatis uel beneficij loco petam: paucis accipe. Iosephus quidam homo natus annos quinq; & nonaginta aut etiam amplius nō uersutus: nō callidus: sed hebeti quodam tardoq; ingenio eodemq; & simplici & aperto: est ab ipso Ioanne nudiusundecimus in iudicium arcessitus. Ille uir continuo ad me it: Rem exponit dicitq; perconctanti mihi omnia diligenter se sibi per omnem uitam nullius eē facinoris consciū. Hortor hominē: ne quid metuat: Quin eat in ius q̄primū auditurus cuius rei causa arcessatur. Respondet se non culpam metuere cui nulli sit obnoxius: sed illius Ioannis famam qui & auarissimus esse palā diuulget: & ambitiosus omnium maxime. Tūc ego re intellecta hominem mecum adduco: eo consilio: ut non Ioannem ea famæ nota laborantem: sed te adirem: cuius est doctrina maxima uirtusq; clarissima. Vix primum ecclesiæ uestræ claustrum ingredior: ecce nescio quo infœlici auspicio offert̄ mihi Ioannes ille: quem minime omnium uolueră. Cœpimus familiaris primum cōferre sermones. Totus mihi mitis: totus modestus: totus humanus uisus est. Quid em̄ deprauatum corruptumq; ingenium non simulet: nō dissimulet? Itaq; deinde paulatim quāobrem Iosephū in iudicium uocasset: quærere sum aggressus. Respōdet homo ueterator nihil esse mali in causa: Sed quoniā delatum in iudiciū fuerit consuesse Iosephum in medendo (Est em̄ rusticorū atq; inopum medicus) uti carminibus quibusdā: iccirco uisum esse admonēdum: ne posthac ea uia uteretur: quippe quæ prohibita sit decretis eccłiasticis: dixitq; Iosepho corā accersito: & de re ipsa diligenter interrogato (distabat em̄ illinc a colloquentibus nobis paululum) ut ad octiduum rediret ad se. Itaq; deceptus ego & simulato dololi hominis uultu: & quia res leuior uisa est: destiti te adire: quē maxime conuenerat. Idq; propterea factum est: quoniam idem Ioannes diceret hominis erratum ueniale esse:

non mortale:ut uocat eccl'ia. Quid multis? Nudiuſtertius Ioſephus rediјt ad Ioannẽ:qui q̃m ipſe aderã:cui uerba dare ſe poſſe diffideret:dixit læta admodũ hilariq; facie:in diem craſtinũ ito ad me:& omni labore liberabere. Heri tertium Ioſephus ad eũdum Iohannem ꝓficiſcitur ſolus: quẽ is continuo in carcerem coniecit. Quod ubi mihi renunciatum ẽ:eodem ſtatim proficiſcor:cauſam carceris quæro: Præter nugas & ſimul cum nugis lœtiferum quoddam uirus aliud ex mendaciſſimo Ioannis ore nihil accipio. Dicit eñ uelle ſe audire alia ex homine: quem in poſterum diẽ mihi omnino reſtitueret. Mane proficiſcor ad nebulonẽ Ioannem hunc egregie quidẽ appotum: quantum ex eius olenti ore potui coniectare. Inuenio Ioſephum coniectum heſterno ueſperi ĩ ferreas pedicas ob eam ſcilicet cauſam: ꝙ interrogatus an aliquando dixerit homini ſagitta uulnerato ſe tribus uerbis ſagittam ſine ullo alio inſtrumẽto ferreo e uulnere eruturum. O ſcelus infandum atq; inauditũ: Num hominem occidit Ioſephus: qui uel fiducia quadam ſua fidei chriſtianæ errauit. Nam dum cuipiam medetur: imprudẽs quibus aliјs carminibus uſus eſt: q̃ ſacræ ſcripturæ piјs orationibus? Vel etiam fortaſſis:ut ſibi leui mẽdacio fidem pararet: aut queſtus gratia quẽ plurimũ anhelare dicitur Ioannes irrequietus: aut etiam ſtulticia: cui plurimũ eſſe obnoxiũ Ioannẽ irrequietũ hoĩem indoctũ: leuẽ: ruſticanum: futilem: mendacẽ uno oẽs eodẽq; ſermõe meq; fatent̃. Cauſam oẽm intelligis pater integerrime: quã ſi tecũ uolueris accurratius aio uolutare: nõ tam miraberis dictionis meæ indignationiſq; uæhementiã: q̃ inconſtantiã ꝑditiſſimi homĩs Ioãnis irrequieti malignitatẽq;: accuſabis. Ego aũt e duobꝰ alterũ abs te peto: ut aut Ioſephus tuarũ litterarũ edicto q̃primũ liberet̃: admonitꝰ tñ: ne qd qđ a tua amplitudine ĩprobet̃: poſthac exerceat: aut ſiqd fuerit inquirendũ: nõ huic mõſtruoſiſſimo ꝓdigio Ioanni ſed alicui uiro & religioſo & docto & ſapienti: eidẽq; & iuſto & innocẽti ea omnis cognitio deleget̃. Vale pater clariſſime: tibiq; pſuade tuũ beneficiũ apud me nunq̃ intermoriturum. Ex Mediolano. iij. nonas Iulias. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao Arcimboldo iureconſulto: ſal.

d Iebus ſuperiorib⁹ Orpheus tuo mihi nomine ſal. dixit: ſubdiditq́ tibi Coſmum medicē perhumaniter reſpondiſſe: ſeq́ paratū eſſe ad omnia: quæ mihi grata fore intelligeret. Itaq́ abs te peto: ut de re mihi apertius loquaris. Nam non ego petebam omnia quibus etiam res omis pecuniaria poteſt contineri: ſed unum dumtaxat: & id quidem tale: ut negari iure non poſſit. Vt quando nulla mea culpa ſim proſcriptis Florētiæ aſcriptus: ea ꝓſcriptio Coſmi opera tollatur. Quare mihi facies rem gratiſſimā: ſi apertius mihi declararis illius uiri hac de re ſentētiam. Petrum Coſmi filium audio iſtic eē publice legatum ad Venetos. Siquid defuerit: facile ex iſto conſequeris iuteriorem omnem patris ſentētiam. Nam uir quidam amic⁹ mihi nuper renunciauit dicere Coſmū id negocij propterea uideri ſibi difficile futurū: quoniam uniuerſa pene nobilitas proſcripta eſſet. Quare qua uia meæ proſcriptioni conſultum eſſet: fore: ut eas cæteris etiā pateret. At prouerbium eſt græcorum: Anſas figulum ollis pro uoluntate apponere. Si hanc rem Coſmus pro reconciliata gratia ſuſceperit: facile ſit conſecuturus quod petimus. Nō enim eadem mea eſt quæ ciuium proſcriptorum cauſa. Nam meum nullum eſt erratū in rempub. Florentinam: ſed merita fortaſſe nonnulla: quippe qui uniuerſam iuuentutē & doctrina inſtituebam & moribus: atq́ uniuerſo etiam proderam populo: non mihi ciuilis factio: a qua ſemper abhorrui obfuit: ſed malignitas & inſidiæ inuidorū. Id quod ſi quis in ſenatu & apud populum apte uerocq́ expoſuerit: omnia mihi ex ſententia ſint ceſſura. Hanc autem rem cum & Coſmus & boni omnes curare debent: tum Petrus iſte imprimis: qui quācunq́ habet litteraturā atq́ eloquentiā: habet autem elegantem: eam omnem didicit a Philelfo. At diſcipuli præceptoribus quid non debeant: quibus parētum loco ducendi ſunt? Vale. Ex Mediolano. xj. kalē. Auguſtas M. cccc. Liiij.

Franciſcus Philelfus: Bartholomæo bucinio: ſal.

174

Vm iam litteras tuas quod te ſcribendo non loquẽ
c do τῆς πυθαγορείου ἐχεμυθίης ἐχέμυθη ἐράμ
exiſtimaſſem: minꝰ expectarẽ: eæ mihi tandẽ red/
ditæ ſunt & diſertæ quidẽ & periucũdæ pridie kal'. Augu.
Non enim non potui tuo ingenio delectari litterarũq; pe/
ritia. Quod autẽ me laudas plurimũ: affers non dubium ar
gumentum præcipui amoris erga me tui. Itaq; habeo tibi
gratias: ꝙ æque me ames atq; amaris a me. Reliquũ eſt: ut
q̃ſ sæpiſſime ad me ſcribas: quo te magis magiſq; indies hu
iuſmodi mutuo litterarũ ſermone & uti & frui queã. De li/
brario uero: qd' antea abs te petij: ut matures: te etiam atq;
etiam rogo. Vale. καὶ τὸν ἡμέτερον ἀμλέαμ ἀσπάσαι.
Ex Mediolano pridie kal'. M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus: Andreæ alamanno: ſal'.

b Artholomæo collenſi iuriſperito humaniſſimoq;
uiro nõ poſſum ingentis gratias nõ habere: qui ut
aliquid tandẽ ad me ſcriberes: effecit. Nam litteris a me ſæ
pius ſuperiore tempore inuitatus ita ſiles: ut mihi quoq; q
natura ſim fortaſſe λαλώτερος ſilendi libidinem iniece/
ris. Ita uix ſcio utri magis: tibi ne an ipſi Bartholomæo ob/
ſtrictus ſim: cuius cauſa factum uideo: ut qui neſcio quo in/
ſtituto obmutueras: os tandem breui hac epiſtola aperue/
ris. Verum ignoſco tibi: ſi laconice ſcribis: cum iam ampliſ
ſimum geſſeris magiſtratum in florentiſſima tua grauiſſi/
maq; republi. ἡ γὰρ βραχυλογία τῶν ἀρχόντων εἶναι
δοκεῖ. Bartholomæus autem & ſi per ſeſe mihi ſua uirtute
atq; doctrina futurꝰ erat chariſſimus: hũc tñ chariorẽ facit
tua ſuauiſſima epl'a. Sed qm̃ te om̃i ex parte & caſtigatũ ĩ
dicendo ſcribẽdoq; & ꝑpolitũ cupio: nolim poſthac cũ uel
de patria: ul' de familia mẽtionẽ feceris: aut Bartholomæũ
de colle ſcribas: aut Andreã de Alamãnis. Quando em̃ le/
giſti uſq; uel Annibalem de Carthagine: uel Publium de
cornelijs? Indoctorũ hoĩm aut arrogantiũ iſte mos eſt: q ul'
uim iſtiuſmodi præpoſitionis. de. ut latinitatis grãmaticæ
q; ignari minus tenent: uel ſibi licere uolunt: quod ab om/
ni uetuſtatis uſu eſt alienum. At tu & doctus es & modeſtꝰ
imprimis. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Auguſtas.

M.cccc.Liiij.

Franciſcus Philelfus: Donato actiolo:ſal.

l Aetor equidē & gaudeo plurimū tibi oblatā fuiſſe occaſionē ad me ſcribendi. Nā litteras ego tuas iccirco iāpridē deſiderabā: q te doctum eſſe diſertūq audieram. Nec me ſane mea de te fefellit opinio: Nam talem te mihi tua hæc una repræſentauit epiſtola: qualē eſſe exiſtimabam: hoc eſt & benignū totum & fœcundo quodam liberaliq ingenio. Itaq non poſſum nō habere gratias tuo huic & iam item meo Bartholomæo collenſi præſtāti iuriſperito uiroq perdocto & phumano: quē in cauſa fuiſſe intelligo: ut mecū tandē aliquid loquereris. Commendatio autē tua quantum ſit apud me pondus habitura: re ipſa cognoſces indies. Nam nihil eſt quod malim: q̄ & tibi & omībus actiolis propter Angelū meum ſplendidiſſimū equitē auratum omī opera diligentiaq mea gratificari. Vale. Ex Mediolano pridie nonas Auguſtas. M.cccc.Liiij.

Frācīſc⁹ Philelfus: Nicodemo tranchedino:ſal.

a Ccuſarem ego te pfecto uel obliuionis ul' negligētiæ: niſi tuus mihi amor iāpridem pſpectus eſſet. Quo fit: ut iſtiuſmodi omnē de re mea cunctationē dem occupationibus tuis: quibus quoniam iam magna ex parte ſolutus es: te rogo: ut quod mihi coram libenterq recepiſti: non inuitus efficias. Vale. Ex mediolano idibus Auguſtis. M.cccc. Liiij.

Franciſcus Philelfus: Chriſtofero marliano:ſal.

u Ideor licere mihi tanq pro meo quodā peculiari iure uti & opera & officio tuo ī omī re mea. Quid enim diſcipuli non debeant præceptoribus: præſertim ijs quibus ſe norint eſſe chariſſimos? Quod te non latet: illuſtris princeps Alexander Sphortia: uir plane omī uirtute maxim⁹: mihi dono dedit anno ſuperiore pannū roſei coloris: quo pro dignitate ſua muſarūq induerer. Is in hanc mihi diē ſeruat⁹ eſt integer. Nam ante non fuit uſui. Nunc formatᷣ in ueſtimentū: quod ſi minus pellitū fuerit: uideatᷣ ineptius. Pelliri autē ab alio q ab Alexandro: cuius eſt donū: haud q̄q decere arbitrer. Itaq iſti dicito meis uerbis:

ut suæ munificentiæ & non ingrate musarũ uolũtati ꝑ tempore anni consulat. Vale. Et respõde. Ex Mediolano. xvj. kal. Septembres. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: sal.

n Ec tu mihi tuos cogitatus ꝓximis litteris declarasti: nec ego ex me illos potui coniectare. Sed qm̃ a familiari quodam nunc reciui uirum illum: quo de antea ad me scripseras: debere tibi pecuniam: te iterũ aliter admonendum putaui eum esse soluendo non difficile: quantum tibi debuerit. Habet enim bona quæ stabilia uocãtur: permulta. Viuitq; & uictitat lautissime. Itaq; tibi nõ esse lõgius differendum censeo. Veni Mediolanum: Nam om̃ia tibi secunda futura sunt: cum ob alias plærasq; rationes: tũ quia humanissimus hic princeps noster & uidebit te libentissime: & tuum ius omne suum ius esse existimabit. Præterea quod tibi ante significaui: si minus abundas equis: hi mihi sex sunt: quos tibi quoq; uolo esse communis. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Septembres. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Bartholomæo
Bucinio: salutem.

q Vod te mihi totũ ostendis: & amice facis & recte. Nam cũ in uiro bono: tum uel imprimis in amicitia nec simulatũ quicq̃ nec dissimulatũ eẽ oportet. Itaq; uidemus ab Aristotele dari Socrati uitio: qui cũ esset suæ tẽpestatis omniũ apud Athenieẽses doctissimus: & inter alienos diceret & apud suos: se unũ id scire ꝙ nihil sciret: aliud uero nihil. Decet ꝑfecto quenq̃ ut mea fert opinio: se talẽ om̃ibus illustrare: qualis sit. Vt fucata & cõficta mulier grata esse nõ potest: ita etiã illa quæ coloris bonitatẽ uenustatemq; occultat: in uitio esse cõsueuit. Quod si om̃i in re cõsiderandũ est: eo magis in amicitia: quæ esse certe nullo pacto queat: nisi om̃i ex ꝑte pateat: ꝑspicuaq; sit. Egisti igitur ꝓ officio: ꝙ te ꝓximis litteris nõ solũ in cute: ut aiunt: sed intus quoq; ita mihi te cognitũ reddideris: ut ea quæ oculis cernuntur. Delectat me sane ingenium tuum: delectat oratio: placet eruditio: piucũda est hũanitas. Quod me uero ita laudas: ita obseruas: id exuberantẽ quãdã dilectiõis

erga me tui amorisq abundantiã p ræ se fert. Et q̄q̄ nõ ista mihi est de me opinio: quã tibi esse animaduerto: nõ tamẽ moleste tuli ita abs te sentiri: quo sis in me amando alacrior. Ego aũt illud tibi unũ polliceor: oĩa me tua causa præstiturũ: quæ tibi uel cõmodo uel iucunditati fore cognoro. Non eñ potes mihi nõ esse charissim⁹: qui & doctus sis & disertus & bonus meiq amantissimus. Vale. Ex Mediolano Kal'. Septẽbribus. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Donato actiolo: sal'.

q Vod serius ad te scripserim: nõ mediocria quædã negocia mea eaq minime negligẽda fuerũt in causa. Itaq huic oĩ meæ cunctationi respondendi tuis litteris: ut ignoscas: uelim. Haud eñ debet te latere me unũ eẽ q neq amore: neq diligentia: neq ullo sane officio cedere amicis consueuerim. Nam quid me tecum facere oportet uel Actiolo uel Donato: hoc est & amicissimo & disertissimo adolescente? Tanta eñ Actiolos oĩs ul' propter unũ Angelum splendidissimum equitẽ auratum & uirũ humanissimũ atq optime de me meritũ & beniuolẽtia ꝓsequor & pietate: ut sine ulla etiã ingenij præstantia: sine ulla doctrina tua nõ possis tu mihi nõ esse charissimus. Cum uero eo te disciplinæ fœlicitateq dicẽdi uideo ꝓcessisse: ut non modo æqualium tuorum nemini cedas: sed cũ maioribus natu non iniuria cõparari queas: si te min⁹ oĩ officio amo req cõplectar: ingratus sim. Me tuæ litteræ adeo delectarunt: ut nihil mihi neq iucundius potuerit cõtingere nec optatius. Erãt enim cum ornatissimæ: tum plane testes beniuolentissimi animi erga me tui. Ego autẽ quid aliud tibi referam: habeo nihil præter id unum: ut tibi pollicear affirmemq bona fide te unum eẽ foreq indies magis etiã atq etiam: cui sim neminẽ in oĩ uel amici uel æqui & boni uiri officio prælaturus. Vale. Ex Mediolano Kalen. Octobribus. M.cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus: Ioanni arretino: sal'.

q Vam me uæhementer amas: amas eñ egregie: tã &si intelligebã uel ex amore summo erga te meo: tamẽ id Xenophon filius non secus mihi cognitum fecit:

q̃ ea quæ oculis cernimus. Lætor aũt maiore in modum ꝙ ut erꝙ nostrum sentiat se nõ falli optatis suis. Et tibi habeo in gẽtis gratias: ꝙ me pro singulari tua humanitate atꝙ animi magnitudine non solum obserues: sed omĩ uel officii uł pietatis opera prosequaris. Quare siquid in me est qđ tibi aut usui sit futurum aut uoluptati: id æque in tua potestate positũ esse uolo: atꝙ ea omĩa: quæ iure peculii duci solent: πέρὶ δὲ τῶν ἀλλῶν πρὸσ ἡμᾶσ σύντεινον τῶν δία λεξεταίσοι κατα κριβειαν ο ομοσ ξένοφον σὐδὲ ποιησεισ κατα το σοι ειωθοσ ἠ γοῦν φιλιοσ τε και πιςῶσ εὐτυχει φιλτάτη μοι κεφαλή. Vale. Ex Mediolano nonis Nouembribus. M.cccc.Liiii.

Francisc⁹ Philelfus: Petro Nucetano: sał.

m E indies magis atꝙ magis tibi obstringis plurimis tuis ac maximis beneficiis. Itaꝙ tãtũ me tibi debere fateor: quantũ ab me dissolui posse desperem. Quod autẽ uoluntate possum: id certe ita libenter facio: ut uix aliud qcꝙ magis. Quare cũ animaduerterim te mea litteraria & ingenii monimenta delectare cõsuesse: duos codices ad te dedi: quos a filio Xenophonte corã accipies: ab eodemꝙ intelliges: quibus in rebus tuo officio uti uelim. Tu siquid est: quod mea opera tibi præstari possit: id totũ in tua esse potestate positum existimato. Vale. Ex Mediolano nonis Nouembribus. M.cccc.Liiii.

Franciscus Philelfus: Alphonso regi: sał.

q Vo de te magis magisꝙ indies mecũ ipse cogito: eo maiore in te amore obseruantiaꝙ accẽdor. Nã & ingenio es diuino & morib⁹ supra hominẽ. Nihil est in te fucatum: nihil subdolum: nihil non magnificum: non excelsum: non admirandum. Et loqueris omnia sapienter & agis non grauiter minus q̃ regie. Quare tũ oratio tua omnis: tum actio quæꝙ regalis est. Quo fit: ut omĩa tibi secũda sint & fausta. Nam deus ipse qui & curat omnia & diiudicat: comitatur te semper: atꝙ pernoctat tecum: tuisꝙ integerrimis cogitatis salutiferisꝙ operibus delectat⁹: te deinceps quotidie lætioribus reb⁹ fœlicioribusꝙ amplificat: eumꝙ ostendit humano generi: quem boni & docti omẽs

perinde atq; expressum aliquod ac solidũ totius bonitatis atq; laudis simulacrũ & contẽplentur & uenerent. Quæ q/dem ipsa aliaq; permulta dum in te animaduertẽs: non ob/scure mihi persuadent eum te mihi censendũ esse: in quo uigiliæ meæ omnes: studia oĩa: labores omnes: non tuto so/lum: sed etiam secure ac iucundissime cõquiescãt. Hoc au tẽ meũ institutũ &si putabã tibi nequaq; eẽ dubium: tamẽ non alienum ab officio meo sum arbitratus: ut Xenophõ/ta filium cum his munusculis ad te mitterẽ: quibus (qm̃ in/genij sunt non fortunæ) nõ mediocriter delectari es solit9. Reliqua uero ex Xenophonte ipso cognosces. Nam quic quid dicet: a meipõ dicet. Vale. Ex Mediolano Nonis no uembribus. M.cccc. Liiij.

Frãcis. Philelfus: Nicolao quinto summo põtifici: sal.

q Vid in causa fuerit: q serius ad tuã beatitudinẽ ul scripserim: uel miserim: e filio Xenophonte corã accipies. Simulq; cognosces: & quæ mea mens sit: & quid consilij cœperim. Tuæ autem mãsuetudinis benignitatisq; fuerit id præstare: quod a me fidentius fortasse q̃ par sit: ue rum beniuolentissimo in te animo pientissimoq; petitur. Vale pater beatissime. Ex Mediolano Nonis Nouembri/bus. M.cccc. Liiij.

Frãciscus Philelfus: Dominico cardinali firmano: sal.

e O maiore cũ fiducia tuis beneficijs usur9 aduenio: quo te iã pluris annos beneficentissimo usus sum. Nam uel a Bononiensi usq; legatiõe tantã mihi be/niuolentiam ostendisti: ut nihil esse arbitrer nec magnum nec paruũ: quod mea causa facturus nõ sis: præsertim cum eum me esse cognoris: apud quem nullum sit intermoritu rum officium. Nam quam referre parem gratiam: nequeã: eam habere q̃maximam & uelim & soleam. Quid autem abs te cupiam: Xenophon filius tibi coram tempestiue de clarabit. Vale: pater clæmentissime. Ex Mediolano Nonis Nouembribus. M.cccc. Liiij.

Frãciscus Philelfus: Malatestæ nouello: sal.

s Cio te miratũ: q Galbæ Othonisq; uitæ quas e Plu tarcho traduxerã ad latinos: seri9 ad te ierint. Cui9

rei causam &si antea ad te scripserã: eã tñ ex hoc filio Xenophõte melius cognosces. Habes etiam cũ his uitis laconica Plutarchi apophthegmata: quæ nostri tũ dicta uocãtũ dicteria. Ea tu excribi facies a tuo librario. Nã ut hic excriberenť in præsentia: facultas non fuit. Non diu post ad te dabo historiã Cyri iunioris: quã Xenophon Socraticus libris quinq; cõplexus ẽ. Quæ reliqua abs te uelim: idẽ Xenophon corã oñdet. Aliud nihil ẽ: nisi ut tibi nolim obscurũ esse Petrũ perleonem: uirũ doctrina & eloquẽtia singulari esse mihi ob fœcundissimũ ingeniũ suum: prestantẽq; modestiã charissimum. Itaq; rogo te: ut ad illum amorẽ quo tua esse in eum debes sponte incitatus: tantũ accessionis fiat mea causa: ut intelligat & me tibi & se mihi eẽ charissimum. Vale. Ex Mediolano Nonis Nouembribus.

Franciscus Philelfus: Matthæo Ioanni: salť.

c Vm mitterem Xenephonta filiũ ad Alphonsum regẽ: tu mihi unus uel imprimis occurrebas: cuius mihi recordatio iucũdissima sit. Nõ eñ obliuisci possum: q̃ mihi singularem beniuolẽtiam præstitisti: cum anno superiore in regijs castris tua & opera & officio usus sum. Itaq; nisi te uæhemẽter diligã: ingratus sim: qui haberi gratissimus nõ cupio solũ: sed etiã studeo. Vellem admodũ libẽter: aliqua mihi offerretur occasio tibi gratiæ referẽdæ: quã tamẽ ita habeo: ut maior haberi cuiq̃ haud queat. Quare tuum sit & me & meis rebus omnibus nõ secus uti q̃ tuis. Quod si feceris: magna me afficies uoluptate. Nã ego tua uti opera & studio nunq̃ desistam. Cætera tu e Xenophõte coram accipies. Vale. Ex Mediolano Nonis Nouẽbribus. M.cccc.Liiij.

Frãciscus Philelfus: Dominico cardinali firmano: salť.

p Vtaui citius meas litteras ad te peruẽturas q̃ Xenophonta filium. Quare cũ cuperẽ eum rursus qd se agere oporteret: meis litteris cõmouendũ: has iccirco ad te misi: quo illi & tuto redderẽtur & diligẽter. Id autem factum iri tanto studio abs te peto: ut maiore aliud hoc tempore nihil possim. Nã cũ is p flaminios picentesq; iter faciat: seri⁹ ad te perueniat. Vale pater humanissime.

Ex Mediolano.viij.idus Nouembres.M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

c Vm putarē ꝓpter itineris difficultatē fore: ut te p flaminios & picētes iter facientē litteræ meæ per Tusciam aduolantes: Romæ anteuerterent: uisus es mihi cōmonendus: ut si quos græcos codices offenderis: quib⁹ ipsi careamus: sintq́ꝫ digni quos habeam⁹: ne omittes: modo honesto nobis precio possis cōparare. Tu nostrꝝ eruditissimū & amicissimū Gaçen adhibe in cōsilium. Præterea caue tibi a torrentibus. Vides quanta sit uis hyemis. Malo serius ad nos redeas: modo tutius. Quæ habes in cōmentariis: etiā atq́ꝫ etiam lege idq́ꝫ quotidie. Vale. Ex Mediolano. viij. idus Nouembres. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Petro nucetano apostolico secretario: salutem.

e Tsi Xenophonti filio hinc abeunti mādaui oīa diligēter: quæ ab eo fieri uellē: tn̄ nō esse ab re duxi: ut iterū litteris admonerer. Itaq́ꝫ rogo te: cūprimū istuc puenerit: eūq́ꝫ uideris: nā cōtinuo te adibit: litteras hisce inclusas: eidem reddendas cures. Reliqua tu corā ex eo accipies. Vale: & me sanctissimo domino nostro cōmēda. Ex Mediolano. iij. idus Nouēbres. M.cccc.Liiij.

Francisc⁹ Philelfus: Iacobo Luparo: sal'.

f Acit mutua nostra summaq́ꝫ amicitia: ut nihil mihi iucundius sit q̄ꝫ tibi omībus in rebus gratificari. Itaq́ꝫ ex libris meis: qui per id tēporis apud me erāt: dedi claro eq̄ti aurato Thomæ Thebaldo tuo ac itē meo codices duos: quo ex iis possis parrhisio nostro pro tuo arbitratu morem gerere. Tu uelim cures: ut q̄ꝫprimum excribātur: eosq́ꝫ facias uel inuitos reuocare ad dominū. Nam diu atq́ꝫ multum peregrinati sunt: ac rursus in Galliā transalpinā cōtinuo cū redierint: pegre ꝓfecturi. Tu uale cū tuis omīb⁹ quos æque meos atq́ꝫ tuos duco. Ex Mediolano. viij. idus Decembres. M.cccc.Liiij.

Franciscus Philelfus: Blasio axeretensi: sal'.

n Escio sane: uter nostrū magis sit accusand⁹: ego ne q iādiu nihil ad te litterarū dederim: an tu q ne nr̄i

quidem memineris:Nam ego de te tuaq; salute quæsiui sæpenumero uel ex tuis:id quod tibi nunciatũ esse non sum nescius. At nemo istinc uenit: ex quo potuerim intelligere: an de me unquã nostraq; amicitia mentionem feceris. Verum iccirco ignosco tibi:q acceperim te totũ esse amori deditum:quem ne cæcum esse patiaris:te plurimum rogo. Sed utcunq; res habet:posteaq ipse glaciem fregi: ut aiuut:tui officij fuerit:ut itineri te accingas: & mutuis litteris una simus:unaq; assidue colloquamur:mutuisq; int nos officijs contendamus quibus æque uincere atq; uinci perpulchrum est. Vale. Ex Mediolano kalen. Ianuarijs. M.cccc.Lv.

Frãcisc⁹ Philelfus: Nicolao Didoni medico:sal.

a Ccepi a nõnullis tibi ee illud Alberthi magni op⁹: quod de angelis inscribitur. Id quoniam laudari uideo a uiris doctis & sapientibus:uidere plurimum cupio. Nec sum ueritus abs te petere:ut huic meo desiderio ipse opituleris uel uænu uel commodato. Nam siqua tibi in re opus esset officio meo:nihil a me frustra peteres. Propediem Xenophon filius Neapoli ad nos rediens istac iter facturus est:cui uelim uel istiusmodi codicẽ ad me des: uel litteras quib⁹ intelligam quid facto sit opus. Vale. Ex Mediolano. iij. idus Februarias. M.cccc. Lv.

Franciscus Philelfus: Aenico daualo:sal.

s It ne adhuc Neapoli Xenophon filius:an min⁹ sit: nihil habeo certi. Illud mihi plane certius omni re certissima me tibi esse charissimũ:& ne id quidem iniuria. Nõ eñ est nescius quantus est erga te amor meus: quæ fides: quæ obseruantia. Itaq; mea oĩa tibi maximæ curæ esse certo scio. Quod si forte acciderit:ut nõdum Xenophõ Neapoli abierit ob occupationes uel tuas uel regias: cura obsecro:ne diuti⁹ tempus terat. Vereor enim fore: ut iter minus sit tutum habiturus: si longiorem moram apud uos gerit. Nam comes Iacobus perusinus propediẽ in flaminiam picenũq; profecturus cum exercitu perhibetur. Præterea quid ego facturus sim:nescio:nisi rem omnem meã ex filio ante cognoro. Reliqua tu pro tua prudentia nõ diffi-

cile cõsiderare queas. Vale. Ex Mediolano. vij. kal. Martias. M.cccc.Lv.

Frãciscus Philelfus: Guidoni Iacobo Madio: sal.

f I uel meã in Nicolaũ picininũ clarissimũ illũ imperatorẽ & maximũ fidẽ atq; obseruantiã: uel eius in me singularẽ beniuolentiã meminisse uolueris nõ miraberis: ꝙ tãtum mihi fiduciæ in illius; isto optimo filio imperatoreq; fœlicissimo Iacobo picinino collocarim: ut nihil sperẽ frustra me petiturũ. Quid aũt uelim: ex meis ad istũ litteris: pspicue cognosces. Fuerit igit uel officij ul humanitatis tuæ: ut quæ a me scribunt: ꝓ uetere illa necessitudine & ꝗprimũ & ꝗdiligentissime cures. Quod si feceris: sicuti certe cumulatissime facies: perpetuo me tibi bñficio deuinxeris. Vale. Ex Mediolano. iij. kl. Martias. M.cccc. lv.

Franciscus Philelfus: Nicomedo tranchedino: sal.

p Osteaq; hinc abieras: mihi redditæ sũt lræ a Xenophonte filio. Itaq; mihi usui est: ut ijs mentẽ meã q̃primũ sentiat. Nã si secus fiat: diuturniorẽ moram: cũ Neapolitanis uidet esse factur⁹. Itaq; mihi facies rem pgratã: si operã dederis: ut meas hasce lras ꝓpediẽ filius accipiat. Vtere diligentia & fide: q̃ soles in Philelfum tuum. Præterea quæ Florentiæ abs te curatũ iri uolebam: ut pficias: rogo. Vale. Ex Mediolano ṗdie kl. Martias. M.cccc. lv.

Franciscus Philelfus: Nicolao æstensi Leonelli principis filio: salutem.

n Vptiarũ laudationẽ cui epithalamio nomẽ ẽ apud græcos: petijt a me tuo nomine puer quispiã dieb⁹ ꝓximis Ferrariæ cũ iam nauim inscenderem. Eam igit ad te dedi non iccirco: ꝙ dignã existimarẽ: quæ uel æderet uel legeretur abs te summa indole adolescẽte: sed ut intelligeres nihil me magis cupe q̃ omĩb⁹ in reb⁹ gratificari tuæ uoluntati. Quod eo feci libẽtius: qm̃ te amitæ Beatricis laudibus ut domesticis non iniuria plurimũ delectatũ iri cẽserẽ. Quod aũt in hmõi laudatiõis genere breuiorẽ me præstiterim: nõ meo instituto: sed tpi ipsi dato: cui⁹ angustijs factum est: ut mult⁹ esse nullo pacto quiuerim. Vale. Ex Mediolano nonis Maijs. M.cccc. Lv.

Franciſcus Philelfus:Blaſio axeretenſi:ſal.

u Ideo te iam ſenectuti cõceſſiſſe:id quod nõ tã ætatis uitio:quæ tibi annoſior admodũ non eſt:q̃ animi ægritudini dandum puto. At cũ oĩs ꝑturbatio uituperatũ a ſapientibus:tum oĩm maxime ægritudo:quæ mediocritatẽ:ut ſtoicis placet: nullã admittit:nec aliquid habet ꝓpinquũ:quod laudari queat. Itaq; ſanius feceris: ſi te collegeris gloriæq; memineris. Id aũt tũc te feciſſe iudicabo: cũ me docueris:quod abs te ſæpi⁹ petij de Venetæ claſſis cõflictu apud Caſalẽ: quæ maior cognomiatur. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Iunias. M.cccc.Lv.

Franciſcus Philelfus:Lodouico caſellæ:ſal.

d Ionyſius hieromonachus abbas:qui meas tibi reddidit litteras: in captiuitate miſera illa Conſtantinopolitana fuit etiam ipſe captiuus:& nũc itẽ quanq; uidetur liber: ſeruit tñ miſerã ſeruitutẽ in ſuis monachis apud impios Turcos. Itaq; ut eſt pij patris officium: quærere cogitur ad eos redimẽdos:quos æque diligit atq; filios religionis charitate in chriſtum ieſum. Hunc igitur Dionyſium tibi plurimũ cõmendo. Nõ em̃ parũ accedet ad gl'iam p̄ncipis tui tã ſancta ac tam pia munificentia. Reliqua tu pro tua prudentia intelligis. Petrus Thomaſius medicus ſcripſit ad me nudiuſnonus nõdum accepiſſe noſtrã Sphortiada. Itaq; rogo te:ne illã diutius apud te hoſpitari patiaris. Hoc erit mihi uæhementer gratum. Vale. Ex Mediolano viij. idus Iunias. M.cccc.Lv.

Franciſcus Philelfus:Franciſco aleardo:ſal.

u Ideo ſane me amari abs te plurimũ: quando quidẽ moleſte nõ feras Galbæ Othoniſq; uitas: q̃s e græcis latinas fecimus: diutius q̃ par ſit: hoſpitari apud te. Sed poſteaq; intelligis eſſe impudentis: iſtas uelim: tandẽ extrudas:cogaſq; uel inuitas redire ad dñm: & ne ſolas q̄dẽ: ſed cũ Chryſolorina illa præclara epiſtola: quã ꝓpediẽ redиturã ad te curabo. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Quintiles. M.cccc.Lv.

Franciſcus Philelfus: Albertho Zancario: ſal.

r Eſpõdi ꝓxis dieb⁹ ad ea quæ mihi ſcripſeras ex pu

blico decreto. Tibiq; diligenter aperui sententiam animi
mei: in quã ipsam si a uobis quoq; itum fuerit: habebũt om
nia recte. Reliquũ est: ne differas: sed q̃primũ ad me lr̃as
des: quib⁹ fiã certior de re om̃i: quã nostra interesse iudica
bis. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Iulias. M. cccc. Lv.

Frãciscus Philelfus: Guilielmo Vrsino Fran/
ciæ cancellario: sal'.

e Xistimo fieri aut nunciorũ negligẽtia: aut etiã for/
tassis occupationib⁹ tuis: ut litteræ tuæ uel mihi nõ
reddantur: uel nõ eant ad me. Nam me tibi humanissimo
uiro esse charissimũ nõ sum nescius. Cæterum uelim scias
in eadem me esse sententia: quam antea ad te scripsi. Qua
de re eruditissimus philosophus ac medicus Thomas co/
ronẽsis tecũ uerba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioãni cossæ ui
ro nobilissimo opus meum satyricum: satis emendatum &
si minus elegãti codice perscriptũ. Malui tamẽ aliquid ad
te dare q̃ pati ut uir utriq; nostrum amicissimus monimen
tis meis omnino uacuus ad te iret. Nam aliud quicq̃ per id
tẽporis nihil mihi erat ĩ manu. Vale. Ex Mediolano. xiiij.
Kal'. Augustas. M. cccc. Lv.

Frãciscus Philelfus. Thomæ ph̃o ac medico: sal'.

a Ccepi supiore hyeme tuas litteras: & illas quidem
phumanas ac plane testes amoris summi erga me
tui. Qui aũt illas reddidit: cũ esset Patauiũ tui negocij cau/
sa petiturus: dixit se non multo post redíturũ ad me. Qua/
re quicquid essem responsurus: in id temporis reijcerem.
Redijt autem diu post: meq; adijt cum discũberem. Itaq;
ilico surgens scripsi ad te: ad eaq; diligentissime respondi:
quorum gratia ad me scripseras. Sed ubi nũcium tuũ quæ/
ro: eum inuenio eodem tẽporis momento abijsse: quo me
adierat. Itaq; paucis ea repetam. Idq; κατὰ τὴν ἑλλήνων
γλῶτταν. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Kal'. Augustas. M.
cccc. Lv.

Franciscus Philelfus: Guilielmo Vrsino Fran/
ciæ cancellario: sal'.

n Icolaus Trachaniotes & Alexander Cananus: qui
tibi meas lr̃as reddiderũt: uiri sunt & Constãtino/

politani & nobiles:quorum conditio eadē est:quæ reliquorū græcorum:q Turcis impurissimis Christi hostib⁹ q̄ærūnosissime fuiūt.Hos igit̄ tibi plurimū cōmēdo:ut cæteros cōsue ui:q in eadē positi sūt miseria.Præterea Nicola⁹ is Trachaniotes deposuit crucē quandā(ut ait)quæ cōtinet ligni particulā scte ill'i⁹ & imaculatæ crucis: qua pepēdit Iesus Christus saluator nr̄:apd' græcū quēdā cōciuē suū nomine Michaelē Mamonā.Hāc is Michael huic subtrahit fallitq; fidē boni uiri.Tuæ igit̄ ꝓbitatis iusticiæq; fuerit ne patiaris in sanctū lignū fieri ludibriū.Qd' ut facias:te etiā atq; etiā rogo.Vale.Ex Mediolano.ix.Kal'.Augu.M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus:Thomæ coronæo philosopho ac medico:salutem.

e Tsi plane scio ea te esse hūanitate: ut nll'is etiā meis lr̄is perbenigne sis exceptur⁹ uiros nobiles atq; græcos Nicholaū Trachaniotē & Alexandrū Cananū: tñ ꝓ officio meo nō potui eos tibi nō cōmēdare. Nosti eñ q̄pium sit opus:bn̄facere indigētib⁹& præsertim suis.Itaq; rogo te:ut ob meā cōmendationē tantus cumulus accedat ad id:qd' uel tua spōte factur⁹ eras:ut ambo intelligant me de se tibi q̄diligētissime scripsisse.Vale ex Mediolano.ix. kal'.Augustas.M.cccc.Lv.

Franciscns Philelfus Thomæ coronæo philosopho ac medico:salutem.

b Inas lr̄as dieb⁹ ꝓximis ad te dedi: quib⁹ nō obscure nosse potuisti sentētiā oēm animi mei.Sed cū tuus iste nūcius presbyter Vgo eēt oblat⁹:qui ad te iret: eū uacuū meis lr̄is uideri abs te nolui.Itaq; eadem græce repetā paucis:quæ antea plurib⁹sum cōplexus.Vale.Ex Mediolano.pridie kal'.Augustas.M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus:Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario:salutem.

q Vicqd tibi nomine meo p̄sbyter Vgo corā exponet:id om̄e ex animi mei sentētia exponet.Nā propter eius festinationē nō potui lr̄is lōgior tecū esse. Præterea nec erat op⁹:cum ea de re scripsissem ad te antea. Nec illud tñ omittā dedisse me ad te supioribus diebus ad

quartūdecimū kal'. Augustas uiro nobilissimo Ioanni cossæ mearū satyrarū codicē: quē si accepisti: bn̄ est: sin min⁹ accepe ris: tuū est curare: ut ꝙprimū eat ad te. Existimo em̄ fore ut eiusmodi ope nō mediocriter delecteris. Vale. Ex Mediolano pridie kal'. Augustas. M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus: Ioanni Mario filio: salutem.

p Lacuit carmē tuū: placuit epistola. Quæq; scripsisti omia me plurimū delectarūt. Quib⁹ aūt honorib⁹ te florētissim⁹ Sabbaudiæ dux ornarit: illis te facito dignū præstes. Qđ ita maxime cōsequeris: si cū doctrinā: tū nō min⁹ diligētiā ingenij bonitati adhibueris. Videre em̄ in te filiū uideor: qđ stoicis placet: nō ingenij minus ꝙ corpis uim q̄ndā a patre emanasse. Sed ea uis omnis audiēdo: legēdo: meditādo: docēdo: disserendo: scribendo excitat̄: alit̄: augescit. Itaq; nolim: industria diligentiaq; minus ꝙ cæteris uel naturæ uel disciplinæ præstātijs fratus eē ꝑpolitusq; iudiceris. Reliqua omia quæ petijsti ꝑ lr̄as: curabo tēpestiue. Nā ad ea cōtinuo præstāda tēpus mihi nō fuit. Sed cū Xenophō fili⁹ istuc ierit: id qđ ꝓpediē est futuꝝ: morā gerā tuo desiderio. Amic⁹ tu⁹ uel noster poti⁹ uir nobilis Arismin⁹ nr̄o officio uti noluit. Vale cū uxore & filijs. Ex Mediolano. iij. Nonas. Augustas. M.cccc.Lv.

Frāciscus Philelfus: Albertho parrhisio: salutem.

q Vo tibi homini amicissimo gtatificarer: dedi ad Iacobū Luparū codices duos meos: ut nosti ad. viij. idus dcembres: quos a me petierat tuis uerbis. Eos iāpridē etiā atq; etiā repetitos a me ꝑ lr̄as nō possū nō mirari: ꝙ ad dn̄m tādē remittere Iacob⁹ nr̄ neglexerit. Itaq; peto abs te atq; cōtēdo: id efficias: ne me in poscēdo importuniorē patiaris. Vale. Ex Medio. Nonis Augu. M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus: sal. di. plu. Lodouico casellæ.

b Aldasar Cremēsis q medicinæ studet apđ uos: renūciauit mihi hoc die sese interfuisse nuꝑ sermoni cupiā Guaryni Veronēsis: q affirmaret iccirco in proximo epithalamio ꝙ in inclytæ atq; pudicissimæ Beatricis & magnifici Tristani Sphortiæ nuptijs habuissē Ferrariæ: nll'is me donatū munerib⁹ a præstātissimo duce Borsio: qm̄

dicere prætermisissem de æstensiũ principum origine:idq; omniũ maxime dicendũ fuisse Guarinũ nostrũ cõtendere. Hæc ipse audiens Lodouice:partim cogor tibi quodãmodo: ut ita loquar succẽsere: partim Guarini memoriã ridere: atq; cõmiserescere qui oblitus uideat̃ Philelfum in scribẽdo nihil omnino neq; præterire:nec negligere solitum. Quid eñ Guarinus nouit: quod Philelfus ignoret? Nam siquid plus ualeat Philelfus: an id minus: alij iudicẽt. Omniũ primũ breuitati:ut scis:fuit inseruiẽdũ:id quod in meæ orationis initio paucis questus sum. Deinde nõ altius repetendũ de principib⁹ æstẽsibus fuerat: q̃ de Sphortijs facerem. At plures sũt a me laudati æstẽses q̃ Sphortiæ: cũ tñ essem a Frãcisco Sphortia tali ac tãto principe ad id negocij obeũdum & delectus & missus. Quid qđ mlˈto fuissem & copiosior & ornatior: si me p tuas litteras docuisses:quod de tuis immo nostris æstensibus abs te antea tribus deinceps epistolis cõtenderã? Nũquid es oblit⁹ me tertiũ scripsisse tibi eã esse principis mei sentẽtiã: ut istuc irẽ habẽdi epithalamij gratia. Teq; etiã atq; etiã rogasse:ut qm̃ mihi nulla esset cognitio eorũ quæ ad æstẽsis familiæ laudes maxime ptineret: ad me om̃ia q̃ diligẽtissime pscriberes: quæ laudãda ac principi tuo grata censeres? Nõne eadẽ quoq; abs te: tũ p lr̃as: tũ p Antoniũ tricinũ ducalẽ aulicũ continuo petij: quo die in suburbanos illos Ferrariæ hortos diuertim⁹? Ad hæc quis est uel mediocriter doctus: quẽ latere debeat extraria ista omnia quæ tanti Guarinus facit: ab alijs in minimis duci bonis: ab alijs uero ne in bonis quidem duci? Quo fit: ut omnis uera laus uirtutis sit. At uirtutis a me æstẽses sũt pro tẽpore egregie laudati. Nulla igit̃ aduersus me quisq; utat̃ insimulatiõe: nulla calumnia: quare min⁹ me munifice munificẽtissim⁹ dux Borsus tractarit: cũ ab ipso equidẽ quãtũ mea fert opinio: phũaniter tractatus fuerim: ut græci dicũt: μεγαλοπρεπῶσ: qppe q me tũ publice miris laudib⁹ extulerit: tũ alacriter priuatim monuerit: si qd eẽt quod de se mihi usui foret: id om̃e in mea eẽ potestate positũ. Aut igitur a me nihil erratũ est: aut siqd est erratũ: id om̃e tibi amicissime Ludouice dandum existimo. Itaq; uel meã tu apud

insimulatores istos:uel tuã apud me causã utere. Vale. Ex Mediolano.vj.idus Augustas.M.cccc.Lv.

Frãciscus Philelfus:Lucino genuẽsi iuriscõsulto: salutẽ.

a Ccepi ex litteris Ioannis Marij filij cũ eximiã tuam erga se multis in rebus benignitatẽ:tũ singularẽ beniuolẽtiã erga me. Quo quidẽ duplici liberalitatis genere facile admoneor:ut te nõ diligã solũ:sed etiã maiorem in modũ amẽ. Qđ eo facio libentius:quo eũ te uirũ esse intelligo:qui & ciuili sapiẽtia & bonarũ artiũ disciplina ingẽtiq; uirtute talis tantusq; sis:ut a ꝓbatissimis omnibus optimisq; uiris iure obseruãdꝰ colẽdusq; iudiceris. Itaq; nõ modo ꝙ in me amãdo in filioq; mihi dilectissimo amplificando officiosissimũ te præstiteris atq; præstes:es mihi int amicissimos habẽdus:sed etiã ꝙ is sis:quẽ uel nullo ꝓuocati beneficio boni & docti oẽs debeãt omni beniuolẽtia ꝓsequi.Habe igit̃ me ĩ tuis:meq; utere ꝓ uolũtate tua.Nũq̃ te tua de me fallet opinio. Vale.Ex Mediolano. xiiij.kalẽ. Septẽbres.M.cccc.Lv.

Frãciscus Philelfus:Nicodemo trãchedino:salu.

d E re illa Alexãdrina nihil ad me scripsisti . Itaq; nescio:quid mihi de mulo sperãdũ sit:quo de iampridẽ spem oẽm abieci.Et mirari tu quidẽ soles istiusmodi hominesſ tã breui locupletari:qui nõ in dãdo solũ:sed etiã in accipiẽdo mutuo fœnerẽt̃:qd inq̃ fœnerent̃?imo latrocinẽt̃.Habeat in rẽ malã & mulũ & mariscas suas:mõ tu me illi charũ facias:q oĩa põt:& me aliqñ fore oñdit:ut reuocaret ad se:haberetq; in suis:qđ ut faciat etiã atq; etiã rogo.Dñs Ioannes Tholẽtinas:q fuit Brixiæ abbas sancti Nicolai:uir est & religiosus & bonꝰ mihiq; amicissimꝰ.Is cupit creari episcopus titularis:habetq; hac de re litteras cõmendaticias ad summũ pontificẽ a principe nostro.Rem tu mihi facies gratissimã:si huius negociũ ita capessieris:ita gesseris:ut intelligat meã quoq; cõmendationẽ sibi nõ mediocriter ꝓfuisse. Vale cũ Senesibus tuis istis stagnis oraq; maritima.Ipm cælum petimꝰ stulticia. Venamini enim uentos Tu Karolo Gonçagæ heroi meo nobilissimo me commenda. Velimq; ex eo certior fias: acceperit ne in hanc diem

meã Sphortiada. Nã illa iãdiu reddita est una cũ meis ad se litteris Nicolao Guarino scribæ suo Venetijs. Vale rursum. Ex Mediolano. xiiij. Kal. Septẽbres. M. cccc. Lv.

Franciscus Philelfus: Augustino dato: salu.

n Olim tibi psuadeas ulla mea uel negligentia uel tui obliuiõe factũ esse: quo minꝰ ad tuas unas supioris lr̃as tibi rñderim. Nã ut scire longo iã usu potuisti: nec me omni etiã in re diligẽtior est quisq̃: nec tui obliuisci queã: ab quo me norim nõ secus amari obseruariq̃: q̃ si esses filiꝰ. Sed meæ mihi occupatiões huic dulci pioq̃ officio fuerũt impedimẽto: quibꝰ ipis & si ne nũc qdẽ sũ uacuꝰ: malui tñ uel paucis ad te rñdere q̃ præstare diuturniore silentio: ut iure uideri possem obiurgãdus abs te. Delectauerũt me uæhement tuæ lr̃æ: qppe quæ testes locupletissimæ sint nõ minꝰ præstãtissimi tui ingenij q̃ sũmæ erga me pietatis. Placet eruditio: placet orõnis nitor: imprimisq̃ tua modestia & hũanitas. Perge igit: ut cœpisti: quo tũ beniuolentia tua te indies magis magisq̃ diligamꝰ: tũ pristinæ nostræ doctrinæ fructus ex tuis disertissimis monimẽtis quotidie capiamus uberioris. Vale. Ex Mediolano. iij. idus Septẽbres M. cccc. Lv.

Franciscus Philelfus: Bartholomæo Scalæ: salu.

s Cripsi ad te breuius: q̃ & ipse uelles: & mihi opus esset. Sed nõ multo post cum quid plus ocij nactus fuero: tibi simul mihiq̃ faciam satis. De re uermia quod scire cupis: totũ est in expectatiõe. Amicus enim ille qui eo loci ipse pfectus est: nondũ redijt Mediolanũ. Aiũt tamẽ ad triduũ redíturũ. Cũprimũ reuerterit: oĩa cognosces. Tu interim Vale: & nos ama: Ex Mediolano. iij. Nonas Octobres. M. cccc. Lv.

Frãcis. Philel. Lodouico Mantuæ marchioni: salutẽ.

e Tsi nõ ignorabã eo te eẽ ingenio atq̃ animi magnitudine ut etiã sine ulla mea cõmendatiõe q̃liberalissime munificẽtissimeq̃ excepturũ arbitrarer uir͞ illustrẽ Michaelẽ Dromachaten Chrysoloram manuelis illius Chrysoloræ necessariũ: qui extincta bonarum artium studia in lucem ad latinos reuocauit: Itemq̃ uiros nobiles

Demetriũ & Michaelẽ assanes: mei tñ existimaui esse offi cij:ut te certiorẽ facerẽ cuiusmodi uiri essent. Sũt em̃ ut intelligis: honestissimo nati genere:& ijdẽ oẽs Cõstãtinopolitani: quiq penes Turcũ imanẽ illũ & impiũ Mahometũ ꝙ miserrimã seruiũt seruitutẽ. Itaq peto abs te: ut ea in hostris benignitate uti uelis:qua in oẽs cõsuesti:cum intelligas idẽ quoq & ab hoc nr̃o principe:& ab alijs plærisq & principibus & regibus esse factitatũ:quibus te omnino cedere sit indignũ. Vale princeps optime. Ex Mediolano. iiij. id⁹ Octobres. M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus:Lodouico Mantuæ marchioni:salu.

p Lures tibi pluresq indies cõmendẽ:necesse est:qñ & intelligũt oẽs me tibi eẽ charissimũ:& apd te nihil esse antiqui⁹ bñficẽtia. Andronicus trychas spãtunes:& Georgi⁹ ducas armenes uiri sũt & nobiles & cõstãtinopolitani:& q apud Turcos ærũnosissimã ꝑuitutẽ agũt. Itaq rogo te:ut eos habeas mea etiã causa cõmẽdatos: qppe qui digni sint hũanitate & munificẽtia tua. Hoc erit & tibi gloriæ nõ uulgari & mihi admodũ gratũ. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Nouẽbres. M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus:Bartholomæo episcopo scalæ:salu.

p Osteaq ꝓximas lr̃as ad te dedi pigello negociatori Cosmiano homini ꝓbo & diligẽti:binæ mihi tãdẽ redditæ abs te sũt eodẽ ferme tẽpore. Itaq ne ꝓlixitate epistolæ te diutius legẽdo remorer:scito lõgonem Philippũ illũ nõdũ reuertisse Mediolanũ. Nec alid credo fuisse in causa ꝙ absentiã principis:qui tñ nudiustertius redijt. Quo fit:ut illũ quoq in horã expectem⁹. Cũprimũ aduenerit:rẽ omnẽ intelligã:eãq ad te scribã. Bona equidem spe sum. De me uero qd scire uis: ꝓpediẽ tibi morẽ gerã. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Mouẽbres. M.cccc.Lv.

Frãciscus Philelfus: Thomæ coronæo philosopho medicoq:salu.

q Vo magis expecto suauissimas tuas lr̃as: eo maiore eaꝝ incẽdor desiderio: quo ut me tãdem aliqua le-

ues ex ꝑte: te etiã atq; etiã rogo. Quare &si nihil mihi noui acciderat qd' ad te scriberẽ: tñ uel declarãdi aperti⁹ amoris erga te mei grã: ul' ut te ad rñdẽdũ incitarẽ: nouũ quoddã argumẽti gen⁹ inueni. Est mihi op⁹ lyricũ carminib⁹ uariĳs metrisq; cõpositũ ꝓ uarietate & modulorũ & numerorũ. Hoc deuouere dicareq; institui Christianissimo regi karolo. Itaq; primũ totins opis carmen cui apud uestros ὠδὴ nomẽ est: cũ his istis litteris ad te dedi: ut haberes quasi degustationẽ quandã huiuscemodi mei nõ tã negocĳ q̃ ocĳ. Est aũt carmẽ saphicũ mixtũ adonyco. Cũprimũ uero tua epistola iuerit ad me: cõtinuo id operis lyrici: qd' dixi: aduolabit ad regẽ. Si regis igitur gloria tibi curæ est: uel regis istius causa q̃primũ rñde. Vale. Ex Mediolano. vĳ. kalen. Nouembres. M.cccc.Lv.

Franciscus Philelfus: Guilielmo Vrsino Frãciæ cancellario: salu.

f I reb⁹ meis delectari ĳs cõsuesti: quæ uel leuiusculæ sint uel ad id ignotos scriptæ: quãtæ arbitrer tibi uoluptati fore: siqd meũ lectitaris qd' tui uel nostri poti⁹ Christianissimi regis karoli splẽdidissimo nomine apd' uniuersas (ut ita dixerim) gẽtes natiõesq; illustrẽt: ad quas latinæ musæ uox ꝑuaserit? Opus em̃ carminũ centũ: quæ a græcis odæ nominant̃: ad decẽmilia uersuũ sum aggressus: quod in libros decẽ distribui ꝓ unius Apollinis nouẽq; deinceps musarũ nominib⁹. In his uero quicqd ad musicã harmoniã ꝑtinere existimaui: qd' grauitatẽ scilicet egregiam aliquã præ se ferret nõ ineptæ suauitati admixtã: sum uarie sparsimq; ꝑsecutus. Qd' eo libẽti⁹ feci: ꝙ res digna uisa est: quæ dignis uiris obscura nõ esset. Quis em̃ ignorat: ut alias rationes omittã: tãtã uim esse in musica harmonia ad oẽs animi motus: ut ne pythagorici quidẽ acutissimi illi præstãtissimiq; philosophi affirmare dubitarint immortalẽ hominis animũ cõstare cõuenientia musica? Nã qui ueri & summi dei cognitionẽ nõ haberẽt: rẽ ab effectu quopiã sensuq; iudicãtes: ut in citharis & reliquis musicis instrumentis sonos: ita in corpibus hũanis animos hmõi q̃dã ac sil'i harmonia definiebãt. Sed hæc nr̃i Theologi lõge doctius & ueri⁹

q̃ oẽs gẽtiles philoſophi & nouerunt & diſputant. Nemo tñ repugnarit doctrinam eruditioneq́ muſicã eẽ pulcherrimã & ꝓutilẽ imprimiſq́ neceſſariam: & eandẽ quoq́ poetarũ eſſe admodũ ꝓpriã. Quare cum ipſe nõ poetã min⁹ q̃ oratorẽ atq́ philoſophũ ꝓfiteri debeã: cũprimũ ſatyras abſoluiſſem: ijs tanq̃ defatigatus ad hoc mitius ſcribẽdi gen⁹ me cõtuli: ubi quãtus & qualis fuerim: alioꝝ iudicio detur. Huius autem operis primũ carmen: hoc eſt quod modo dicebam oden iccirco dedi ad te: ut intelligas me inſtitutum meum: quod noſti: neq́ obliuiſci neq́ negligere. Deguſtabis igitur quod offertur primitiarũ mearũ ad regẽ propediem uniuerſis huiuſcemodi ſtudij noſtri fructibus ipſe etiam perfructur⁹. Vale. Ex Mediolano idibus Nouembrib⁹ M.cccc.Lv.

Frãciſcus Philelfus: Stephano Cornelio regio ſecretario: ſal. di. plu.

l Ibelli tui iãpridẽ ſunt abſoluti. Itaq́ eos habebis cũ uoles. Verũ ne diuti⁹ differas: moneo. Librari⁹ eñ Leuiuſculus eſt planeq́ moroſus. Cũ hiſce ternas lr̃as ad te dedi: quaꝝ unæ Ioanni coxæ reddendæ ſunt: idq́ q̃ primũ: alteræ Guilielmo Franciæ cancellario: tertiæ Thomæ græco Karoli regis medico. Nihil es mihi facturus hoc tẽpore gratius: q̃ ſi operã dederis: ut hæ oẽs lr̃æ & q̃ celerrime & q̃ diligẽtiſſime reddant̃. Siquid autẽ epiſtolarũ ad me dederis: cui cõmendes etiã atq́ etiã cogita. Nolo enim res meas diuulgari: hoc præſertim tẽpore: quod nõ omnino caret ſuſpitione. Scire ex te cupio: quid futurum putes bellũ ne an pacẽ. Hoc uero iccirco a te quærit̃: qm̃ inſtitui in Hiſpaniã breui ꝓficiſci ad Apoſtoli Iacobi templũ uoti ſoluendi gratia. Vale. Ex Mediolano idibus Nouẽbribus. M.cccc.Lv.

Franciſcus Philelfus: Hieronymo caſtello philoſopho medicoq́: ſalu.

c Vm nuꝑ ad aprilẽ iſtic epithalamij illi⁹ Sphortiani habẽdi gratia fuiſſem: memini occurriſſe mihi int̃ eundũ Baptiſtã piaſiũ nobilẽ medicũ eundẽq́ aſtronomũ: quẽ poſt primos amicitiæ cõgreſſuſ nõ potui nõ mo

nere:ut poſt hac eſſet cautior in cõſideranda hora:hoc eſt: ὡροσκοπῷ natalis Sphortiani. Nõ eẽ Frãciſcũ Sphortiã principẽ hũc nrm hora ut uulgo putãt diei uigeſima natũ eſſe:ut nũc numeramus:ſed ueſpertino crepuſclo. Nec eẽ parũ inteſſe ad iudicãdũ horoſcopi tenere rõnẽ. Veſptino autẽ crepuſculo eũ enataſſe in lucẽ:qs omniũ meli⁹ nouit ꝙ mater? At ego hãc rẽ oẽm ex noſtri pricipis matre ſciſcitatus ſũ diligẽter:quæ tandẽ ex me intelligens:quæ eiuſce rei opinio in hominũ mẽtib⁹ late longeq; inſediſſet: Surrides inquit:fortaſſis & duo ſũt Frãciſci Sphortiæ:& duæ itẽ Luciæ eorũ matres. Cæterũ quæ Lucia Frãciſcũ Sphortiã Mediolanẽſiũ ducẽ ex inuictiſſimo illo Mutio Sphortia peperit:illã me eſſe puto:ni forſitã oblita ſum mei. Itaq; deſinãt cæteri affirmare:qđ neſciũt:& certe credant matri de filio: quæ & parturijt & peperit eũ. Hæc mi Heronyme iccirco tibi cognita eẽ uolui:ut intelligeres:quãtũ ſit fidei iudicijs iſtiuſmodi adhibẽdũ:quæ aſtronomi qdã:uel aſtranemi potius tã incõſiderate effutiũt. Aut igit taceãt:ne ſint omĩb⁹ ridiculo:aut diligẽtius omnia metiant. Tu uelim:me interea Borſio excellentiſſimo principi cõmẽdes. Vale. Ex Mediolano. xv. kal. Decẽbres. M. cccc. Lv.

Frãciſcus Philelfus:Guilielmo Vrſino Franciæ cancellario:ſalu.

Vm Manuel Iacob nri huius principis nomine ad Chriſtianiſſimũ regẽ Karolũ iter faceret: idoneus nũcius uiſus eſt:cui meos libroſ de exilio darem ad te dono. Nã iãpridẽ ſum ex multis certior fact⁹ te affici horum deſiderio. Eſt etiã cũ his & lõgior quædã ad regem aduerſus infideles epiſtola:& carmẽ quoddã itẽ longiuſculũ. Si tibi morẽ geſſero:res erit mihi pergrata. Abs te aũt duo ſũt quæ petã:unũ ut tuas lras ad me des: & quidẽ talis:qual maxime expecto. Alterũ:ut Manuelẽ hunc quantũ ſcilicet ad [redacted] eius attinet: ita tractes: ut intelligat meas ſibi cõmendatiões fuiſſe nõ inutiles. Vale. Ex Mediolano x. kal. Decẽbres. M. cccc. Lv.

Frãciſcus Philelfus Thomæ coronæo philoſopho medicoq;:ſalu.

Icolaus Trachaniotes & Alexāder canan⁹ a uobis
n in Italiā redeūtes:cū mediolanū uiſendi mei gratia
diuertiſſent:me tuo nomine monuerunt dediſſe te
lr̄as ad me:quib⁹ fierē omni de re certior: quā mea intereſ-
ſe putauiſſes.Itaq͂ʒ uolui ne eſſes neſcius nullas mihi reddi-
tas eſſe tuas lr̄as.Quare ſi me amas:qđ certe facis:facito:ut
intelligā quid mihi agendū ſit.Vale.Ex Mediolano pridie
kal̄.Ianuarias.M.cccc.Lv.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Andreæ abbati:ſalu.

Tſi nudiuſquart⁹ lr̄as dedi ad te alteras de re tua:ta
e mē quia interdū nūcij ſūt uel negligētes uel tardio-
res:repetā paucis:quæ antea ſcripſerā.Negociū tuū
apđ principē & forti & firma & tota acie ſū aggreſſus. Pu-
toq͂ʒ nobis ex ſentētia nr̄a ſucceſſurum.Tu aūt iſtic cura:ut
itē litteræ apoſtolicæ eāt ad principē:& aliæ quoq͂ʒ a Iacobo
nr̄o Calcaterra diſertiſſimo iuriſcōſulto:& cū ijſce etiā tuæ
ſubmiſſæ:phūanæ:ac ſupplices.Quas omīs mihi primo red
di uolo:ne ſi forte alij fuerint redditæ:aut nihil referat̄ ad
principē:aut ſecus q̄ʒ opus ſit.Dabiſq͂ʒ opam ne collati bn̄fi-
cij litteræ emanēt in cōpetitorē tuū.Hæc ſi feceris:te omni
ſollicitudine moleſtiaq͂ʒ ſoluā.Rē paucis tenes.Vigila.Si
Nicodemus Trāchedin⁹ iſtuc aduenerit:eū uelim meo no
mine horteris:ne litterarū mearū quas cupio a ſūmo pōtifi
ce cōfirmari:obliuiſcat̄.Tuq͂ʒ ſi opus fuerit:rē adiuua.Va-
le.Ex Mediolano pridie idus februarias.M.cccc.Lvj.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Mario filio:ſalu.

Ccepi lr̄as tuas & cū his quas Thomas medicus ad
a te dederat.Erātq͂ʒ mihi nō multo ante redditæ tres
epiſtolæ:una a clariſſimo uiro Guilielmo Iuuenale
Frāciæ cācellario:& duæ ab eodē Thoma.Rē oēm diligen
tiſſime intellexi.Reliquū eſt:ut audiam⁹: qđ ad ea ſcriptu-
rus ſit Thomas:quæ ad poſtremū petebam⁹.Id cūprimū di
dicero:iter faciā.Cura igit̄ rem quātū potes.Vale.Ex Me-
diolano idibus februarijs.M.cccc.Lvj.

## Franciſci Philelfi Epiſtolarū Liber decimuſtertius.


Franciscus Philelfus Summo ecclesiæ Romanæ pontifici Callisto tertio: sal.plu.di.

e

Tsi nōnllos existimabā fore beatissime pať Calliste tertie:q meā erga te obseruātiā audaciæ noīe deprauaret:malui tñ honestatis & officij mei q̄ alioꝝ aduersus me calūniæ habere rōnem. Nā q pluris facit cōmodū q̄ uirtutē:is mihi uideť tot⁹ ex fortuna pēdere: quæ ut instabil' est & fallax ita oīni uirtuti maxīe aduersa atq; inimica. Quare nō qd imperiti sentiāt:sed qd sentiēdū sit:mihi fuit cōsiderandū. Itaq; ijs omissis oīnoq; reiectis ita mihi agēdū est cū tua sāctitate: ut intelligāt oēs nihil mihi fuisse poti⁹ q̄ fauere laudi tuæ:quā q de se negligit:is ut aplo Paulo repugnat:ita se hoīem eē obliuiscit. Quid eīn ē magis hoīs q̄ omni studio atq; diligētia seq amplexariq; uirtutē? At laudē qd alid esse dicim⁹: q̄ orōnē eā: q̄ uirtutis magnitudo amplitudoq; demōstrat? Itaq; absurdū est q bonis actiōib⁹ delectať:eas pati ī obscuro eē:q̄si qd inuidoꝝ ē ꝓpriū:alios nolit sui imitatores. Vt igiť dignitatis gradu cæteris oībus mortalib⁹ præstas:ita opam te dare oportet:ut amplitudine præstantiaq; uirtutis:& sapiētiæ cūctis hoīb⁹ sup̄ior iudiceris. Nā ut grauiter ac recte Cyrus ille sup̄ior dicere solit⁹ ꝓhibeť: neminē decet imperare:q subditis sit deterior. Et Bias ille prienēsis q unus est inť septē numerat⁹: pulcherrime monebat imperiū uirū demōstrare. Qđ si morū similitudine beniuolētia generať natura:dissimilitudine uero odiū:quis ambigat eundē esse & bonū & doctū uirū: qui bonorū doctorū q̄ uiroꝝ cōsuetudine utiť ac familiaritate? Quantā sibi gloriam cōparauit Nicolaus qnt⁹ q te mō antecessit in pōtificatu:cū ad cæteras uirtutes suas uitæq; sanctimoniā tāta eruditiōe:tāta sapiētia:tāta eloqntia polluit:ut oīb⁹ bñfaceret:oēs ad se accerseret:quos ulla uľ ingenij uľ doctrīe præstātia insignis eē audiret. Videm⁹ uni⁹ ei⁹ optimi sapiētissimiq; pōtificis:uľ diligētia:uľ munificētia eē factū:infinita pene græca uolumina:quæ nr̄is hominib⁹ erāt ignota de reb⁹ maxīs atq; clarissimis a græcis philosophis:historicis: oratoribus:

eleganter scripta in latinũ esse traducta sermonẽ. Idemq; factũ est de libris theologicis atq; mathematicis: adeo ut non multum iam inuidendum sit græcis auctoribus: ita multos apud latinos legere liceat. Quod si diutius aliquãto fuisset in uiuis: cum reliqui rerum aut optimarum: aut admirabilium scriptores: tũ poetæ ipsi maximeq; nobilissima illa duo diuini Homeri carmina: quibus hominũ uita in oẽm partẽ instituitur atq; ornatur: Latinitatem induissẽt. Quid quod post urbis Cõstantinopolitanæ captiuitatem atq; miseram illam & infortunatam depopulationem nuncios suos & negociatores clam misit per uniuersam illam & Europã & Asiam: quæ Turcis paret: ad conquirendos emendosq; græcos codices: nulli neq; labori parcens neq; impensæ? Neq; id negocij frustra susceptum est: Nã innumerabilia prope uolumina ingenti etiam precio aduecta sunt in Italiam. Itaq; iure optimo dici potest: nõ perijsse græciam: sed in Italiam quæ olim magna græcia dicta est: unius eius Nicolai põtificis clæmentia commigrasse. Et ne omnino se græcum dici: q̃ latinum haberi mallet: & nuncios & negociatores misit q̃plurimos per uniuersam Europam cum grandi pecunia: qui diligenter ubiq; odorarentur: siquid latinæ grauitatis & elegantiæ usq̃ lateret. Idq; nullius precij habentes rationem omnino ad sese deuehendũ curarent. Scio unũ ex ijs fuisse Enochum asculanum: qui quondam fuerat florentiæ auditor noster una cum Aenea isto siluio: qui nũc Senæ gerit episcopum. Is enim Enochus in Daciam usq; ꝓfect⁹ est: & ut referunt aliqui in Candauiã usq;: quæ q̃longissime ultra reliquas omnis insulas de quibus extet memoria apud priscos rerũ scriptores: posita est in mari oceano e regione Germaniæ ad septẽtrionẽ. Itaq; eo tibi maior cura iniecta est pater beatissime: qđ ei in põtificatũ successisti: cui nihil poti⁹ fuit: q̃ consulere cõmuni omniũ bono: q̃ prospicere publicæ christianorũ omniũ utilitati & gloriæ: q̃ ea sequi atq; complecti: quæ romano pontificatui: & ornamento & splendori futura essent. Nõ suos ille curabat aut locupletare: aut magnos reddere: qui sciret iam sibi nullam esse sui potestatem: Intelligeretq; turpissimũ duci in uiro graui &

ſapienti mentē cū ore nō cōuenire. Nā quid abſurdius dici queat: q̄ eū agere quicq̄ imperioſius & ꝓ animi impotentia: qui ſe in omnibꝰ ſuis lr̄is ſcribat: ſeruꝰ ſuoꝝ dei? Recte igit̄ Nicolaus quintꝰ in omnibꝰ ſuis actionibꝰ aſſidue deum præ ſe ferebat: ſuorūq̄ omniū oblitus cōmodorū: referebat omnia ad dignitatē: & amplitudinē Romani pōtificatꝰ. Et ne ullā ſapiētiæ ptē neglexiſſe uideret̄ in uita: itelligeretq̄ nō ſolū duo eſſe uiuēdi genera: alterū contēplatiuū: alterū actiuū: ſed rurſus actionū alias eſſe bellicas: alias urbanas: quicquid tēporis ab intelligētia rerū admirabiliū atq̄ diuinarū ſuperat: id om̄e ita ad uirtutes bellicas tranſferebat & urbanas nunq̄ a ſe reiiceret: & hæc tn̄ omnia ad dei & chriſtianæ religionis dignitatē: & gloriā. Parabat magno conatu & uiribus bellum aduerſus Turcos: quos animaduerteret quotidie magis magiſq̄ inualeſcere: nec alid̄ animo uolutare q̄ pniciem & exitium nominis chriſtiani. Itaq̄ belli neruos: hoc eſt pecunias: & ab aliis comparabat & ſuis ipſe non parcebat. Intelligebat em̄ omnia oportere eſſe cōmunia pro Chriſto Ieſu. Claſſem ornabat ingentē & ualidam. Copias undiq̄ accerſebat: nihilq̄ prætermittebat: quod ad belli gerēdi: quod ad cōſequēdæ uictoriæ rationē attineret. Neq̄ tn̄ hæc dū ageret: litterarū & hūanitatis ſtudia a quotidiana ſua conſuetudine aliena faciebat: ſed cū ſciret eum ſe uirum: qui diuinū in terris ſoliū regeret atq̄ gubernaret: oēm in ſeſe hominis excellentiā repræſentabat: ut nō minꝰ in omni uitæ actione: q̄ in uniuerſæ intelligentiæ ſtudio reliquis mortalibus præſtaret. Itaq̄ uiros doctos & eloquentis aſſidue apud ſe habebat: neq̄ ullū omnino negligebat: in quo præclarā ingenii uim aliquā intueret̄. Quanta uero in omnis hm̄oi uiros munificētia uteret̄: nemo omniū melius nouit: q̄ ip̄e tu pater beatiſſime. Faciebat aūt & prudēter & recte: cū noſſet nihil eē ad excitāda ingenia alēdaſq̄ diſciplinas accōmodatius honoratiōe ac bn̄ficentia. Quo quidē cōſilio atq̄ benignitate id effectū iam uidebamuſ: ut nō latini modo: ſed cæteræ etiā nationes in omni oratiōis: in omni doctrinæ cultu expolirentur. Reuocauit illum ad ſe deus omnipotens: qui agit omnia ſemp ꝓ ſumma infini-





taq; ꝓudẽtia. Et ei in pontificatũ succedere te unum iccir/co: ut mihi persuadeo: uoluit: qm̃ prudentissimũ innocẽtis/simũq; cognosceret. Quid em̃ tibi deesse ad prudentiã pos sit: qui & extremũ seniũ uiuis: & in negocijs semper maxi/mis: uarijs: difficillimis summa tua cũ laude es uersatus? Vi demus te illã actionis partẽ: quã ille tẽporũ calamitate coa/ctus inierat: q̃ diligentissime ꝓsequi. Nã tui quæstores ubi/q; ex populis christianis pecunias exigunt ad conflandum ꝑ continentẽ in turcos & exercitũ. Classis quoq; exædifica/ta est rebus omnibus ornatissima & maxima. Virtuti belli/cæ quãtũ in te est: ꝑpulchre cõsulit. Sed reliquũ ẽ: ne urba/næ fiat iniuria. Nã si uiris eruditis: & eloquẽtibus a nobilissi mo illo sanctissimoq; pontifice Nicolao quinto prudẽtissi/me cõstituta præmia sustuleris: quid de te uno relinquat de siderandũ: nõ obscure suspicari potes. Noli obsecro: qui sci entissimus sis: a quoq; insimulari inscitiæ. Quod eo facilius accidet: quod accusant nõnulli: nõ tuã qui innocẽtissim⁹ sis: sed tuorũ quorundã nõ tam subreptionẽ: q̃ incuriã isti⁹ bi/bliothecæ: quæ tanto nuꝑ labore: tãtaq; impensa ex uniuer/so ꝓpe terrarũ orbe comparata est. Huic igit crimini quod nulla tua culpa cõflatũ est: ut & q̃ primũ: & q̃ accuratissime occurras: oportet. Nã confictis etiã rumoribus ꝓspiciendũ est: ne q̃ tibi tãta ꝓbitate pontifici famæ notã: ubi neglecti fuerint: possint inurere. Animaduertim⁹ em̃ fieri malo ho/minũ more: ut flagitiosorũ famulorũ errata in iustos etiam integerrimosq; dños nõnunq̃ referant. Itaq; tibi ꝓuiden/dum arbitror: dũ bellũ paras in turcos: ne domi prædã ipse patiare. Frustra em̃ foris iusti existimemur: si domi iusticiã nõ seruamus: in his præsertim rebus: quæ nostræ nõ sũt: sed reipu. sed ecclesiæ romanæ: sed Christi Iesu. Quare cũ dili/gens librorũ ratio est habẽda: ne pereant: tũ qui eos & ex/ercent & norũt: honorifice simul & cõmode retinẽdi. Cui em̃ usui sint futura: tot & tam præclara in omni genere di/sciplinæ latina græcaq; uolumina sine his uiris: qui & græce sunt & latine eruditissimi? Neq; arma bellica sine militibus ac duce utilia sunt: neq; triremis sine remigibus: & guber/natore. Sed hæc tu pater beatissime lõge prudẽtius: & me/

lius dinoscis: ꝙ ipse norim exprimere. Libuit tamen quæ mihi ueniebant in mentē: pro mea erga te pietate non præterire silentio: ut intelligeres mihi splēdidissimū tuum nomen: curæ esse nō mediocri. Quod si qua fortassis in re tuas auris offenderim: id imprudentiæ ascribe: non uoluntati. Vale pater clæmentissime: & me commendatum habe. Ex mediolano. xj. kalē. Martias Anno a Christo natali die M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: salutem.

f Aciam quod petis & libenter: & cito. Neqꝫ erūt ullæ tantæ meæ occupationes: quibꝰ ab officio impediar. Tu interea temporis bono sis animo. Et uale. Ex Mediolano. xj. kalen. Martias. M.cccc. Lvj.

Frāciscus Philelfus: Gregorio typherino: salu.

c Ommēdatio tua d Laurētio ueneto erit mihi loco alieni cōflati æris. Nā nō alit ei omnibꝰ in rebꝰ sum affuturꝰ: ac si eēt filiꝰ. Qd nō solū tua causa sū facturus: id qd maximū habet apud me pōdus: uerūetiā mea: q maximo sim abs te dono affectꝰ: cū eū mihi cōmēdaris: qui dignꝰ est ut & diligat & amet ab omibus. Itaqꝫ noli de me quicqꝫ dubitare. Nā nihil ē qd malim: ꝙ tibi morē gerere. Vale. Ex Mediolano. xj. kal. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Aenico daualo: sal.

d E uolūtate Alphōsi regis erga me: & de studio diligētiaqꝫ tua nō cōiecturis & argumētis firmissimis solū: sed mltis etiā bñficijs iāpridē certior factꝰ sum. Itaqꝫ tibi: uelim: indubitato psuadeas: nihil eē apd me antiquius gratitudine. Et ne lōgior sim tecū ꝙ par est: ꝓpediē: ut spero: obsequar uolūtati cōsilioqꝫ tuo. Vale: & maiestati regiæ me ꝙ diligētissime cōmēda. Ex Mediolano. xj. kalē. Marias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Baptistæ parrhisiano: salutem.

q Vantum intelligo: Nicolaus frater legem illam nō probat: quæ inscribitur de hercīscūda familia: idqꝫ ob nullam aliam causam: ut existimo: nisi quod me tuat uelle me: quæ mea sunt: repetere. Mone igit uirū: bo-

no animo ut sit: Nã ipso uiuo nihil omnino repetitur⁹ sum: sed oẽm usufructũ: ut habeat: uolo. Absurdũ uero admodũ foret: si post eius obitũ quæ mea optimo iure sũt: min⁹ mea aliquando dicerent̃. Diuidant̃ igit̃ inter nos paterna atq; materna bona: & utrã partẽ ipse maluerit: capiat: alterã uero ita nobis assentiat̃: ut ipse quoq; dũ uixerit: ea fruat̃: nullo tamẽ alio iure ꝙ nostro beneficio. Neq; eñ sum animo ita humili: ita abiecto: ut istinc uelim ulla uitæ alimẽta mihi afferri Mediolano. At caruisse omnino patrimonio uideri nolim. Diuidat̃ ergo uniuersum patrimoniũ: æquis portionibus: ut uterq; norit & quid sit suũ: & qd nõ suum. Deinde capiat frater donec uixerit reddit⁹ omnis æque posthac ut antehac cõsueuit: sed fraterno beneficio: ut dixi: & non aliquo aut occupatiõis: aut diuturnæ possessiõis iure. Tenes paucis mentẽ meã. Quare poteris monere fratrẽ: ut ultro faciat: quod cogi põt inuitus. Vale. Ex Mediolano. xj. kal̃. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus. Antonio becchariæ: salu.

m
Onui te antea semel & iterũ p lr̃as: ut Plutarchi parallela: quæ hinc abiẽs tecũ asportasti me inscio: mihi curares reddẽda deniq;. Tu uero neq; das codicem: neq; lr̃as. Itaq; nõ possum fidẽ boni uiri nõ desiderare in te. Nõ eñ facis: ut te decet. Quid eñ aliud fuit asportare clam illiusmodi meũ codicẽ me nõ modo inuito: sed totius tuæ abitiõis inscio: ꝙ uel rapere uel furari? Quo eñ debec alio uerbo uti: cũ nihil omnino respondes? Itaq; te etiã atq; etiã hortor ac moneo: ne mihi moueas bilẽ: Sed cura: ut meus codex ꝙprimũ ad me redeat. Vale. Ex Mediolano xj. kal̃. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Augustino dato: salutem.

m
Iror qd in causa sit: qd̃ sæpe meis litteris ꝓuocatus nihil omnino i hãc diẽ r̃nderis: cũ nõ tacẽdi a nobis sed dicẽdi artẽ didiceris. Nec eñ puto te usq;adeo occupatiõibus obrutũ: ut nihil omnino tibi det̃ ocij ad officiũ. Quid abs te uelim: & quid te deceat: nõ es nescius. Vale ex Mediolano. xj. kal̃. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Albertho çancario: salutẽ.

p Etrũ Ioannẽ illũ medicũ:qui quo tpe ultimũ Bononiæ docui:docebat & ipe Senæ:non debes esse oblitus.Erat eñ & Bononiensis & tibi ut uidere uideor familiaris;Habebat ille apđ se duos meos codices & cõmentatorẽ Seruium in tria Virgilij carmina & ipsa carmina.Odorare siquid cauit testamento.Vale.Ex mediolano xj.kal.Martias.M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus Lodouico casellæ:sal.

n Isi tua mihi beniuolẽtia iãpridem certissimis documentis perspecta eẽt: uterer fortassis accuratiore oratione.Sed uix est quicq̃ magis alienũ ab amicitiæ diffidẽtia.Quare cũ liquido intelligã te esse percupidũ meorũ cõmodorũ:in re præsertim & honesta & pia: utar & breui tecũ & aperta dictione.Permulta mihi incõmoda sunt:sed unum sane oĩm molestissimũ:qđ grandiuscula mihi est filia:& ea quidem moribꝰ modestissimis. Vnde hanc tradã uiro:mihi satis non est. Desunt eñ ad dotẽ aurei ducenti. Rogo te id meo nomĩe nuncies duci Borsio:eumq; tua illa suauiloquẽtia:qua durissimos etiã lapides soles demolire: nõ ores mõ:sed exores ne patiatur me diutius hmõi angi incõmodo.Haud eñ dubito:qua facilitate ac munificẽtia est nobilissimus iste princeps:nõ inuitus opẽ tẽpestiue ferret huic tãtæ meæ necessitati. Tibi uero habebo gr̃as immortalis. Tecũ longior esse nolo.Nec eñ oportet: cum & natura sis humanissimus:& mei amantissimꝰ.Vale.Ex Mediolano.xj.kal.Martias.M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus:Guilielmo Iuuenali Vrsino equiti aurato Franciæ cancellario: baroniq; tremelli:salutem dicit plu.

g Rauem & perdisertã epistolã tuã ea uoluptate plegi:qua rem diu multũq; exoptatam unq̃ antea cõsueuerim.Superasti profecto expectationem meam. Nã tam&si uirum te magnum sapientemq; opinabar: tamẽ ut uero fatear sentẽtiam animi mei: tantam in te esse ingenij uim:tantum dicendi robur:tantam copiam:tantum nitorẽ ac decus haud arbitrabar.Itaq; mihi plurimũ gratulor: qđ eum te amicum & beneficentissimum quidẽ amicum sum

adeptus:in quo summa oẽia esse intelligo. Nam de me tibi quid aliud queam polliceri: ꝗ & beniuolẽtiam & obseruantiam singularem: Quod autem mea tumultuaria scripta tanti facias:quanti ego certe non duco : id abundantia quadam fit præcipui amoris erga me tui. At cæcum finxit amorem antiquitas:iccirco(ut mea fert opinio)qđ ubi fuerit uæhementior:recte iudicare non sinat. Verũ facile patior hac in re falli te: modo a me maiora non exigas ꝗ ipse præstare possim. Neqꝫ id de mutuo amoris officio intelligi abs te uolo. Nam hac una in re:uel æquabo te:uel fortassis etiã superabo. Cæteris enim in rebus quo uisus fuero te inferior:eo magis atqꝫ magis operam dabo: ut uel ipse tu me iudices amando superiorem. Vale. Ex Mediolano.x. kal'. Martias. M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus:Thomæ franco philosopho ac medico:salutem.

b Inæ litteræ tuæ & eæ quidem ornatissimæ eodẽ mihi tpe sunt redditæ. Accepiqꝫ nõ mlto post:tertias: quas ad Ioannẽ Mariũ filiũ ex oppido heduoꝝ monte coclerio dederas. Fuerũt mihi oẽs & gratæ & dulces. Habeo qꝫ tibi gratias ĩmortalis:qđ nihil omittas:qđ mihi futurum putes honorificũ. Expecto rursum lr̃as tuas quibus me moneas:qđ abs te p proximas meas litteras me monendũ eẽ significaui. Nã tãdiu pendebo:ꝗdiu tua epistola tardarit. Vale. Ex Mediolano.x.kal'. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus:Nicodemo trãchedino: sal'.

q Vas de mulo fugitiuo pecunias extorsisti: nõ possum nõ ꝓbare. Nã ꝗuis cõducibili⁹ fuerat accepisse aureos uiginti a Ioanne angusciola: ꝗ ab Alexandro septẽ ac decẽ:tñ amissum mulũ opera & diligentia tua recuperasse:opus ẽ & amici & Nicodemi: At uersuram quam mihi proponis nequaꝗ admitto. Malo eñ non modo a te mihi:sed ab ipso etiã Alexandro pecuniolã istã deberi ꝗ ab eo q oĩno nõ est soluẽdo. Quod ut aperti⁹ intelligas:Petri pauli tui illius litteras hisce meis inclusas dedi ad te. Itaqꝫ te rogo:ut per litteras cõmutatiõis: quas mercatores uocant: ꝙprimũ mihi: uel cum aliquo meo detrimento satis

faciendum cures. Celeritate mihi opus est. Per Cosmianam mensam rem facile transiges cum Pigello. Quæ a me petis: mittam ad te. Vale. Ex Mediolano. ix. kalen. Martias. M.cccc. Lvj.

Frãciscus Philelfus: Nicomedo trãchedino: sal'.

d Edi litteras heri ad te Pigello negociatori Cosmiano: quib⁹ fiebas certior nihil eẽ sperandũ de exigẽda pecunia: quam Petro paulo illi tuo credidisses. Pugnat eñ cũ inopia. Itaq; quo magis eget nũmis: eo uerborũ plus habet. At uerba emere uendenti uerba nõ expedit. Proinde si me amas: quod certe facis: cura: ut ea mihi pecunia soluatur hic a Pigello uel cum meo aliquo detrimẽto: ut mensariorum mos est: hoc est ut istic nomine meo plus des: & hic mihi reddatur minus. Nam malo huiusmodi subire detrimẽti genus: q̃ incõmodari diutius. Rem matura: & uale. Illustrem meũ Mœcenatẽ Karolũ gonçagam magno & excelso animo uirum saluere plurimũ opto. Ex Mediolano. viij. kal'. Martias. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Guilielmo Iuuenali Vrsino equiti aurato Franciæ cancellario: baroniq; tremelli: salutem.

n Isi liquido intelligerem quibus es occupationibus septus: subaccusarem te: quod nullas uestris regijs oratoribus litteras ad me dederis. Non enim te latet: quanta me uoluptate afficiunt scripta tua: quæ & grauissima ornatissimaq; sunt: & sane talia: quibus tuam erga me charitatem non secus perspiciam: q̃ ea quæ cernuntur oculis. Discere præterea cupiebam: quid sentires de aduentu meo ad regem in offerendo opere lyrico: quod eius splendidissimo nomini dicaui. At ueniam profecto ad aprilem: quo diligentius præsens agam: quod absens minus commode possum. Interea uero temporis siquid est: quod hinc uelis: tuum est iubere: Ego enim quod iusseris: peramice effectum dabo. Vale. Ex Mediolano Idibus Martijs. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Thomæ franco philosopho ac medico: salutem.

t Ibi ꝓximis diebus respondi ad binas litteras: quas huius principis oratori ad me dederas. Expectabã aũt abs te intelligere: ꝓbaresne aduẽtũ præsentiãq; meã in offerendo lyrico nostro opere regi Karolo: id qđ & ter & iterũ antea ad te scripsi. Itaq; sum mirat⁹: qd in causa fuerit: quo minus quicq; hac de re mihi significaris: præsertim cũ ea tibi oblata esset opportunitas ad aduentũ regiæ istius legationis: qua nihil poterat cõtingere opportunius. Nũ fortassis uel tacendo mones: ut ueniã? Ita enim interpretor: obtẽperabo sane consiliis tuis. Meq; ꝓ diuina benignitate ad mẽsem usq; accingam itineri. Vale. Ex Mediolano Idibus Martiis. M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Lodouico casellæ: sal'.

i Ntelligo indies magis id qđ certe dubitaui nunq̃: me tibi esse charissimũ. Itaq; tibi uelim omino persuadeas eum esse Philelfum tuum: quo de tibi possis omia polliceri: quæ ul' grati animi sũt: uel ingenui. Vale. Ex Mediolano. v. idus Martias. M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho medicoq;: sal'.

r Em mihi facturus es admodũ gratã: imprimisq; ꝓ iucundam: si litteras hisce tuis adnexas reddi curaueris karolo gonçagæ & q̃ celerrime & q̃ diligentissime. Quod ut facias te maiorẽ in modũ rogo. Præterea siquid noui habes de turcis: rebusq; oriẽtalibus: fac ut sciam. Vale. Ex Mediolano pridie Idus Martias. M.cccc.Lvj.

Frãciscus Philelfus: Nicodemo trãchedino sal'.

p Vto fieri fato nescio quo: ut neq; mulus ad me redire: neq; pecunia ire ullo pacto possit. Pigellus a suo ipius noie nõ recedit: qui nec lr̃is tuis: nec ulla mea oratione ad cõficiundæ rei celeritatẽ potuerit excitari. Quin ait tandem se tunc daturũ operã: ut tibi mihiq; morem gerat: cũ sibi Ioannes clappan⁹ tuas pecunias numerarit. Ioannes autẽ ipse dicit id se facturũ cũ poterit: Nam sibi pecunias nullas esse. At Petrus Paulus tuus eadẽ oratione utitur: qua antea consueuit. Itaq; hinc uerborũ multum. Illinc uero ne uerba quidẽ sumus cõsecuti: adeo pigra oia: & lan-

guida extiterunt. Ego ante kal. Maias omino transcendã alpes ad regem Francorũ. Tu uale: Et me ama. Ex Mediolano Nonis Aprilibus. M.cccc.Lvj.

Frãciscus Philelfus: Francisco aleardo: sal.

g Albæ Othonisq; Cæsarũ uitas: q̃s e græcis latinas reddideram: promisisti hinc abiẽs fore: ut ante mẽsem reddendas mihi curares. At iam præterijt totus ann⁹: cum neq; illæ nec litteræ tuæ ullæ usq; apparent. Bonũ autẽ uirum te eundẽq; nobis amicum esse arbitror. Itaq; nõ possum equidem nõ mirari: quid in causa fuerit: ut tãdiu & mihi & amicis pluribus: qui istiusmodi uitas uidere desiderant & incomodaris & incomodes. Nisi fortassis alij quidam sint apud uos Veronensis: q̃ apud reliquã Italiã menses. Nam sicut mẽsis apud ægyptios anni loco ducebatur: ita apud uos annus pro mense habeatur: redijsse iam tandem ad me debuerãt libelli mei. Vale. Ex Mediolano Nonis Aprilius. M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Façino forobronunciano: sal.

a Ccepi a nostro Bonoaccursio pisano q̃ apte & eleganter ea abs te omĩa gesta sunt: quæ ad ducalẽ Ticini bibliothecam attinebant. Fecisti sane ut soles oĩa: prudenter. Itaq; non mediocrẽ tibi laudẽ cõparasti: cũ apud doctos omĩs: tum apud principẽ nostrũ. Reliquũ est id efficias: ut exitus principio respondeat: ad quem ipsum oportet semper humanis in actionibus principium intẽdere. Id uero interea temporis dum curas: nolim obliuiscaris q̃ mihi rem gratã factur⁹ sis: si huic isti familiari nostro Bonoaccursio cunctis in rebus ut cœpisti gratificabere. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Apriles. M.cccc.Lvj.

Frãciscus Philelfus: Petro Thomasio philosopho ac medico: salutem.

n On prius mihi quicq; de tua ãmissa ualitudine est renunciatũ: q̃ de recuperata ex tuis lr̃is intellexi. Nullis certe occupatiõib⁹ meis esset intermissa dulcissima nr̃a cõsuetudo scribẽdi: siqd mihi antea fuisset de tua ægrotatione auditũ. Qua eẽ te liberatũ: ita lætor: ita gaudeo: ut alia de re nulla magis possim. Reliquũ est: ut oẽm curã dili

gentiãq; adhibeas:quo te possim⁹ q̃diutissime frui. Qđ ut facias:te p amicitiã nr̃am rogo etiã atq; etiã. Ego carminũ op⁹ hoc tpe sum æditurus:id qđ regis Frãcoꝝ karoli dicaui nomini. Tu uelim lr̃as meas tuis hisce inclusas q̃celerrime:& q̃accuratissime reddi cures mœcenati meo Karolo Gonçagæ. Vale. Ex Mediolano Idibus Aprilibus. M.cccc.

Francis. Philel. Sigismũdo pandulpho malatestæ: sal.

q Vanq̃ ex ijs lr̃is quas nudiusquint⁹ Bertholłæ nuncio ad te dedi:satis liq̃do potuisti intelligere:quæ sit mea de te opinio. Hãc tñ hoc tpe mirifice cõfirmauit suauis disertusq; poeta Porcelli⁹ roman⁹. Qui ut primũ Mediolanũ se recepit:cũ apud florẽtissimũ principem hũc nostꝝ:tũ apđ aulicos purpuratosq; uniuersos eã de tuis diuinis uirtutib⁹ orationẽ habuit:qua in te audientes oĩs ĩcredibili beniuolẽtia cõcitauit. Oñdit præterea pulcherrima quædã poemata:quæ uersu in duodecim a se lucubrata epl̃as tantã præ se laudẽ atq; gloriã de te ferunt: ut unic⁹ nostræ tẽpestatis sis princeps iudicãdus:quẽ oẽs docti uiri atq; eloquẽtes oĩ obseruãtia uenerationeq; ꝓsequantur. Itaq; tũ uiuæ unius hui⁹ hoĩs uocis locupletissimo testimonio:tũ duodecim ijs suauissimis luculentissimisq; epl̃is tantus cumulus ad pristinũ meũ erga te amorẽ accessit: ut te uno cogitãti mihi aliud hoc tpe nihil sit neq; optatius nec dulcius. Perge igitur ut facis princeps præstãtissime: & inclytũ nomẽ tuũ immortalitati cõmenda. Id qđ alia re nulla facilius assequeris: q̃ si te indies magis atq; magis ꝓbatissimis oratorib⁹ & poetis amandũ celebrandũq; præstiteris. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus maias. M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Thomæ franco philosopho medicoq;: sal.

f Acerẽ nõ tibi modo: ut mea fert opinio: sed etiam christianissimo regi karolo iniuriam: nisi tibi eos quotidie cõmendarẽ:quos dignos censeã studio beniuolẽtiaq; tua. Quid eñ est:quo quisq̃ magis ꝓxime accedat ad deũ: q̃ cõmiseratiõe ac beneficẽtia? Alienæ certe calamitates & erũnæ satis debẽt nos admonere q̃ sint res humanæ fragiles & caducæ:& non minus metuendæ: q̃ expenden

dæ omib⁹. Quare qđ nobis queat aliqñ accidere: nisi in his cõmiserescamus:quibus indigne acciderit:in nosmetipsos simus iniurij. Itaq; nolim mireris : si tibi quotidie cõmẽdo cõstantinopolitanos ciues:qui nobilissima patria atq; fortunis & bonis omibus orbati miserabiliter seruiũt apđ impios turcos. Tuũ aũt est his quantũ facultas tua dignitasq; patitur:bñfacere. Nihil em̃ te cogo:sed aut hortor: aut moneo. Nunc aũt maxime omniũ sim accusandus: ubi tibi minus cõmendaro diligẽter clarissimũ philosophũ: & eundẽ uirũ eloquẽtissimũ atq; omi disciplinarũ genere præstãtiæ q; pollentẽ: Ioannẽ argyropolũ: q tibi meas hasce reddidit lr̃as. Est em̃ etiã ipse non mediocris pars luctuosissimi illi⁹ naufragij:quomodo imperiũ illud orientale obrutũ penit⁹ absũptũq; ẽ. Quare cũ adhuc in plærisq; suis lachrymabilẽ seruitutẽ agat apud barbarã illã immanẽq; nationẽ:tuæ uel humanitatis uel officij esse arbitror : ut quibuscũq; in reb⁹ poteris te in hunc talem ac tantũ uirũ & piũ præstes & per benignũ. Nam hoc uno nemo est in uniuerso græcorũ genere neq; doctior nec sapiẽtior. Quãobrem qcquid in hũc officij beneficijq; contuleris:in meipsum collatũ existimabo. Et hac de re satis. Proximis dieb⁹ Ioannes marius filius dedit ex Taurino ad me litteras perhumanas a præstantissimo Franciæ cãcellario Guilielmo Iuuenale Vrsino:abs te aũt nullas. Quo factũ est:ut non me cœperit mediocris admiratio:qđ nihil ad ea responderis: quæ antea litteris pluribus ad te scripseram de aduentu meo. At ne causam quidẽ intelligo:quid ad uos ierit filius Ioãnes marius. Nã neq; est a me missus: neq; is cãm ullam hac de re ad me scripsit. Tamẽ utcũq; res habet: breui te uisam. Id qđ factũ iã esset: si mihi per meũ hunc principẽ licuisset. Vale. Ex Mediolano. xv. kal'. Iunias. M. cccc. Lvj.

Frãciscus Philelfus: Façino forobronũciano: sa.

q Vod posteaq̃ asparagos ad me dederas:nihil ad te scripserim:aliud quid putes fuisse in causa q̃ expectasse me:ut qđ lautissime cœperas secũdares? Id qm̃ iã plane aiaduerto: nequaq̃ abs te factũ iri: cogitaui excitãdum te esse:ut si ul' hac uia munificẽtior reddi posses. Sed inte

rea loci maiorē in modū a te peto: ut ſpartiani ac reliquorū ſcriptoꝝ:quos iſtic eē audio : uitas imperatorias mihi oīo excribi cures. Vale. Ex Medio. x. kal'. Iunias. M. cccc. lvj.

Franciſcus Philelfus:Donato actiolo:ſal'.

i Oannem argyropolū quē mihi diligentiſſime con mēdaras:& uidi libētiſſime:& uirū doctrina:& elo quentia ſingulari:& rebus oībus quib⁹ potui:tū publice: tū priuatim ꝓ dignitate ſum ꝗ accuratiſſime ꝓſecut⁹. Is a pn/ cipe noſtro phumaniter pbenigneq; tractatus: tranſiuit ad tranſalpinos:rediturus ad uos ad conſtitutū tēpus. Te ue/ ro & reliquā Florentinā iuuentutē non poſſum non lauda/ re:quod talem tantūq; & oratorem & philoſophum græca uobis inſtituendis diſciplina præfeceritis. Nam ſentio ne/ minē inter græcos hoc uno uiro omni diſciplina præſtātio rem. Quod eo pluris faciendū exiſtimo:quod latinam eti/ am eloquētiam perpulchre callet. Incūbite igitur: ut cœpi/ ſtis:ut quandoquidē hmōi doctorē adepti eſtis: quod in/ genium natura habetis acerrimum:id ſtudio quoq; diligē/ tiaq; ueſtra indies magis magiſq; augeſcat atq; exornetur. Vale. Et Bartholomæū ſcalam uelim moneas uerbis meis: mihi iam opus eſſe uitreis oculis : quare ſi neq; parcior ac ditior factus eſt:curet hos ad me dare. Ex Mediolano pri/ die Kal'. Iulias. M. cccc. Lvj.

Franciſcus Philelfus:Petro Thomaſio philo/ ſopho ac medico:ſal'.

a Micus ille tuus nec orationem mihi tuā oñdit:nec epl'am:iccirco ut arbitror : qđ oīa uerterit in ſuū uſum. Ita eſt eñ mos hoīs:quippe q diſert⁹ haberi cupiēs alienis ſe ueſtib⁹ nō inuitus ornat: graculū ſcilicet imitat⁹: quē aquilæ pennis quādoq; indutū fabulant̄. Quare dum tua legi:uis:tibi poſthac prudentius conſule. Non enim re cte cibus eſurienti cōmittitur. Quid apđ uos noui feratur de turco mahometo: deſidero audire: ociatur ne an nego/ ciatur:& ubi ſit gentiū. Nā certi nihil ad nos affertur: ꝗꝗ ſunt q eū in triballos cū maximo robuſtiſſimoq; exercitu ad qngenta hoīm milia ꝓceſſiſſe affirmēt aduerſus ſpēdo/ robum:quod eſt municiſſimū oppidū ad danabiū poſitū e

regione hungariæ. Nos dorminus. At turci uigilant. Vale.
Ex Mediolano Nonis Iunĳs. M.cccc.Lvj.

Franciſcus Philelfus: Guilielmo Iuuenali Vrſi/
no Franciæ cancellario: ſal.

c Vm Thomas Thebaldus ſplendidiſſim⁹ eques au
ratus iret ad chriſtianiſſimũ regẽ Karolũ: nõ potui
nihil litterarũ ei ad te dare: quib⁹ certior fieres: nihil te gra/
tius hoc tẽpore facere mihi poſſe: ꝙ ſi dares operã: ut huic
iſti uiro oĩbus in reb⁹ ꝗbus poteris: ꝙ maxime gratificeris.
Nã hoc uno mihi nemo familiarior: nec alius quiſꝗ eſt: cui
magis oĩa ex ſentẽtia ſua euẽtura optẽ. Amat eñ me uni/
ce: & ita a me amatur: ut noſtra amicitia in eoꝝ numero lo
canda iure uideatur: quos antiquitas oĩs ob raritatẽ admi/
rata eſt. Accedit ad rem: quod & eius cauſa: tum admodũ
eſt honeſta: tum regi Karolo: cui⁹ gloriæ maxime ſtudeo:
ita honorifica: ut uix honorificẽti⁹ quiſꝗ eſſe poſſit. Quid
eñ eſt per immortalẽ deũ: quod magis deceat reges: ꝗ p/
inde habentur in terris: ac deus (ut ita dicã) in cælis: ꝙ be/
neficentia & iuſticia? At pro iuſticia quod ſit karoli regis
munus in hac cauſa: eius litteræ promiſſaꝗ declarant. Nã
beneficẽtia qui rex uacat: is certe rex appellandus nõ eſt.
Haud eñ dixerim nos fieri ingratitudinis reos: ubi ĳs mi/
nus benefacimus: qui nobis bene fecerint. Atqui omnis ꝓ
pe Italia teſtis eſt: qualem ſe præſtiterit Thomas in piẽtiſ/
ſimũ regem karolum: & quæ inde incommoda quantaꝗ
ſubierit. Recenſerem hæc ego fuſius ac ꝓlixius: niſi ad te
ſcriberẽ: qui harũ rerũ omniũ locupletiſſim⁹ teſtis es. Itaꝗ
ſi officio uti uis: ſicuti certe uis: ſi faues gloriæ chriſtianiſſi/
mi regis tui: id qđ eſt mihi oĩ certitudine certius: ample
ctere obſecro honeſtiſſimã Thomæ thebaldi cãm: ut quæ
eſt apud oĩes de ſummis karoli regis diuiniſꝗ uirtutibus
expectatio cõcitata: hæc in præſentia nixius confirmetur
atꝗ augeſcat. De aduentu aũt meo nihil adhuc habeo cer/
ti. Is eñ mihi in hãc diẽ negatus eſt. Nã ne pedẽ quidẽ mo
uere mei huius iniuſſu principis mihi licet. Spero tñ ꝓpe
diẽ fore: ut exorari ſe patiat. Interea uero temporis tu me
ſublimitati regiæ ꝙ diligẽtiſſime cõmẽdato. Valc. Ex Me/

diolano.vj.Idus Iunias.M.cccc.Lvj.

Franciſcus Philelfus: Thomæ franco philo/ſopho medicoq; regio:ſal.

m Iraris tu fortaſſe:quid in cauſa ſit:ut tãdiu differam aduentũ meũ quẽ tã ſæpe ꝓpediẽ futuꝝ pollicitus ſum. Quod ſi cõſideraris me eẽ ſub principe cõſtitutũ in/iuſſu cui⁹ ꝓficiſci nõ liceat:non modo non mireris: ſed lau des poti⁹ meã fidẽ:qđ nullis meis ul' maximis emolumẽtis uelim ab eo inuito decedere:ne ad minimũ quidẽ tpis pũ/ctũ:cui pluribus meritis ſim obſtrictus. Spero tñ hũc mihi breui exorandũ:ac te continuo uiſendũ. Interim uero rem mihi facies pgratã:ſi cauſam Thomæ thebaldi ornatiſſimi equitis aurati uiriq; humaniſſimi & optimi ea beniuolen/tia apud chriſtianiſſimũ regem Karolum diligentiaq; ſuſci pies:ac ſi eſſet mea. Quod eo ſtudioſius es facturus: quod uniuerſa fere nouit Italia: qualẽ ſe Thomas in regia cauſa præſtiterit:quantũq; ei debeat. Accedit ad rẽ: qđ tãtæ ſũt unius Thomæ thebaldi atq; tã multæ præclaræq; uirtutes: ut ſi nullũ etiã aliud huius eſſet meritũ in regẽ: hæ ſaltẽ faci ant meruiſſe:quo animũ in ſe regium pbenignũ experiat. Quare ſi tibi regis gloria chara ẽ: ſicuti certe eẽ debet: ad/hibe oẽm operã atq; induſtriam:ne iſtuc fruſtra Thomas ꝓfectus uideat. Hac una re mihi præterea optatius facere nihil potes. De meis aũt reb⁹ ex eodẽ Thoma cognoſces. Vale. Ex Mediolano. vj. Idus Iunias. M.cccc. Lvj.

Frãciſc⁹ Philelfus: Antonio bononio pãhormitæ: ſal.

q Vi tibi reddidit meas lr̃as: frat herneric⁹ panhor/mitanus idẽq; theologus: petijt a me Neapolin pe titurus:ut ꝓ noſtra amicitia aliquid ad te ſcriberẽ. Quod ego feci eo libẽtius:quo nõ tibi modo homini ami/ciſſimo:ſed ei quoq; rẽ me facturũ intelligebã admodũ gra tã. Quid aũt aliud ſcriberẽ:nõ habebã præter id unũ: meã erga te beniuolẽtiã indies magis magiſq; augeſcere. De re bus aũt meis ſiqd uis audire:ego totus ſum cũ muſis æditis quattuor Sphortiados libris:qđ reliquũ eſt ei⁹ opis:proſe/quor. Libri futuri ſũt ſedecim: Verſib⁹ ad duodecim milia octingẽtos. Scribo etiã odas:quæ noſtri nominãt carmina.

Eruntq̃ decē milia uersuū in oīmi metrorū genere : ædunt ab me in præsentia libri quinq̃ eius operis:quos ipse ad karolum regem Francorū mecū sum aduectur⁹ intra quindecim dies. Hi cōplectunt decē milia uersuū. Tu quid agas: nosse percupio. Noli obsecro pati: ut nobilissimū tuū ingenium præstansq̃ doctrina uoluptate diffluat. Incolis em̄ sirenū hospitiū & amœnū: & delicatum : Quare tibi ulyssea calliditate opus est. Vale: & me regi Alphonso cōmenda. Ex Mediolano.xvj.kal.Iulias.M.cccc.Lvj.

Francisc⁹ Philel. Sigismūdo pādulpho malatestæ: sal.

m Agnidecentiā erga me tuā:sic em̄ malo nouo noīe philosophos imitat⁹:q̃ liberalitatē appellare: cum re ipsa magnifacio: tū gaudeo plurimū tua causa: q oībus in rebus te magnū ita præstes: ut ad tuū decus uideatur nihil posse accedere. Nā quantum mea interest: magna munera nō plus mometi apud me habent: q̃ parua: nō solū qđ ipse paucis sim cōtentus : sed etiā quia nihil in fortuna magnū esse putē: nisi quaten⁹ sit cū uirtute cōiunctū. Quo fit: ut eo te admirabiliorē ducā: quo secundissima semp fortuna usus nusq̃ sine pulcherrimo eodēq̃ munitissimo uirtutis comitatu esse uolueris. Cui⁹ ope atq̃ auxilio non modo obsequentē fortunā tibi reddidisti: uerūetiā ministram ac plane seruā. Gratulor igit tuæ tantæ isti tanq̃ conspicuæ altitudini magnitudiniq̃ animi. Mihi uero plurimū lætor: cui uideo contigisse: ut præsidio tuo beniuolentiaq̃ adiutus eā sim semper in oēm casum habiturus spem & emolumenti & dignitatis: quæ certa sit ꝓrsusq̃ secura. Gratiā uero siquā tuæ parem munificentiæ referre minus potero: habebo eam profecto & cumulatam & alacrem. Itaq̃ uel animi gratitudine tuæ tam præclaræ benignitati nunq̃ ipse cōcedam. Sed hæc melius fieri q̃ dici uolo . Quare de his satis. Ego intra paucissimos dies alpes trāscendā uisurus karolum regem Frācorum: apud quē faciā de te uerba honorificentissime. Vale. Tibiq̃ Petrū perleonē nō minus prudentē uirū q̃ doctum ac disertū cōmendo etiam atq̃ etiā. Ex Mediolano.xvj.kal.Iulias.M.cccc.Lvj.

Franciscus Philelfus: Petro perleoni: sal.

Enunciauit mihi nuncius quē ad te miserā: te iccir
r co ad me Arrhianū nō dedisse: qđ eū curares ex
cribi: quo ubi primū esset absolutus: iret Mediola
nū. Nō displicuit cōsiliū tuum. Sic eñ & mihi simul & tibi cōsuluisti. Reliquū est: ne res trahaẗ in annū. Maturato est opus. De carmine qđ scripsisti: curabiẗ a me diligēter & ꝓ amicitia nostra: idq; in proximis quinq; carminum libris περὶ Δεοσοφίστου cū e gallia trāsalpina reuertero: quo ꝓximis hisce dieb⁹ sum ꝓfectur⁹: satisfaciā uolūtati tuæ. Cū librario tibi opus nō erit: eū hortator: eat ad me. Cui quod nomine meo receperis: præstabo. Est eñ hic demetri⁹ quidā Xanthopulus rufus homo leuis & mēdax: ac plane flagitiosus. Cuius ego opera ideo uti nolo: ne operā omnem cum opere amittam. Si talis iste non est: mitte ad me. Nā improbū improbo cōmutare non libet. Vale. Ex Mediolano. xvj. kal'. Iulias. M. cccc. Lvj.

Frācīscus Philelfus: Alphonso regi: sal'.

c Vm Matthæus malferit⁹ tu⁹ ad hūc principē legatus ad te rediret: officij mei esse existimaui: ut lr̄arū ei aliq̄d ad te darē. Et ꝗuis ꝑmulta eēnt: quæ scribenda occurrebāt: nullū tn̄ uisum ē cōmodi⁹ argumentū: ꝗ ut ꝑ me fieres certior inter cæteras tuas laudes: quæ oēs sane & admirabiles sunt: & maxime nullā mihi neq; maiorē uideri: neq; certe quā magis uiri oēs boni sapiētesq; admirenẗ: ꝗ quod & doctrinæ sꝑ studeas: & uiris doctissime eruditis te magis quotidie atq; magis munias & celebrari cupias. Nā si sapientiā rerū diuinarū atq; humanarū scientiā: & earum diligentē inq̄sitionē eē definiūt: q̄d est ꝑ īmortalē deū: qđ ad sapiētiā propi⁹ accedat: ꝗ inquisitio diligēs & assidua? Nam scire quidē si malimus rem ipsam recte interpretari: ꝗ nos ipsos blandiēdo decipe: solius dei est: nō hoīs. Itaq; nō imprudēter dicere solitū tradunt socratē: se id unū scire qđ nihil sciret. Sola igiẗ ueritatis inq̄sitio dicēda ē hūani ingenij. Inq̄rim⁹ sane dū uiuim⁹ q̄d in quaq; re uerū: simplex ꝑspicuūq; sit: qđ certe tū demū indubitato intelligem⁹: cū hac nube corpali ac tenebris soluti: in cæleste patriā cōmigrabim⁹. At hāc uero inquisitionē cū libri ꝑmulti docte: &

eleganter scripti ualere plurimum solent: tum uiri ipsi doctissimi ingenio eloquentiaque præstantes. Nam incultus & ineptus homo: quid usque afferre queat: quod iuuet? Vt enim optimi etiam cibi reiici consuerunt: qui sordidius parati sint: sic item de reb⁹ doctis orationẽ: quæ cultu suo ac nitore uacat: reiiciendam contẽnendãque existimo. Quare cũ ad cæteros quos habes: doctissimos disertissimosque uiros: accessisse audio Theodorum gaçen: non possum equidẽ nõ lætari: tibique plurimum gratulari. Habes enim uirum: quo nemo est in uniuerso græcorum genere neque doctior: nec eloquentior: nec modestior. Et est is profecto: ut mea fert opinio talis tantusque uir: ut nihil ex eo sis in omni politiore disciplina frustra desideratur⁹. Humanitate uero cæterisque uirtutib⁹ qui tũ ualeat iã liquido potuisti ex ei⁹ cõsuetudine cognoscere. Tuæ autẽ benignitatis fuerit ita istum tractare atque diligere: ut eos soles: quos maximi ducis. Nam quicquid in eũ beneficii contuleris: & bene & honorifice abs te locatum breui intelliges. Vale rex optime. Ex Mediolano. viii. kal'. Octobres. M. cccc. Lvi.

Franciscus Philelfus: Porcellio: sal'.

u Erborum exercitato peritissimoque artifici uerbis opus non est: præsertim ei: qui non latinam solum: sed etiam græcam sapit calliditatem. Itaque rogo te: ut libentissime tibi commodata fide bona restituas. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iii. Kalendas Decembres. M. cccc. Lvi.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

d E Mãtuano episcopo quæ scripsisti: legi plibenter: & si nihil certi significasti. Audio istum Antistiten & doctũ esse: & bonũ uirũ. Equidẽ neque bonitatẽ cuiusquã facio m'lti: ubi is careat doctrina: neque doctrinã in precio eẽ habendã reor: quæ bonitate sit nuda. Tu satis potes aiaduertere quæ mea sit mens: quæ uoluntas. Itaque etiã atque etiã caue: ne quid agas temere. Odorare oĩa diligenter: nec sinas te falli. Satis es admonitus. Vale. Ex Mediolano kal' Decembribus. M. cccc. Lvi.

Franciscus Philelfus: Lodouico cunii comiti: salutẽ.

x Enophon filius cupit peregrinari: id qđ ei faustum fortunatūq; sit: uæhement' opto: Rem mihi feceris gratissimam: si quo tēpe Mantuæ fuerit: inquires oīa diligent': ut intelligas: quo iter incedit. Eumq; accersas ad te psæpe: ac moneas: quæ ei conductura existimaueris. Nam nescio: quo natus astro quædam appetit supra uires. Compescēdus est eius impetus: ne sese præcipitem dedat Probo est ingenio: & compositis moribus. Sed quiddā habet: nescio quid: lōge se altius. Tenes quid uelim. Vale. Ex Mediolano kal'. Decembribus. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

s Vperiorib⁹ diebus Bartholomæo platynensi Mātuā repetenti litteras ad te dedi: quibus ad ea omia respondi: quæ ternis antea litteris mihi scpseras. Nūc alid nihil erat: qđ scribēdū eē oporteret: nisi ut patauinū librarium ire ad me cures: quē tractabo nō humaniter solū: uerūetiā liberalit': siquidē talē experiar: qualē prædicas. Tuā istic morā nō possem nō pbare: siquid certi audirē tibi cōstitutū. Nā spem precio emere stultū est. Tu tamen facito: ne quis te leuitatis accusare iure queat. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Decēbres. M.cccc. Lvj.

Franciscus Philelfus: Blasio ghiglino abbati diui Ambrosij: salutem.

a Buteris Blasi ghigline facilitate modestiaq; mea. Et facis tu quidē minime liberaliter: qui & orationes meas: & libellū quē de uita & morib⁹ illius sanctissimi pr̄is ac sapientissimi uiri piētissimiq; pontificis Nicolai quinti nuper scripserā: repetenti mihi tā sæpe reddere: uel neglexeris: ul' nolueris. Itaq; dico tibi: nisi ante christianā resurrectionē hæc oīa mihi restitueris: oīno fore: ut facilitatis p⁹ hac meæ & usitatæ nimis ī te modestiæ ita oblitū sētias: ut neq; me unq̄ uelis: nec aliū quēq; fallere. Nā dabo operā: ut de laudatissima tua ista cōsuetudine moribusq; grauissimis nulla unq̄ ætas: nulli populi cōticescāt. Vale. Ex Mediolano. ix. kal'. Martias. M.cccc. Lvij.

Frācis. Philel. Othoni carrheto iuriscōsulto: sal'.

q Vi diui Ambrosij mōasterio Mediolani abbas præ

est:quædam opuscula mea iampridem accepit cõmodato. Hæc dum repeto dat homo simplex:ac minime uersutus uerba semper. Itaq; institui bello rem decernere:posteaq̃ iure non licet. Sed anteq̃ in aciem descẽdo dimicaturus: duxi hominẽ admonendũ. Quare te rogo:ut meas lr̃as:q̃s hisce occlusas ei reddẽdas cures:meq; facias q̃primũ certiorẽ:malitne oĩno insanire:an aliquãdo resipiscere. Nam nisi Blasius ghiglin⁹ satisfecerit propediem suo muneri: ego utar meo. Vale. Ex Nediolano. ix. kal. Martias.

Francisc⁹ Philelfus: Xenophonti filio: sal.

a Ccepi tuas litteras ex Venetijs:quas tuus ille familiaris Veronẽsis mihi reddidit. Laudo tuam istuc profectionem:modo salutis habeas rationem. Audio eñ istic laborari pestilentia. Itaq; ratio tibi habenda est ualitudinis. Et uetus mihi est & summa amicitia cum uiro clarissimo Bernardo Iustiniano Leonardi filio:cui te debes familiarẽ reddere. Is eñ tibi non parum prodesse poterit:id quod uel suo ingenio:uel mea causa nõ inuit⁹ faciet. Marchesiũ nostrũ bñ ualere cupio. Angela soror tua ad christianã resurrectionem tradetur uiro:cui desponsata iam est. Saluere plurimũ cupio atq; opto Phœbũ cancellarium:qui facito:ne te ignoret. Est eñ & honestus uir: & mihi amic⁹ imprimis. Itaq; tibi auxilio erit maxime. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Apriles. M.cccc. Lvij.

Franciscus Philelfus: Paulo cusano: sal.

d Elector ingenio modestiaq; tua:qua ĩ scribẽdo uteris. Facile eñ futurꝝ spero:ut expectationi pr̃is tui uiri grauissimi respondeas:quippe qui in uirũ sis probũ p̄doctũq; euasurus. Qđ aũt me tãtope laudaris binis iam litteris tuis:id non tam uero q̃ abundantia quadã amoris erga te mei factũ intelligo. Itaq; habeo tibi nõ mediocrẽ gratiã. Oratiões meæ quas petis plures apud me nõ sunt. Hospitantẽ eñ apud amicos:aliæ apud alios. Cumprimum domũ reueterint:dabo operã ad te ueniant. Quæ autẽ domi erant:misi tibi. Siqd est in me aliud quo tuæ uoluntati gratificatur⁹ sim:id tibi p̄ uolũtate:adesse arbitrare. Vale. Ex Nediolano. viij. kal. Apriles. N.cccc. Lvij.

Franciſcus Philelfus: Gabrieli ex ordine mi-
norum theologo: ſalutem.

f Ratris Roberthi cōterranei ſocijq; tui oratio quã de fide & doctrina chriſtiana ꝑdocte habet & eleganter ad populũ: delectat me ſane plurimũ. Eſt em̄ grauiſſimis ſententijs uerbiſq; ornatiſſimis referta: & plane talis quæ ab eruditiſſimo eloquẽtiſſimoq; theologo ꝓfecta iudicet. Nec eſt profecto quod in ea quicq́; deſiderandũ eẽ uideat̃ præter id unũ quod ad actionẽ pronũciationẽq; attinet. Eſt em̄ & uox & uultus & totius corporis geſtus ad rem ipſam: qua de ratio habet̃: accōmodandus. Id aũt Roberthus nō om̄ino ſemp attẽdit: ut in proxima: quã uulgo uos appellatis: prædicatione: Eſt em̄ homelia & collocutio quædam rerum præceptorũq; diuinorũ ad populum: ut in proxima inquã prædicatione: quæ nudiuſtertius ab eo eſt habita. Nam cum uerba uenturi iudicis Chriſti orando repræſentabat: quib⁹ electi in meritorum munificentiſſimũ præmium cæleſti ac ſempiterna gloria donabuntur: id uoce flebili: quã læticiæ plenam eſſe oportebat: & uultu triſti: in quo requirebatur hilaritas: & geſtu minime amœno aut feſtiuo: doctiſſimus theologus faciebat. Cum natura ipſa nos moneat: non ars ſolum: quid in huiuſmodi rebus tenẽdum: quid obſeruandũ ſit. Eodem etiam pacto cum uellet in medium referre: & perinde quaſi res ageretur: dicendo exprimere ſummi iudicis latam ſententiam in improbos & damnatos: id uoce admodum flebili ac uultu cōmiſerabili faciebat: cum par eſſet: tum uultum oſtendi uel ſeuerũ uel minacẽ: tum uocem ad terrendum accōmodatam. Præterea cum tempeſtiue ſæpe ac recte fletu & cōmiſeratiōe utitur: eſt ipſa in re multus ac diutius q̃ cōueniat: adeo ut audientiũ aures ſimul cum animis quandoq; offendãt̃. Nã totum id breue eſſe oportet. Vt em̄ prudentiſſime inquit Cicero: Nihil citius lachryma areſcit. Reliqua uero omnia in iſto theologo ita probo: ut nihil ad laudis cumulum putem poſſe accedere. Vale. Mediolani ex ædib⁹ noſtris. iiij. Kal̃. Aprilis. M. cccc. Lvij.

Franciſcus Philelfus: Nicolao arcimboldo iu-

riſconſulto:ſalutem.

n On potui nõ ſubridere:cũ legi tuas lr̃as: quib⁹ facile ſum admonitus:qđ iãpridẽ re pſpicua intellexeram:nihil humana in uita pfectũ eſſe.Ego nihil meum eſſe unq̃ ſtatui:qđ amicis meis ac præſertim tibi commune eſſe nollẽ.Video aliã tibi eſſe cõſuetudinẽ: ut inquit Cicero:Cuiq; ſua uxor:& mihi mea.Nũq̃ me tñ pœniteat mei inſtituti.Tuis mihi libris opus nõ eſt. Nã ſatis mihi librorũ eſt in meipſo:quantũ alteri huiuſce tẽpeſtatis cuiq;. Itaq; tibi habeas libros tuos: quorũ tãtope indiges.At ego meos quib⁹ maxime omniũ abũdo: tibi ſemp uolo cõmunis eſſe. Tu interim q̃ rectiſſime feceris: ſi Ioannẽ Iacobũ parmenſem caſtigaueris:taleq̃ reddideris: ut grauitate ſapiẽtiaq; tua nõ omnino indignus exiſtimet̃.Eſt enim iudicio meo nõ mõ ſtultus pcacitate ſua:ſed etiã fatuus: id qđ eminẽtia ſtuporq; oculorũ pfacile declarat.Ioannẽ ambroſium in Ioannẽ Iacobũ mutare nõ parũ intereſt in petulãtẽ ſobrium.Vale.Mediolani.Ex ædibus noſtris.vj. kal̃. Maias.M.cccc.vij.

Franciſcus Philelfus:Ioanni medici:ſalutẽ.

q Vos recõciliata int̃ nos gratia carminũ libros ultro dare ad te inſtituerã: dedi etiã eos libẽti⁹ acceptis lr̃is tuis:quib⁹ ſignificabas tibi mea ſcripta eſſe non iniucũda.Nec uolo exiſtimes hucuſq; nr̃a munuſcula calcẽ ſiſtere.Nã ppediẽ alia ſubnectã. Interim ita me dilige: ut intelligã meã recõciliatã beniuolentiã tibi eſſe nõ ingratã. Vale.Ex Mediolano.iiij.kal̃.Maias.M.cccc.Lvij.

Franciſcus Philelfus: Antonio bechariæ:ſalu.

b Aldus martyrelluſ & tibi iãpridẽ & mihi ut eſt perhũan⁹ & liberalis admodũ familiaris: dicit accepiſſe a te lr̃as:quib⁹ ſcripſeris ad ſe meũ tibi Plutarchi codicem τὰ τῶν ἑλλήνων τε καὶ ῥωμαίων παράλληλα cõtinentẽ uæniſſe. Quod ego audiẽs nõ tam ſtomachatus ſum:q̃ miratus. Nã quẽ ego uirũ bonũ & grauẽ ſemp exiſtimaui:induci uix poſſum ut credã ea te ſcribere: quæ refelli plane ueriſſimeq; poſſunt. Qđ ſi ea ioco ſcripſiſti:iocare ſane:ut libet:modo iocus tu⁹ amicitiæ noſtræ detrimẽtũ

nō afferat. Nā neq; amicū fallere: neq; falli ab eo uelim. Itaq; facito me: si libet: hac dˀ re q̄primū certiorē. Tibiq; ꝑsuade me nullo pacto induci posse: ut sim isto codice caritur⁹. Vale. Ex Mediolano Nonis Maiis. M.cccc.Lvii.

Franciscus Philelfus: Petro medici: salutē.

d Vos Hippocratis libros: alterū de flatib⁹: alterū de passionib⁹ corporis: quos iāpridē e graeco uertimus in latinū: iccirco dedi ad te: ut uel curares: uľ tuereris ualitudinē tuā. Nā ꝓ recōciliata inter nos gr̄a te nō mediocriter diligo: id qdˀ sane facit: ut tibi cupiā eē q̄optime. Lege igiť hosce libros: & eoꝝ praeceptis utere. Qdˀ si feceris: sicuti ꝓ tua prudētia factuꝝ te certe scio: nō dubito fore ut indies meli⁹ cōualescas. Fuit em̄ Hippocrates uir ꝑfecto nō mō doct⁹ & erudit⁹ egregie: sed qdˀ eruditiōis est ꝓprium: prudētissim⁹: & idē si qd ad rem ualet: eloquētissimus. Vale. Ex Mediolano. xiii. kaľ. Iunias. M.cccc.Lvii.

Franciscus. Philelfus. Nicolao canali patricio Veneto: salutē.

q Vid abs te uelim & cui⁹ gratia: ex iis intelliges: quae post has lr̄as uel potius in his lr̄is scripta intelliges. Feceris aūt mihi rē admodū gratā: te aūt non indignā: si me q̄primū feceris de iis omnib⁹ certiorē: quae ad te scripsi. Qdˀ ut facias: te etiā atq; etiā rogo. Vale. Ex Mediolano. xiii. kaľ. Iunias. M.cccc.Lvii.

Frāciscus Philelfus: Iacobo moranicae theologo atq; generali religiosissimi ordinis minorū: salu.

e Tsi nō uereor aliquos fore: q uel graecae litteraturae imperiti: uľ inueterato iā irroboratoq; errori obstinatius inhaerētes: aut ignorātiae me accusent: aut impudētiae: qdˀ audeā ad id unū nō perinde accedere: ut edocear: sed ut doceā potius & emēdē: qdˀ uniuersa tādiu usurparit ac tenet Romana eccl̄ia: nō patiar tn̄ uir christian⁹ nō id in mediū referre: qdˀ aut temere mihi sentire uidear. Atqui fieri sane potest: ut fallar: & qdˀ ꝓpriū est erroris: ut falsum ꝓ uero approbē: quare alterutrū mihi iucūditati futurum sit: uel doceri qdˀ nesciā: uel id praestitisse unū iudicari: ne caeteri diutius errarint. Qua in re idē mihi cōtigat: ne

cesse est qđ aut medico si sanarit:aut ægroto solet: si bonã ualitudinẽ recuparit. Vterq; lætat̃ quidẽ:sed qui mõ ægrotarat:multo magis. Et ne sim in perspicua re ꝓlixior:paracletũ spiritũ quem Christus humani generis redemptor se missurũ pollicetur apostolis: uideo ab hominibus paraclitum appellari:hoc est:per. i. breui penultima: quod per. e. penultima producta pronunciari oportet. Græci enim non παράκλυτον paraclyton: sed παράκλητον paracleton scribũt p. η. id est. e. productã:& non per iota: quæ quidem littera significat. Quod si paraclytus apud græcos inueniretur:quod certe minime inueniť:nõ p. i. iota:sed p. y. tenue scribereť. Significaret aũt paraclytus ita scriptũ:infamẽ:aut præter famã. Nã παρὰ para apud græcos q̃q̃ plura significet: in hmõi tñ cõpositione præter uel diminutionẽ significaret. κλυτὸς clytos uero fama declarat insignẽ: id qđ inclytus probat:famosus em̃ in malũ capiť. Itaq; paraclytus a præpositiõe παρὰ para & κλυτος clytos nomine cõpositũ quod significatum recipiat:quis ignorat? Id aũt q̃ esset nõ modo absurdũ in Christo Iesu:sed etiã dictu impiũ:quis nõ uidet? Paraclet⁹ inq̃ penultima syllaba nõ correpta:ut uulgo proferunt:sed producta & scribi debet & ꝓferri. Et descẽdit id qdẽ nomẽ a uerbo παρακαλέω paracaleo: quod & rogo significat & hortor apud priscos:apud iunioris uero græcos etiam pro consolor reperitur. Ab hoc autem uerbo παρακλήτωρ pacletor descẽdit & παράκλητος: paracletus. Et qui in foro ac iudicijs a nostris deprecatores uocantur:hi apud græcos nominantur παρακλήτορες. Itaq; polliceť Iesus discipulis suis missurũ sese paracletũ spiritũ: qui eos sit edocturus: siue illum adhortatorẽ siue deprecatorem:hoc est aduocatũ:ut uulgo interpretať:siue cõsolatorem etiã intelligere uelimus. At dixerit quispiam: nõne id nominis diu⁹ intellexit Ambrosius? nõne disertissim⁹ Hieronym⁹? nõ eruditissim⁹ Augustin⁹? nõ alij ꝑ mlťi atq; sapiẽtissimi doctores ecclesiæ:qui æque græco ac latino eloquio floruerunt? Intellexerunt ij quidem omnes. Nec dubito:si illorum codices extarent:quos suis illi manibus scripserũt: nunq̃ tantus & tam crassus error in Romanam ecclesiam

inuasisset. Sed dū litteraturā cōtēnimus politioreq̃ disciplinā: nō solū in uerbis: sed in reb⁹ quoq̃ ipsis nō mediocriter erram⁹. Vnde etiā factū est: ut eadē ignorātia & p̄ νοῦ nu: hoc est mēte ponam⁹ intellectū: & p̄ energia actū: cū multū certe intersit int̄ mentē & intellectū: & inter actū & energiā. Sed utcunq̃ res habet: Libuit hæc ad tuā paternitatem scripsisse: quo in tāto uestro & tā uenerabili religiosissimorū & sapiētissimorū theologorū cœtu: qui ex uniuerso terrarū orbe in hāc florentissimā urbē cōsultādi de reb⁹ maximis decernēdiq̃ gr̄a cōfluxerūt: nihil prætermittatur: qđ ad ueritatē diuini uerbi uel stabiliēdā: uel ornandā attinet. Vale pater reuerendissime. Mediolani ex ædibus nostris. vij. Nonas Iunias. M.cccc.Lvij.

Franciscus Philelfus: Gabrieli theologo: salutē.

f Rater Roberth⁹ cōterrane⁹ iste tu⁹ si nulla p̄uocat⁹ iniuria uľ amicū uitupat: quid faciat inimico? Agit autem neq̃ p̄ iusticia: neq̃ pro sua p̄fessione. Vale Mediolani. Ex ædibus nr̄is. xiij. kal'. Iulias. M.cccc.Lvij.

Frācischus Philelfus: Gabrieli theologo: salutē.

q Vod frater Roberthus tā sancte tāq̃ p̄humaniter se se purgarit: nō possum equidē nō lætari. Nā quem nulla ipse p̄uocassem iniuria: non potuissē fortassis æquo animo couitiū ferre: nulli præsertim culpæ obnoxius. Pereant igiť qui maledicta falso renūciāt: ut sunt hoīes maledici ac perfidi. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. xiij. kalen. Iulias. M.cccc.Lvij.

Franciscus Philelfus: Bartholomæo ricinatensi regio secretario atq̃ oratori: salutē.

u Tor te semp̄: ut uides familiariter. Qđ eo facio libētius: quo scio hmōi p̄uinciā: ut es animo p̄humano atq̃ liberali: tibi esse nō ingratā. Itaq̃ facito ut soles omnia mea causa diligēter. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Septembres. M.cccc.Lvij.

Frācischus Philelfus: Ioannocio manetto equiti aurato: salutem.

p Rosper Camulius uir prudens & disertus cū istinc

modo reuertiſſet Mediolanũ: cũ mihi tuis uerbis ſalutem dixit: tũ ea de te: deq; tuo ſtatu renũciauit: quæ nõ inuitus audiui. Nã q tibi ꝓ nr̃a uetere ſũmaq; amicitia bñ eſſet ſemper: optarim: nõ potui eqdẽ nõ lætari: qd' uiro plane optimo & homini doctiſſimo erudito is locus datus eſſet apud Alphonſum regẽ: q & rei tuæ & dignitati rñderet. Feciſti aũt ut ſoles oĩa prudẽtiſſime: qui a quotidianis illis ſplẽdidiſſime tuæ ciuitatis cõtẽtionib⁹ ac fluctib⁹ apd' regẽ ſapiẽtiſſimũ tanq; in quietũ aliquẽ & trãquillũ hũanæ fœlicitatis portũ te recepis. Iãpridẽ cũ florẽtiæ agerẽ: ſolebã primis ãnis tuũ ut id inſtitutũ nõ ꝓbare ſolũ: ſed etiã laudare: q Platonicis ut mihi uidebare: præceptis imbut⁹ reipublicæ gubernacula nullo pacto uelles attingere. Itaq; totũ græcæ diſciplinæ ſtudijs & exercitatiõib⁹ te dedideras. Eraſq; eius rei gratia quotidie mecũ una. Et cũ mlˈta ſimul cõmentaremur: nõ mediocrẽ uterq; uoluptatẽ & fructũ ex illa nr̃a cõſuetudine aſſequebamur. Gratulabar igitur uel fortunæ ulˈ prudẽtiæ tuæ: q in florẽtiſſima ciuitate & ampliſſimo patrimonio cõſtitut⁹ illũ uitæ curſũ tuereris: qui nemini cuiq; niſi uiro ſapiẽti cõceſſus ſit. Deinde uero cõtrarijs neſcio quibus repẽtiniſq; flatib⁹ ex illa pacatiſſima animi ſede ſecuritateq; excuſſus te turbulẽtiſſimis reipu. tẽpeſtatibus ꝓcelliſq; obiectaſti. Vbi &ſi oĩa cõſtãter: moderate innocẽt: & cõtinẽtiſſime ſemꝑ geſſiſſe te accipio: iuidiæ tñ naufragio carere oĩno nõ potuiſti. Quare prudẽtiſſime ex illiuſmodi fluctuoſiſſimis æſtibus emergere aliquando & in tutiſſimũ uitæ domiciliũ te recipe uoluiſti. Nã ubigentiũ tibi aut quietior uita: aut honorificẽtior ſit futura q̃ apud Alphonſum regẽ: cui⁹ uirt⁹ & ſapiẽtia tãta eſt: ut cũ uniuerſa terrarꝝ orbe facile queat de omni genere laudis cõtẽdere? Nam ſi nemo admodũ diligit: qd' ignoret: quis ambigat te regi ſapientiſſimo & optimo eſſe chariſſimũ? Itaq; nõ poſſum tibi nõ plurimũ gratulari: q eã tãdẽ fortunã ſis nactus: quæ ex ſententia tua uirtuti tuæ eruditiõiq; reſpõdeat. Reliquũ eſt: ut quicquid uel opere uel tẽporis litterarũ & bonarũ artiũ ſtudijs p ciuilis labores illos aut interceptũ: aut ſubtractum aut reſciſſum fuerit: id aſſiduitate atq; diligẽtia: legẽdi ſcri

bẽdiq; resartias atq; repares. Hac una re nihil factur⁹ es: qđ maiorẽ tibi sit gl̃iam iucũditatẽ allaturũ. Sed q̃m scio id tua te spõte uel nullis adhortatiõib⁹ meis effecturũ: in præsentia lõgior eẽ nolim. Itaq; Vale: & me tuis etiã lr̃is de omni statu tuo facito certiorẽ. Quid eñ petã: ut diuo regi Alphõso me cõmẽdes: cũ ꝓ nr̃a amicitia id ultro ipe facturus sis? Ex Mediolano. xij. kal'. Octobres. M. cccc. Lvij.

Franciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: salutẽ.

n Escio: uter nr̃m magis sit accusand⁹ quotidiani silentij. Nec dubito fore: ut me malis q̃ ipm te hm̃oi culpæ obnoxiũ existimari: q̃uis etiã noris ea te nõ uacare. Vtcũq; res tñ habet: iccirco ad te prior scripsi: ne posthac ita silentiũ adames: ut pristinæ tuæ facundiæ bellũ indixisse iudiceris. Interim me uelim facias certiorẽ: & q̃ belle uales & q̃ nr̃i mẽoriã præ te fers. Ego eñ & ualitudine utor prospera & benignitate principis nõ alacri minus q̃ larga. Reliqua etiã apud me læta sunt. Vale. Ex Mediolano. xj. kal'. Octobres. M. cccc. Lvij.

Franciscus Philelfus: Marioto tertino: salu.

q Vã tẽporũ iniqtas nõ amãdi qdẽ: sed scribẽdi fecit intcapedinẽ: eã tãdem iucũdior hæc dies e medio nobis tollere: ita ut ul' ad mutui amoris cumulũ nõ mediocris facta uideat̃ accessio. Nã qñ mutui cõspect⁹ nõdũ facultas dat̃: mirũ me desideriũ tenet tuarũ lr̃arũ. Quãq̃ eñ de te quotidie ꝑconctãti mihi grati nũcij afferuntur: m̃lto tñ gratiora futura sint: quæ ex tuis lr̃is quasi ex te ipo cognoro. Itaq; si me amas: ut soles: id qđ certe facis: da operã ut q̃ primũ te de omni tuo statu loquentẽ audiã. Quod si de meis reb⁹ certior fieri ex me uis: ego cũ uniuersa familia bñ ualeo: & eo mecũ se gerit fortuna: quã uocãt: humanius ac lætius: quo huic optimo munificẽtissimoq; principi & charus sum & admodũ iucũdus. Vnde etiã fit: ut annorum accessio me senescere nl'lo pacto patiat̃. Nã & in cute & intus uiridior sũ q̃ dudũ: cũ istic agerẽ iuuenis. Vale. Et Franciscũ beninũ cõpatrem meis uerbis saluere plurimũ iube. Ex Mediolano. iij. kal'. Nouẽbres. M. cccc. Lvij.

Franciſcus Philelfus:Frãciſco caſtel/
lano equiti aurato:ſalu.

Aetor equidẽ:& maiorẽ in modũ gaudeo:qđ ſimul
I cũ annis æque tu⁹ amor erga me creuerit:ut maiore
ego te beniuolẽtia magis indies atq; magis proſe/
quor.Quã animi tui uł benignitatẽ uel gratitudinem: qua
me ut ueterẽ & doctorẽ & amicũ cõplex⁹ es:cũ diligo plu/
rimũ:tũ facio maximi. Nã qđ nobiliſſimi generis fulgorẽ
ꝓbitatis ſplẽdore illuſtraris:nõ poſſũ nõ mirifice laudare.
Fortũa em̃ cũ uirtute cõiũcta uitã efficit:tũ iucũdã:tũ optã/
dam imprimis.Nec eſt tñ ullũ fortunæ cõmodum cũ animi
bonitate cõparãdũ:utpote qđ una uirtute nihil ſit in homi/
nũ genere neq; certi⁹nec ſtabilius nec diuturni⁹ qcq̃.Et cũ
oĩs uirt⁹ laudãda ſit:tũ haud ſcio:an id potiſſimũ ꝑinde atq;
peculiare gratitudini dãdũ eſt:qppe quæ ſola(ut ita dicã)ſi/
ne deteſtabili ſcelere deſeri nõ poſſe uideat̃.Itaq; nõ abſur/
de a uiris ſapiẽtib⁹ ingratitudini impudẽtia comes aſciſcit̃.
At hominẽ impudẽtẽ flagitio nllo uacare uolũt.Vt igit̃ de
benignitate animi tui: quæ tibi ꝓpemodũ ẽ patrita dicere
omittã:te gratitudinis laudari cũ audio: uoluptate afficior
nõ uulgari.Nõ em̃ grat⁹ eẽ potes:niſi idẽ ſis iuſt⁹:niſi idem
ſis cumulata uirtute prædit⁹.Nã ut de reliqs ſileã: cũ de me
tã honorifice:tã libẽter:tã amice apđ oẽs quotidie ſmonẽ
habes:id qđ uno eodẽq; omniũ ore ad nos pferṫ: ſatis ſup
q; declaras nihil eẽ apđ te neq; antiqus neq; dulci⁹ accepti
bñficij grata recordatiõe & referẽdæ gr̃æ beniuolẽtiſſima
uolũtate:ut q bñficij loco ducas illud doctrinæ officiũ: quo
pene adhuc puer a nobis es liberaliſſime iſtitut⁹. Qua qdẽ
tua hũanitate mi Frãciſce:neq̃o nõ admodũ delectari: q id
tibi bñficij loco des:qđ ſine magna reprehẽſiõe præterire
nllo pacto potuiſſẽ.Qui.n.te nõ diligerẽ:nõ amarẽ:nõ ma/
gnifacerẽ:i quo tãtã uiderẽ ineſſe indolẽ:qñtã i alio tuæ æta
tis nemine:quẽ totũ ad pudorẽ:ad elegantiã moꝝ: totũ ad
laudẽ ac dec⁹ natũ intuerer? Sed es tu plane ingẽti munifi/
cẽtiſſimoq; aĩo:q etiã qđ ab alĩo tibi debeṫ:ꝓ ſuſcepto bñ/
ficio habẽdũ uelis:nihilq; pluris facias:q̃ bñficiũ te pſtare.
Quã igenij tui bonitatẽ atq; altitudinẽ animi tãta dilectiõe

cōplector: ut uix mihi suaui⁹ qcq̄ sit: q̄ de te laudibusq̄ tuis die noctuq̄ & audire & loq. Habeo aūt tibi grās: qd' mihi ī amore rn̄deas: neq̄ te uinci hoc tāto mutuæ charitatis munere patiare. Reliquū est: ut quādo quidē coram nos inter nos minus licet familiaris cōferre sermōes: hos nostræ nobis litteræ quotidie repræsentent. Vale cū uniuersa familia Meq̄ ama ut facis. Ex Mediolano pridie nonas Nouēbres M.cccc.Lvij.

Franciscus Philelfus: Gregorio arrigo iurisconsulto: salutē.

f Acit uetus ac summa amicitia illa nr̄a: q̄ ab usq̄ ꝑpe adolescētia cōiūctissime olim uiximus: ut existimē te omnia mea causa facturū. Audiui Ioannē Petrum lucensem quo auditore primū cū Florētiæ oratoriam philosophiāq̄ docerē: deinde amicissimo semꝑ uel absente sum usus: ꝓxima æstate diē obijsse: id qd' certe ut debui tuli molestissime. Cupio fieri ex te certior: & quos libros reliquerit: & q̄ cōditione: hoc est uænalesne sint. Emerē enim aut om̄is: aut plærosq̄ præsertim græcos: siqui scilicet digni sunt lectione nostra. Fac igit̄ si me amas: ut hanc rē & q̄primū & q̄diligētissime intelligā: hoc erit mihi tam gratū: q̄ quod maxime. Ornatissimū equitē auratū Petrū nucetanū nomīe meo salute plurima impertias: uelim. Vale. Ex Mediolano. xij. kal'. Decēbres. M.cccc.Lvij.

## Francisci Philelfi Epistolarū Liber decimusquartus.

Franciscus Philelfus Lodouico gonçagæ Mantuæ marchioni: salutem plu. dicit.

q Vod oēs te uiri docti ijdemq̄ sapiētes & obseruēt & uenerent̄: quid est qd' mirari quēq̄ oporteat: cū & unus ipse sis: qui reliquos oīs Italiæ principes doctrina atq̄ eloq̄ntia antecellas: & te in cūctos munificētissimū præstes: qui in illorum se genere reponi uoluerūt: qui urbani sūt doctiq̄ nominati. Itaq̄ habeo tibi grās nō uulgaris: quod tuo

me locupletissimo testimonio talē ōndas:quē homines dignū existimēt dilectiōe bnficētiaq; tua. Nā hi soli mutua charitate deuinciunť:qui studijs sūt & morib⁹ q̄ssimillimi: & si pl⁹ merētes amari etiā magis debēt. Sic em̄ ueluti quadā seruata ꝓportiōe minorib⁹ est cū maiorib⁹ amicitia. At ego mihi ꝑmagnæ ascribo laudi:qđ ab om̄ib⁹intelligar amari abs te optimo & sapiētissimo principe: uľea duct⁹ rōne: quod rarissime accidit:ut in sūma licētia cōstituti nō eos uľ cōtēnāt uel negligāt: qui sint fortuna inferiores. Quare cū tāti me fieri abs te uideo:ut quotānis orner munerib⁹ tuis: & his qdē amplissimis:nō debeo nō iure optimo lætari: cū mea cui uideo certissimū in te uno semꝑ paratū esse præsidiū:tū etiā tua causa:qui om̄ib⁹patefacias nihil apud te esse antiqui⁹ ꝓbitatis & eruditiōis studio. Nunq; em̄ ꝓbos uiros & eruditos tātopere dilexeris: nisi ꝑillustri sis bonitate prædit⁹ ac sapiētia singulari. Quo fit:ut eo me maior teneat admiratio:qui min⁹ operā oēm diligentiāq; accōmodes: ut tui similē reddas Fredericū filium præstāti indole adolescētē. Puto em̄ licere iā mihi familiari⁹ tecū loqui. Nū es oblitus:qđ Cyrū dicere solitū tradūt:neminē decere imperare:qui subditis nō sit melior? Quo animo ppľi eū ferāt:quē indignū principatu cēsuerint? Qui em̄ alios regat: q seipm nescit? At reipublicæ imperādiq; disciplina nō tradiť natura:sed lrarū librorūq; monimētis. Itaq; uir indoct⁹& indisertus:nō mō ciuitates nō bn̄ rexerit:sed ne seipm qdē. Oportet em̄ principē nō min⁹ eloquentē esse:q̄ & sapiētē & iustum. Laudať certe a uiris prudentib⁹ illud Parysatidis dictū:quo artaxerxē filiū monebat:ut cū orationē eēt habiturus ad pplm:uerbis grauissimis & ornatissimis uteretur. Et Plato:beatas fore illas respub. affirmabat:quæ ab ijs regerētur:qui aut ipi saperēt:aut sapiētiæ studerēt. Nec em̄ parū ille sapiētiæ sit adept⁹:qui se cupit sapientē fieri. Bono autē & sapiēti principe simulq; eloquēti nihil ꝑfecti⁹ esse duco: nihil magnificētius:nihil ciuib⁹ uniuersæq; reipub. neq; fœlicius neq; beati⁹. Cura igiť quæso: ne lrarū studia deserat Frederic⁹:quib⁹ tādiu oꝑa dāda est:quoad se totū ad imitationem tui imaginēq; effinxerit. Nullam isti pulchriorem

hæreditatẽ cessurus es:nullã meliorẽ: nullã diuturniorẽ: q̃ uirtutis tuæ grauitatisq; disciplinã. Om̃ia certe:quæ aut corporis:aut fortunæ dicunt̃ cõmoda:sũt ul' minimo animi bono inferiora. Hoc em̃ in nr̃a est ptãte positũ: hoc immortale atq; sempit̃nũ. Illa uero nec nr̃a sunt & instabilia planeq; caduca. Quare fac:obsecro: ut & dicẽdo & agẽdo sapiẽtiã tuã semp & eloquentiã Fredericus repræsentet. Nã quod ais p te nõ destitisse:quin lr̃atus ac disertus fieret:cum eius ætas ad hmõi munus esset aptissima: sed quẽ ingẽti mercede præceptorẽ quæsieras:haud potuisse cõsequi: uelim qd ista de re sentiã:accipias paucis. Omniũ primũ qd' ad præceptorẽ attinet: id qd' tua bona uenia dictum uelim:quærebas crepusculo lucẽ noctis infundere: oblit⁹ ut uidet̃: & cõtraria curari cõtrarijs. Et illd' itẽ: Om̃e tulit pũctũ:q miscuit utile dulci. Tristẽ Scipiõis africani seueritatẽ: nã hmõi illũ facie extitisse phibẽt: hilaris lenitas Lælij cõdiebat. Freno dicere solitus Plato traditur Aristoteli:opus esse & calcaribus Xenocrati:quippe quorũ alter tardiore esset ingenio: sed Aristoteles alacriore q̃ par foret atq; acriore. Medium sane quiddã pbare Plato uidebat̃:quod tanq̃ ex Aristotele Xenocrateq; constaret. Quantũ possum intelligere:Fredericus tuus est natura melancholicus. At melancholicos omnis esse ingeniosos docet Aristoteles. Et ne id quidẽ mirũ: Sunt em̃ cogitationi natura dediti. Qui aũt multũ cogitat: multa quoq; ex se inueniat necesse est: quæ a nemine didicerit. Vt igit̃ opera danda est:ne ferues ingeniũ nimio ocio defrigescat:ita etiã studẽdũ: ne tristiore cõsuetudine se atræ omnino bili faciat obnoxiũ. Is inq̃ doctor adhibendus est Frederico:qui cũ omni uita pbatus sit: tũ moribus nõ sordidis incultisq; potius:q̃ lautis & amenis. Nã quã tãdem ætatẽ aliã ad litteraturã & humanitatis artes aptiorẽ ista existimemus: quã Fredericus nũc agit:qui natus annos septẽ & decẽ:iam quid sibi agẽdũ sit:p rationẽ assequi possit. Solus em̃ hõ ex omnib⁹ animãtibus agere dicit̃: & is qdem hõ q assecutus iã sit pfectũ rõnis usum:quo quidẽ ipo & mulieres & pueri & qui mẽtis cõpotes nõ sũt:carere iudicant̃. Nã qd' aut infantes aut pueri didicerint:id ne intel-

ligunt quidem. Vnde fit: ut neq̧ ij boni neq̧ mali affirmari queāt. Sed omnis eorū uel uituperatio uel laus: aut parentibus dāda sit: aut præceptoribus: & his uiris quorū aut minis aut blādicijs parēt. Adolescētes uero & si sapere iam cœperūt: abducunt̄ tn̄ nōnulli ab animi ptūrbatiōib⁹: & ita relicta rōne rapiunt̄ in deuia: ut nusq̄ cōsistere posse uideantur. Itaq̧ huic quoq̧ ætati nō min⁹ sæpe q̄ pueris freno est opus. Nā qđ pueri deliquerint: quia nōdū assecuti sint rōis imperiū. Idē uenire usu adolescētib⁹ solet: qđ illud deseruerint. Quare si pudor & uerecūdia nō tantam uim habet: ut hunc ætatis feruorē cōpescat ac leniat: alia quædam acriora sunt callidioraq̧ remedia adhibēda: quæ quidē excogitare parentū est: & eorū qui in eā ætatē ius habēt. Videmus em̄ alios duci blādicijs: alios quibusdā munusculis: admonitionibus alios: nōnllos castigatione: increpatione: metu. Non easdē morbis omnibus curationes medici addere consuerunt. Pro cuiusq̧ ingenio ac morbo q̄sq̧ curādus atq̧ sanandus est. Illud mihi exploratissimū est: om̄is bona indole adolescētes parētibus gratificari: maxime obtēperareq̧ solere. Nec equidē ambigo princeps Lodouice: si tuus præclarus modestissimusq̧ filius Fredericus liquido animaderterit se tibi iucundissimam rem facturum: ubi litterarum: & liberalium disciplinarum studijs se tradiderit fore: ut nihil sibi potius ducat q̄ & dies & noctis in hoc pulcherrimo laudatissimoq̧ munere consumere. Nec enim grauissimos isti cum uolueris: eruditissimosq̧ doctores defuturos a quibus honeste queat: & liberaliter ad ea omnia institui: quæ ad bene beateq̧ uiuendū requirunt̄ in principe. Id autē eo magis tibi curandū est: quo cæteris omnibus Italiæ principib⁹ es litteris & doctrina superior. Non em̄ passurus sis: ut in hac tā illustri hæreditate tanq̧ tibi atq̧ tuis propria degenerasse Fredericū a patrita & auita gloria ulli insimulēt. Hæc ego pro mea erga te pietate confidentius fortasse q̄ deceret: scripsi: quæ tu uelim clæmenter: ut soles: omnia ac benigne interpreteris: uel eo usus græcorum prouerbio: quo iubetur: quæ amicorum sunt: communia duci oportere. Id quod non minus in libris q̄ in pecunia tenendum

atq; ſeruãdũ puto: & eo fortaſſis in libris maximis: quo me-
lius hiſce atq; præclarius cõſultũ cupim⁹ q̃ ſupellectili & pe
cudibus. Vale princeps optime ac munificẽtiſſime: Meq;
ut facis ama. Ex Mediolano. vj. Id⁹ Decẽbres. M. cccc. Lvij

Franciſcus Philelfus Nicodemo
tranchedino: ſalutẽ.

Itteræ tuæ fuerũt mihi iucũdiſſimæ cũ tua cauſa quẽ
l intellexerim bñ ualere cũ uniuerſa familia: tũ etiam
ob Frãciſcũ patriciũ: quẽ e mortuo uiuũ factũ acce-
perim. Triſtis eñ de homine amiciſſimo nũci⁹ plat⁹ ad noſ
fuerat: cũ eſſet q aſſereret uľ ſe præſente ſuppliciũ eẽ de eo
ſũptũ. Itaq; indoluerã ei⁹ uicẽ: idq; oẽm popularẽ ſtatũ: qui
ſine ſeditiõe eſſe uix unq̃ cõſueuit uæhemẽtiſſime execra
bar. Quãq̃ Frãciſco familiari nr̃o nihil magis arbitror ob-
fuiſſe: q̃ inuidiã: qua uiri & præſtãtes nunq̃ caruerẽt. Lætor
igiť plurimũ: q̃ præter opinionẽ ac luctũ nobis acciderit.
Tibiq; habeo ingẽtes gr̃as qď iſti⁹ dignitati ſtudeas. Id qď
ut aſſidue facias: te etiã atq; etiã maiorẽ in modũ rogo. Qď
uero ď re altera cõſiliũ cepis: ꝓbo & gaudeo. Miror aũt qd
uiro illi in mẽtẽ uenerit: ut cũ iã ad calcẽ ꝑuenerit: a decur-
ſo iã olympiæ ſpatio auertať: atq; uictoriæ palmam renuat.
Nũ forſã cũ ætate animi quoq; uigor cõſenuit? Verũ tu he-
beſcẽti iã ſanguini flãmas adijce rõnis. Cõcaleſcet fortaſſe:
priorẽq; uim accẽſus reſumet. Nos oẽs ualem⁹ recte. Vale
etiã tu atq; tui oẽs uel nr̃i poti⁹. Patriciũq; hortare: ut forti
animo ingẽtiq; ſit: memineritq; ſapiẽti nihil obeſſe poſſe:
& fortunã oẽm uel minima uirtute eẽ inferiorẽ. Ex Medio
lano pridie kaľ. Ianuarias. M. cccc. Lvij.

Franciſcus Philelfus: Donato
actiolo: ſalutẽ.

Idi ac legi ſuauiſſimas tuas lr̃as ad Iacobũ actiolũ tu-
u um: qd inq̃ tuũ: imo nr̃m. Nã amicorũ quæ ſunt: ea
priuata his eẽ nõ oportet: ſed ꝑinde ſane atq; cõia.
Mirat⁹ aũt ſũ: qd tibi in mentẽ uenerit: qď hetruſco malue-
ris maťnoq; uti ſmone q̃ latino & lr̃ato. Nã facundũ eẽ te
planeq; diſertũ ignorat nemo. At Iacobũ nr̃m tm̃ in dicẽdo
ualere experti ſumus: ut ſuæ ætatis nemini cõcedat. Num

fortassis ōndere uoluisti:nō ōmino te græcū factū: qm̄ apd᷑ eruditissimū eloquētissimūq; uirū Ioannē argyropolū græ/cis disciplinis studeas:quasi græca oratio latinæ aduersetur uel nō simillima sit potius:& ei maximū afferat ornamētū? At ne quippiā quidē scripseras:qd᷑ in hominū man⁹ uentu/rū nolles? Fit em̄ sæpe:ut quæ uident̄ ineptiora:iccirco scri/bamus materna lingua:qm̄ excribi a quopiā nolim⁹. Nam quæ ornati⁹ scripta fuerint:ea ꝑsæpe ul᷑ inuitis nobis & ex/cribūt̄:& ꝑuant̄ diuti⁹. Itaq; nō intelligo:q ita scripseris:nisi forsitan fact⁹ sis ad lr̄as auidior:nolueris'q; alios ornatissimæ tuæ dictiōis imitatores effici. Qua in re magis mihi ꝓbat̄ Iacob⁹:q quotidie aliqd scribit minerua & eloquētia sua di/gnū. Id qd᷑ si tu etiā feceris:cū ꝓ officio facies:tū nobis om/nibus:q tui certe sum⁹: uoluptatē ꝑmaguā afferes. Vale cū tuis omnib⁹. Ex Mediolano Nonis Ianuariis. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus:Petro perleoni:salutem.

q Vod ad Venetos te recepis:uiros plane optimatis: nō solū ꝓbo:sed etiā lætor. Facile em̄ futurū spero: ut doctrinæ uirtutiq; tuæ paria præmia referant̄:id q; ꝓpediē. Ii em̄ sūt Veneti:ut nunq; se bn̄ficio uinci patiā/tur:sed officiū semꝑ officio cumulent:& maximoꝑe ꝓme/reri studeāt. Gratulor igit̄ fœlicitati tuæ:qui ī eo sis loco tā/dē collocatus:ubi & emolumēta sis nō uulgaria:& laudem itē maximā breui assecutur⁹. Institue igit̄ (ut cœpisti) patri/cios istos adolescētes:nō morū minus q; doctrinæ eloquen tiæq; præstātia. Fœcūda nact⁹ es feracissimaq; ingenia: quæ quod laudis sæmen acceperint:ad maturā frugē miro incre mēto sint ꝓductura. Vnde etiā tu tanq; diligētissimus qdā fortunatissimusq; excultor cū uberrimos ꝑcipies fructus: tum me ingenti afficies uoluptate:qui tuā laudē omnē per/magnæ mihi laudi esse duco. Nā quod ais de insectatiōe in/uidentiū:id tibi quoq; iucundum esse oportet:cū intelligas excellentiā omnē inuidiæ esse uelut obnoxiā. Nā quid ma/lis:utrū excellere: an excellentiā pati? Itaq; animo cōstanti excelsoq; sis: Tibiq; ꝑsuade obnixeq; tuere omnia esse uir/tute inferiora:cui quo magis inuidet: eos esse magis gloria

addit comitē. Quin tibi opera dāda est: ita eruditiōe: & dicēdi elegātia splēdoreq; augescas: ut tibi nemo ꝓpter assequēti desperationē inuidere audeat. Parib⁹ em̄ aut aliquanto supiorib⁹ inuidet̄: præstātiæ aūt nimietas hoc morbo uacat. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Ianuarias. M. cccc. Lviij.

Franciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: salutē.

r Em mihi facies nō min⁹ gratā q̄ necessariā: si qđ diebus ꝓximis ad te scripsi: & q̄primū & ex sententia mea curaueris. Scio quātū prudētia uales: quātū etiam gratia. Itaq; nihil dubito ꝓpediē fore: ut cōficiat̄: qđ cupim⁹: mō aduigilare uolueris. Tuo autē erga me animo certius habeo nihil. Matura igit̄: si me amas: & qđ uolum⁹ effice. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Ianuarias. M. cccc. Lviij.

Franciscus. Philelfus: Aenæ cardinali Senensi: salutē.

b Inas litteras tuas: quas nō eodē tēpore ad me dederas: eodē accepi die. Fuerūt utræq; mihi nō iucūdæ min⁹ q̄ exoptatæ. Quid em̄ nō in ijs erat plenū humanitatis & benignitatis tuæ? Itaq; ut plurimū mihi sū lætatus: qđ intellexerim apđ ueterem amicū meæ in se pietatis memoriā nllā esse interceptā neq; tēporū nec fortunæ uarietate: ita maiorē in modum tibi patri amplissimo gratulor: qđ omnia sis sūma in hāc diē tua summa cum dignitate adeptus: & id sane nō modo nō petēs: sed ne cupiēs quidem. Quo fit: ut satis ꝑspicue cognoscere cuiq; liceat: q̄ accept⁹ immortali deo charusq; sis. Nō em̄ sine diuino quodā cōsilio ac mēte hmōi bona cōtingunt hominib⁹: sed cuius æterna ꝓuidētia inferiora hæc omnia supnaq; gubernant̄: illius quoq; uolūtate ac iussu cuiq; ꝓ meritis reddit̄. Vixisti semper innocēter & pie. Nec aliud quicq; in bonis ducere unq̄ cōsuesti: q̄ Christū optimū maximū. Quare idē Christ⁹ & omnipotēs deus & dei omnipotētis filius: qui centū pro uno reddere semꝑ est solitus: tua obseruantia: cultu: bonitate delectatus: suis te indies magis magisq; bonis auget: honoribus amplificat: fœlicitate cumulat. Tu aūt ut es animo maximo splēdidissimoq; ingenio: ut ducis omnia uirtute

inferiora:ut iudicas nihil habendũ esse sine deo in bonis: diuinã quoq; bonitatẽ atq; sapiẽtiã imitaris. Nihil supra hominẽ: uel ꝓfiteris uel audes. Præstas in oẽs te facilẽ: humanũ: mãsuetũ. Nihil tibi aut ad rem: aut ad dignitatẽ additũ putes: qđ ab deo nõ sit. Quãobrẽ sempiterni dei: tanq̃ uel negociator: uel præbitor aliquis te in cunctos ea geris benignitate: qua semꝑ antea mirifice claruisti. Hinc etiam me nõ minore nũc dilectiõe cõplecteris: q̃ usq; a primis ãnis q̃bus tibi sũ cognit⁹ mirifice diligebas. Et ne id quidẽ mirandũ. Nã cũ sola uirtus eẽt: quæ me tibi cõciliabat: eo fit: ut eadẽ duce idẽ sit tuus erga me amor. Mea eñ erga te obseruantia tãta est: quãta uel fuit unq̃ uel maior eẽ possit. Et hac de re satis. Cætera quæ scripsisti intellexi. Tibiq; habeo grãs ĩmortalis: qđ quãtũ in te fuit: desiderio meo satis cumulatissime fecisti. Siquis aũt unus sit: qui de meo illo codice aliq̃d certi habeat: Bessarionẽ cardinalẽ nicænũ hũc esse puto: qppe qui & utriusq; eloquiĩ atq; disciplinæ doctissim⁹ sit: ut nosti: & quæri apđ Callistũ pontificẽ solitũ accipio: qđ Micolai quinti ornatissimã librorũ supellectilẽ tam temere dissipare pateret. Itaq; ad hũc etiã hac de re lr̃as dedi. Quid futurũ sit: nescio. Vnũ certo scio nihil me omissurũ ad codicẽ uẽdicandũ. Qua in re si mihi auxilio fueris tãto me afficies bñficio: ut maiore alio nullo possis. Vale pater amplissime. Ex Mediolano Idib⁹ Ianuariĩs. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus Xenophonti filio: salutẽ.

qVod Vlyssem imitari institueris: nõ uitupero: modo nõ naufragus: sed prudẽtior ad nos redeas. Praeterea uix ullos sapiẽtia claros legim⁹: q̃ Vlyssis quodãmodo æmuli nõ fuerint: hoc est: qui ad sapientiã uẽdicãdam nõ uarias ac diuersas orbis terrarũ regiones inuisere studuerint. Vtere semꝑ ratiõe atq; uirtute duce: quod si feceris: facile spero omnia tibi secunda fore. Da q̃ sæpissime ad nos litteras: quib⁹ certior fiam de omni tua fortuna: quã tibi fautricem ac benignam futuram opto: & eam quidem fortunam: quæ dei uoluntate definitur: non hominũ stulticia. Cura etiam libros q̃ plurimos & q̃ optimos tibi com-

pares:qua una supellectili nullam sis pulchriorẽ habiturus: nullam utiliorem. Vale. Ex Mediolano. xiij. kal. Februarias M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Pallãti Stroçæ equiti aurato: salutẽ.

q Voniã meũ erga te animũ nosti ꝑspicue iampridẽ: nihil est:qđ tecũ in præsentia sim lõgior. Qđ nemini unq̃ latinorũ cõtingit:institui nullũ esse orationis genus:qđ intẽtatũ reliquerim. Quare cũ plæraq; & uersu & prosa latine scripserim: nõ oratorio & poetico more dũtaxat:sed etiã philosophico: idẽ nunc græce uacare animũ induxi:quibus quidẽ in rebus quãtũ aut ualuerim: aut ualeã: nescio: Vnũ certo scio: me non magis uno genere q̃ alio atq; alio delectari. Videm⁹ Virgiliũ oratione pedestri minime ualuisse:uersu uero claruisse plurimũ. Cõtra: Cicero soluta oratiõe fuit illustris: At uersu fuisse indocto simillimũ:& legim⁹ & iudicam⁹:quorũ neutrũ tñ audimus græcis uersibus in scribẽdo delectatũ. Ego aũt cũ latine utraq; oratiõe & delector & utor:tũ nuꝑ aggressus sum græce scribere nõnulla elegia:ut etiã græci intelligãt audire latinum hominẽ:qđ ipsi negligũt:non græce min⁹ canere: q̃ latine. Nã quãtũ etiã in dicẽdo apđ græcos aut possim:aut nõ possim:iãp ridẽ cognoscere tibi licuit. Et quoniã in aliis scriptis meis nomẽ tuũ:ut par est honestaui semꝑ:uolui hoc quoq; tẽpore aliqd ad te scribere in hoc dictiõis genere: quo oẽs intelligãt & præsentes & posteri amicitiã nostrã non fuisse uulgarẽ. Vale cũ Honofrio meo. Ex Mediolano. xiiij. kal. Februarias. M.cccc. Lviij.

Frãciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: sal.

f Acis oĩa cã mea & diligẽter & amice. Quare non possũ nõ libẽtissime fateri me tibi debere plurimũ: quod sis in faciẽdo tã accuratus: tã industrius: tam strenuus. Quãto aũt me abs te beneficio affectũ iudicabo: si uidero tua opera effectũ omnino qđ tã libẽter facis? Incũbe igit & remis & uelis:ut emersam nauim opportune in portũ agas. Quæ uero de meo Frãcisco patricio ad me scripsisti: iucundissime audiui: quem tibi uirum tantopere

cōmendo:ut intelligas te nihil mihi posse hoc tēpore gratius facere:q̄ si hunc rebus oībus q̄cumulatissime iuueris:atq ornaueris. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Februarias. M.cccc.Lviij.

Francisc⁹ Philelfus: Gregorio arrigio iurīscōsulto: sal.

m E tuæ litteræ mirū in modū delectarunt: quib⁹ liquido pspexi: quāta beniuolētia pristinā illā nostrā inueteratāq amicitiā psequeris. Facis aūt oia p officio: q neq scribēdo neq amādo cedere hoī amicissimo uolueris. Reliquū est: ut certatim hmōi hūanitatis iusticiæq mun⁹ inuicē foueam⁹: quo & uinci simul & uincere est pulcherrimū. Quid de libris illis sperandū sit: ex tuis lrīs intellexi. Siqd noui decernet: facito ut sciā. Itē siqui istic librarij sunt: qui mercede excriberent: quæ uellem⁹: Idq tā græce: q̄ latine. Qđ ad ea quæ de Antonio regino scripserā: nihil rn̄deris: sum mirat⁹. Rn̄de igit q̄primū. Te cū uniuersa familia pbelle ualere opto. Ornatissimo equiti aurato uiroq grauissimo Petro nucetano ut meis uerbis plurimā dicas salutē uæhemēter cupio. Vale. Ex Mediolano Nonis Februarijs. M.cccc.Lviij.

Frācis cus Philelfus: Aeneæ cardinali Senēsi: sal.

q Vas kl. Ianuarijs litteras ad me dederas: eas ad quītūdecimū Kalē. Martias accepi. Fuerunt mihi quæ scripsisti gratissima oīa. Habeoq dignationi tuæ sempiternas grās: qđ nihil tibi negligendū uelis: qđ mea interesse cognoris. Qđ de Xenophonte filio scpsisti: nō solū pbo: sed etiā gaudeo: q omī in re dignitatis meæ rationem habeas. Reliquū est: ut cardinalis Nicæni sentētiā mea de re intelligas: q̄q audio codicē illū etiā post obitū summi pōtificis Nicolai quinti uisum esse apud cardinalē Rhutenum. Mō qđ in re uerū sit nō ignorem⁹: facile futurū spero: ut nobilissimus codex ille ad dn̄m redeat: aut pace: aut bello: q̄uis bello pacē longissime anteponā. Vt q̄bellissime ualeas uæhementer opto: cum tua: tum etiā tuoꝝ oīm cā: e quoꝝ numero me nequaq̄ ultimū esse arbitror. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal. Martias. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sal.

F

a D quartūdecimū kal. Ianuarias scripserā ad te græce quæ mihi opus fuerāt p id tpis scribere. Nunc & si nouū argumentū se nullū obtulerat: potiusq; iam tuas de mea re lr̃as sperarē affuturas: tn̄ cū ad Aeneā cardinalē lr̃as darē: nolui eas solas planeq; peregrinas urbē petere. Itaq; alteras ad te dedi: quarū eæ comitatu frætæ sese ad iter præstarēt alacrioris. Qd' aūt latine ad te scripserim: iccirco factū est: qd' ille græce nō intelligerent. Nec est aliud quicq;: qd' tantope in præsentia abs te cupiā: q̄ ut me facias certiorē: quid de codice meo sentias: num spei quicq; sit reliquū: an perierit oīno. Immortali me affeceris beneficio: si hac in re mihi morem gesseris. Vale. Ex Mediolano xiiij. kal. Martias. M.cccc.Lviij.

Frācisсus Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sal.

n V diussextus lr̃as ad te dedi: quib' idē latine petij: qd' pauloante græce fecerā. Deinde redditæ mihi sūt hodierno hoc hodie phumanæ atq; pbenignæ lr̃æ tuæ: quib' qd' scire desiderabam: nō obscure intellexi. Itaq; habeo tibi gr̃as immortalis: quod uel in summis occupationibus tuis nihil quod mea interesset negligere uoluisti. Reliquū est: ut mihi quid ea in re faciundū sit consulas: uel epistola: uel nuncio. Nunciū uero aliū uelim neminē q̄ prudentissimū iuriscōsultū Othonem carretum: qui istinc hui' principis noīe oratorem gerit. Is em̄ qd' abs te acceperit: mihi q̄primū significabit. Præterea siquid certius habēdum iudicas: id qd' mihi quoq; uideri debet: habes archidiaconū datarium: qui qm̄ τῇ βιβλιοθήκῃ præest ut audio: rē oēm poterit q̄primū optimeq; inquirere. Et hæc hactenus. Quod me tam miris laudib' ornaris: facis id tu quidem p quadā in me charitatis tuæ amorisq; abundantia: q etiā parua quæ sunt: maxima esse cupis. Faciat deus: ut tua mihi consuetudine aliqn̄: idq; ppediē uti liceat. Facile em̄ futuꝝ sperem: ut tua præsentia perinde atq; diuino afflatu quodā: uel adiutus: uel excitatus aliquid audeā qd' uulgo non liceat. Ad hæc scire admodū uelim quot sint tibi libri Diodori siculi. Nam mihi præter prima quinq; uolumina aliud ex ei' hoīs historia ē nihil. Habere aūt cupio: qd' re-

liquũ inuenitur. Mõ istic librari⁹ ullus extet: qui hmõi mu/nus sit obitur⁹. Præterea περὶ ποσότητος συλλαβῆς ni/hil dignũ repperi apud græcos. Siqd habes incq̃ hmõi: faci to ut intelligam. Vale. Ex Mediola. ix. kal'. Martias.

Franciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: sal'.

p Etrus perleo tibi quædã noie meo exponet. Quæ quidẽ ipsa ex animi mei sentẽtia manãt oĩa. Itaq; ut quæ petierit: facias: magnope abs te peto. Vale. Ex Medi/olano. viij. kal'. Martias. M. cccc. Lviij.

Franciscus Philelfus: Lodouico casellæ: sal'.

e Xistimo te in admiratione incidisse: qd' in ꝓximo illo meo ad illustrẽ adolescentẽ Tristanũ Sphortiã epigrãmate nomen Iesu a me scriptũ legeris: qd' aspiratio/nẽ haberet inter i uocalem & e. Idq; nõ temere me fecisse: sed lapsu fortasse festinantis arundinis: cum neq; apud græ cos: neq; apud hebræos: a quib⁹ id nomẽ esse accepim⁹: eã aspirationẽ admittat. At ut rẽ teneas: neq; imprudẽtib⁹ no/bis id actum est: neq; nolentib⁹. Sed ut ita scriberem⁹: cum antiquitatis auctoritas nos est hortata: tum quædã rõ non uulgaris. Extãt in hac urbe uetustissimi atq; emẽdatissimi quidam codices & noui & ueteris testamẽti: in quib⁹ omi/bus Iesus scriptũ reperit cũ aspiratione h inter i & e: id qd' uidet nõ ab re cum sententia Quintiliani cõuenire: qui ait cõsuesse priscos nonnuncq̃ inter duas uocales aspirationẽ scribere: quod nõ Ioãnes mõ nomen propriũ oñdit: sed & ahenũ: & mihi idẽ autẽ obseruari priscos uoluisse in Iesus: nõ solum ea rõne inductos puto: ut apud latinos quoq; tris/syllabũ nomẽ id esse uellent: quod uim diuinæ trinitatis re præsentaret: sed etiã quia aspiratio sonantiorẽ syllabã red/dit ac ualẽtiorem. Et hac de re satis. Ego tuas litteras quoti die expectabã: & eas quidẽ talis: quales ab homie amicissi mo optimoq; uiro dari cõsuerũt. Vale. Ex Mediolano pri die Kal'. Martias. M. cccc. Lviij.

Frãciscus Philelfus: Antonio panhormitæ: sal'.

q Vi tibi reddidit lr̃as meas est mihi uetere familia/ritate beniuolẽtiaq; cõiunctus. Hũc tibi unice cõ/mendatũ uolo: quippe q & doctus ẽ & modestissim⁹ plane

uir amicitiaq; tua minime indignus. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Martias. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Pallanti stroçæ eqti aurato: sal.

t Antã mihi uoluptatẽ tuæ litteræ attulerũt: ut ne ulla res qdẽ maiorẽ hoc tẽpe potuisset afferre. Nã in ĩjs legẽdis te corã uidere sum uisus pstinosq; smones mirifica tua illa suauitate cõditos: nõ secus audire: q̃ si præsens eẽs ac mecũ familiarit loquereris. Qd aũt me tãto studio laudaueris: factũ id eẽ intelligo ꝑ hũanissimo tuo ĩgenio: ꝑq; singlari tua erga me charitate. Nõ em̃ tã præclare de me sentio. Habeo præterea tibi grãs: atq; ago maximas: qd πέρι ἀρτάξέρξου βάσιλέως morẽ mihi q̃primũ gesseris. Quæ uero tuo noĩe pncipi nr̃o exposuimus: audiuit is oĩa plibẽter: & ita de te honorifice ẽ locutus: ut plane oñderet te sibi eẽ charissimũ. Quare siqd ẽ qd ab eo uelis: uideo te nihil frustra petituꝝ. Scpsisti præterea græcũ eẽ apud eũdem puto: qui τὸν ἀρτάξέρξου βίον ἐξεγράψε. Mihi græco librario opus est. Quãobrẽ si uel istũ cũ istinc te nõ inuito abire instituerit: ul aliũ quẽpiã ire ad me curaueris: accipiã eũ honesta cõditione. Reliquũ est ut manibꝰ pedibusq; ad obseruandã bonã ualitudinẽ cõnitamur: non longe em̃ futurũ spero: ut q̃iucũdissime una esse possimꝰ. Vale. Ex Mediolano kal. Martijs M.cccc.Lviij.

Frãciscꝰ Philelfus: Nicodemo tranchedino: sal.

q Votidie te mihi officiosiorẽ præstas ac iucundiorẽ. Nihil em̃ prætermittis: qd ad meã laudẽ accessurũ putes. Itaq; nõ possum nõ lætari plurimũ: qd oĩbus in rebus in amore mihi respõdeas. Nã q̃ ego te amẽ: & quãti faciam amorẽ tuũ: nemo oĩm melius nouit: q̃ ipse debes: cui de me nihil occultũ est. Reliquũ ẽ: ut amare me ꝑseueres. Nunq̃ em̃ patiar uinci abs te in hoc tam nobili: tãq; laudatissimo humanitatis officio: Quid de nostro patricio actũ sit: cupio intelligere. Nos hic noui habemus nihil. Tu siqd apud uos est: qd auditione nostra nõ indignũ existimes: cura ut ex tuis suauissimis litteris accipiã. Vale. Ex Mediolano. iiij. kl. Nonas Martias. M.cccc. Lviij.

Franciscus Philelfus: Lodouico casellæ: sal.

q Va fuerim adductus ratione:ut Iesus cũ h aspirati/one inter i & e scripserim præter cõmunẽ huius tẽpestatis consuetudinẽ:potuisti ex ꝓximis lr̃is co/gnoscere. Nunc aũt ut ad te scriberẽ:aliud nihil erat in causa:nisi ut abs te peterẽ:id curares : ut litteræ tuis inclusæ ꝙ diligentissime reddant̃. Id erit mihi perꝙgratissimum. Vale. Ex Mediolano. viij. Idus Martias. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Albertho parrhisio: sal̃.

q Væ amicis cõmunia esse debent:ea queꝙ iuri suo ascribere:ut nihil habeat cũ amico cõmune:nõ in/iustũ duci nõ pot̃. At uitas Galbæ & Othonis quas e græco traduxerã:& tibi poscenti cõmodarã in mẽsem: iam annũ ita possides:ut quid æquitas:quid officiũ postulet:oĩno ui/dearis oblitus. Itaꝗ rogo te: ut memineris eas ad te isse cõ/modato: nõ dono. Proinde facies: ut te decet:si curaueris: ut iã tandẽ ad nos redeant. Alberthũ meũ Zancariũ Eno/chi filium bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. vj. Idus Martias. M.cccc.Lviij.

Frãcisc⁹ Philelfus: Pallãti strozæ eqti aurato : sal̃.

q Vanta uoluptate me priuarit diuturnũ silẽtiũ no/strũ:ex binis lr̃is tuis:quas nuꝑ ad me dedisti : pla/ne intellexi. Iis eñ mihi nihil potuisset eẽ iucũdius. Deus malefaciat tẽporũ calamitati:ne dicã hoĩm ꝑfidiæ : qua fa/ctum est: ut nõ modo simul eẽ nequeam⁹:sed ne mutuo q/dẽ scribendi officio uti antehac licuerit. At longiusculum silentium nostrũ crebritate litterarũ facile sartiam⁹. Quod reliquũ est : deus ipse aliqñ præstabit. Vt autẽ ad rẽ ueniã Τὸμ ἀρτάξερξου κατὰ πλούταρχομ βίομ:& accepi die/bus superioribus:& accepisse me: feci te meis litteris certiorẽ: quas ad Marchesiũ uarisinũ tibi reddẽdas misi Venetias kal̃. Martijs. Eas uero qm̃ accepisse iã debes: nõ repetã altius. Duo sunt quæ uæhementer cupiã: Arrhiani historia de Alexandro rege:& Diodori siculi libri : siqui plures apud uos sunt ꝙ ipse habeam. Habeo eñ quinꝗ prima uolumina. Qđ aũt tantoꝑe & Arrhianum desiderẽ & Diodorum:causa ẽ:quod duo illa nobilissima imperia: & Persaꝶ & Macedonum ul̃ mea historia latinis cognita esse uelim

Si huiusmodi igitur codices aut apud te aut Venetijs esse cognoro: excriptum iri curabo: modo ul' Patauij ul' Vene tijs librarium græcum aliquē inueniri accepero. Vale q̄ di utissime cū Honofrio meo. Ex Mediolano. v. Idus Marti as. M. cccc. Lviij.

Frācis. Philel. Bessarioni cardinali Nicæno: sal'.

c Vm mihi esset renūciatū ꝓximos meos ad te uer sus nō eē eadē missos uia: qua meæ antea pſæpe lit teræ consuerūt: idcirco eosdē secūdū ad te dedi: ut intelli geres: & qd cupiā de tua amplitudīe: & qd nō temere bre ui futurū sperē. Qd' aūt hmōi utar scribendi genere: cū ob alias causas factū est: tū etiā aut min⁹: ut nr̄i qdā hoies: qui græcarū lr̄arum indocti: & latinaꝝ nō admodū periti: qui græcos uersus inconcinnitatis accusant: sonorosq̄ esse ne gant: ul' ex hoie latino adiaduertant: q̄ se sua fallat opinio. Nā qd habem⁹ memoratu dignū: qd' a græcis nō acceperi mus? Versu aūt cū græcis contēdere: æque stulti est atq̄ ar rogātis. Tu uelim cures ad me dare siquid habes: qd' pro bes: de quantitate syllabarū. Nā has ois exēplis disquirere apud græcos difficile est. Et hmōi sane peritia ꝑutilis est: ac maxime necessaria: nō solū ad uersuū structurā: sed cum ad cognitionē accentuū: tū etiā ad uniuersam ꝓpe littera turā. Vale pater clæmētissime. Et quæ multis litteris abs te petij: mihi ut gratificeris te etiā atq̄ etiā rogo. Ex Medio lano. vj. kal'. Apriles. M. cccc. Lviij.

Frācisc⁹ Philel. Hieronymo castello medico: sa.

q Vod græcis uersib⁹ ad te scripserim: nihil aliud fuit in cā: nisi ut ul' græci ipsi cognoscerēt amicitiā no strā esse nō uulgarē. Nuꝑ em̄ hoc quoq̄ scribēdi gen⁹ sum aggressus: qd' uellē mihi cū ml'tis esset cōmune. De latinis loquor nostrisq̄ hoib⁹: non de græcis: q in hmōi cāpo lōge uberius ac facilius q̄ latini uersari possent: si uellēt: tanq̄ in patrita & auita possessione ac plane sua. Sed utcūq̄ res ha bet: nunc apud græcos neminē uideo qui uersibus delecte tur. Latini uero nō mō nunc nulli sunt hac tēpestate: q græ cos uersus scribant: sed ne ullos quidē de priscis accipimus ex his q adhuc apd' nos extāt & habent' ī precio: quos ea

laude claruiſſe audiam⁹. Ego autẽ cũ alia plæraq; ſcripſerim græce ſoluta oratiõe: uolui etiã tẽtare hoc tpe ſiqd poſſem in hmõi numeroſo & altiore dictiõis genere: quo cæteri uł meo inuitati exẽplo: ſuis ſe monimẽtis poſteritatis ĩmortalitati cõmendẽt. Nec id una epła quapiã ſum factur⁹: ſed libellis: ut ſpero cõpluribus⁹. Qua de re nõ ingratũ mihi fuerit tuũ quoq; iudiciũ audiſſe: id qđ & pgraue futuꝝ intelligo: & ab optimo erga me aĩo emanaturũ. Nã qui græci in præſentia & habent & ſũt diſertiſſimi: hoc meũ inſtitutũ atq; ſtudiũ laudib⁹ efferũt: ſiue id aĩ iudicio faciãt: ſiue forſitan qđ ſuſpicent mihi gratificari. At ego nõ delector aſſentatione: ſed ueritate. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Apriles.

Franciſcus Philelfus: Lodouico caſellæ: sał.

c Vpio te ꝑ ſumma noſtra beniuolentia tuæ meæq; rei diligenti⁹ ſtudere. Nã & quãti me facias: & quãtũ poſſis: pſpicue noui. Quid aũt uł amicitiæ: uł uirtuti nõ debem⁹? Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Maias. M.cccc. (lviij.

Frãciſcus Philelfus: Iacobo actiolo: sał.

m Vlta hinc abiẽs mihi es pollicit⁹: quoꝝ in hãc diẽ effeciſti nihil. Itaq; tui eẽ muneris arbitror: ut pro mutua aĩorum int nos charitate aliqd tandẽ facere incipias. Illudq; imprimis: qđ a pr̃e tuo uiro clariſſimo tãtope petierã. Quã uereor: ne recentis aliquos amores ad priſtinos addideris: quib⁹ impedit⁹ anim⁹ neq; noſtri neq; ſui reminiſcat. Qđ ſi [redacted] uolueris repetere meũ in te officium: nõ mõ noſtri nõ obliuiſcaris: ſed poti⁹ ꝙ primũ æs meũ tibi conflatũ diſſoluere incipias. Noſti qd uelim. Vale. Ex Mediolano Nonis Maijs. M.cccc. Lviij.

Frãciſcus Philelfus: Nicodemo trãchedino: sał.

q Vid tibi impedimento fuerit: quo minus ad meas mihi proximas litteras reſponderis: neſcio: niſi fortaſſis obiueris a Florentia ad Senenſes tuos. Fac igitur ut q̃ primum tuæ mihi litteræ reddantur: quæ me faciant omni de re certiorem: quam noſtra putaris intereſſe: imprimiſq; reddideriſne meũ proximum carmen argyropolo noſtro. Noli obſecro pati: diutius expectem optatiſſimam epiſtolam tuã. Vale. Ex Mediolano. xj. kał. Iunias. M.cccc.lviij.

Frãcisc⁹ Philelfus: Pacino mercato: sanitatem.

a Vdio pacine te somno excitatũ iactitare nescio q̃s nugas. Ego tibi dari cupio saniorẽ mentẽ. Nã quantum uidere uideor: nõ intelligis hasce meas ædes: quib⁹ tãtope insidiaris: tribus iã fatalis fuisse & patruis duob⁹ & patri tuo. Miseret me tui. Hæc est musarũ dom⁹: nõ fœnoris. Vale ꝓ meritis. Es em̃ unus oĩm ingratissimus. Mediolani ex ædibus nostris Idibus Iunijs. M. cccc. Lviij.

Francis. Philelfus: Francisco cremẽsi iuriscõsulto: sal.

a De ea quæ intelligere a me cupis: paucis respõdeo. Nã & res nõ est admodũ difficilis & ego in præsentia sum occupatissimus. Inter æternũ: sempiťnũ: ac ꝑpetuũ: nullã oĩno prisci ꝑdoctiq; latini differentiã esse uoluerunt: Illud qđ ex. M. T. Ciceronis libris: & quos de natura deorũ: & quos de finib⁹ bonoꝝ & maloꝝ: & quos de quæstionib⁹ tusculanis elucubratissime scripsit: nõ obscure intueri licet: & si ꝑpetuũ etiã cõtinuũ significat. Vñ ꝑpetuam orationẽ dicim⁹: hoc est cõtinuã ac ꝑennẽ: Et. P. Ouidius Naso: Primaq; ab origine mũdi: Ad mea ꝑpetuũ deducite tp̃a carmẽ. Hui⁹ uero tempestatis philosophi nõnulli: itẽq; theologi: nõ tã uim uerboꝝ: q̃ Aristotelis sñiam secuti: ea inť se noĩa differre uolũt: ut ꝑpetuũ sit: cui & principium dať & finis: ut exteriorẽ hoĩem: ut uniuersum dicimus mundũ. Sẽpiternũ uero qđ ex sp & æternũ cõponiť: id uolũt intelligi qđ principiũ quidẽ habet: at finẽ habiturũ neq̃ q̃ sit: hmõi aũt esse dicunt: cũ angelos ipsos & dæmonas: tũ etiã interiorẽ hoiem. Sed æternũ aliud nihil esse q̃ deũ: cuius neq; principiũ fuerit: nec itẽ finis futurus sit. Vale. Ex Mediolano. vij. kal. Augustas. M. cccc. Lviij.

Franciscus Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sa.

p Ridie id⁹ Augustas renũciatũ est Mediolani Callistũ eccl'iæ Romanæ põtificẽ ad octauũ Idus sextiles aĩam tandẽ efflasse in maxima oĩm lætitia. Itaq; licet iã plane iudicare ul' pro Solonis sñia eum fœliciter admodũ atq; ꝑbeate diẽ obijsse: cui⁹ mortẽ tãto omẽs cũ gaudio nõ insipiẽtes mõ: sed etiã sapiẽtes ꝓsequanť. Dederit de⁹ omĩpotẽs: ut cũ hoĩs somnolẽtia somn⁹ etiã ipe interie-

rit: ne tui collegæ iste rursus obdormitasse iudicent. Et qm̃ in præsentia nõ licuit plurib⁹ tecũ agere: te rogo: ut quæ antea plurib⁹ & litteris & carminib⁹ scripserã dignationi tuæ: nõ frustra me scripsisse re ipa oñdas: & qđ ad Plutarchum attinet: diligenter cures. Vale. Ex Mediolano Idibus Augustis. M.cccc.Lviij.

Frãciscus Philelfus: Aeneæ cardinali Senẽsi: sal.

q Vod iãpridẽ affatu quodã poetico me tibi meminí prædixisse: re ipsa de obitu Callisti põtificis: cõfirmatũ est: dñ bñ cœpta secũdẽt: id qđ futurũ: nõ solũ uæhemẽt opto: sed certo etiã & spero & uolo. Tu uelim memineris Philelfi tui: qui tuã amplitudinẽ: ut scis: & colit & obseruat unice. Nuncij festinatio fecit: ut essem breuior q̃ uolebã. Fac obsecro: lr̃is tuis intelligam ꝓpediẽ: quid mihi agendũ sit: & qđ de Plutarcho meo sæpissime ad te scripsi: ut memineris etiã atq; etiã te rogo. Vale. Ex Mediolano Idibus sextilibus. M.cccc.Lviij.

Frãciscus Philel. Angelo actiolo eqti aurato: sal.

e T quid ipe maxime oĩm cupiã: & quantũ liceat tibi in tua repu. cũ antea semp: tũ hoc potissimũ tpe: nõ sum nescius. Quare te plurimũ rogo: atq; oro: ut qđ mihi corã uerbo aliqñ receperis te oportune curaturũ: id in præsentia certa re cõprobes. Hoc erit mihi adeo gratũ: ut grati⁹ aliud facere nihil possis. Vale. Ex Mediolano. xix. Kal. Septembres. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Nicodemo trãchedino: sa.

s I ut placet astronomis corpa hæc inferiora & nostra ita parẽt supiorũ corpoꝝ potestati atq; imperio: ut etiã hoĩm uolũtates ꝓ syderũ ui necessitateq; mutẽtur: & nõ sint eædẽ semp: haud mihi rẽ molestã aut intẽpestiuã factur⁹ uidearis mi Nicodeme: si qđ sæpenumero frustra abs te antea tentatũ ẽ: hoc etiã tpe nõ omittas. Quod eo libentius: qm̃ ad astrorũ motũ atq; influxũ accedit etiã ipsa ratio: quæ nullus astrorũ uirib⁹ ẽ inferior. Rem tenes. Vale cũ uniuersa familia: patricioq; nostro. Ex Mediolano. xix. kal. Septẽbres. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus: Pio secundo Romanæ ecclesiæ

summo pontifici: salutem.

q Vod nihil unq̃ in uita mihi neq̃ iucundius contigit: neq̃ optabili⁹ quicq̃. Accepi nũc te ad. xviij. kal'. Septẽbres diuina benignitate ad summum eccl'iæ Romanæ põtificatũ assumptũ esse cũ maximo cardinaliũ oĩm cõsensu incredibiliq̃ totius Romanæ reipu. ul' uniuersi potius: ut ita loquar: orbis terrarum lætitia atq̃ gaudio. Quid eñ in præsentia tuæ gratuler sanctitati: cui nihilo pl⁹ dignitatis summus iste pontificat⁹ attulerit: q̃ tuipse ob innumerabiles tuas diuinasq̃ uirtutes pontificatui? Accedit ad rẽ: qđ tibi corã ꝓpediẽ singularẽ ac pene inauditã mei animi iucunditatẽ sum expositur⁹: si ita scilicet apud te ꝓbatũ iri intellexero. Nam mentẽ meã oẽm atq̃ desideriũ ex superioribus plærisq̃ meis lr̃is potuisti nõ obscure intelligere. Vnũ illud dũtaxat tuæ beatitudini exploratum eẽ cupio: me tanta nũc affici animi uoluptate: ul' ex solo ipso tuæ creationis fœlicissimo nuncio: ut existimẽ uitã mihi beatã cõtigisse: siquidẽ in ea uoluptate summũ bonũ constituendũ est: quæ nihil habet cũ bæluaꝝ uoluptate cõmune: sed tota est homĩs: tota rõnis: tota absolutæ meræq̃ uirtutis. Reliquũ est: ut siquis adhuc locus apđ te musis relict⁹ est: id qđ esse & magnificentius quidẽ esse nulla ex ꝑte dubito: me facere digneris per tuas litteras certiorẽ: probesne meum ad te aduentum. Vale pater beatissime. Ex Mediolano. x. Kal'. Septembres. M.cccc.Lviij.

Francisc⁹ Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sal'.

a D decimũ kl'. Septẽbres dedi ad te lr̃as unas: & simul cũ tuis alteras ad pontificẽ Piũ. Eas aũt utrasq̃ tibi redditas ab Othone Carreto iuriscõsulto: qui istic ꝓ meo hoc principe Frãcisco Sphortia legati fungiť munere: nõ dubito. Itaq̃ miror: quod ĩ hãc diẽ nihil ad me peruenit: quod rñderis. Et id certe factũ existimo summis occupationibus tuis: a quibus rogo tantum temporis subducas: dũ χειρογραφον τι ad me des: ꝑ qđ intelligã: qđ mihi faciundum cõsulas: hoc est eamne istuc an minus eã. Reliqua tu uel me reticente pro tua incredibili sapiẽtia liquido cognoscis. Nam ego sum eo importunior: quod te

declaratum audio a Pio pontifice: qui Bononiensi legatio ni præsis. Vale pr̄ amplissime. Ex Mediolano pridie Idus Septembres. M.cccc. Lviij.

Frācíscus Philelfus: Ioanni palæologo Marchio/ni Montisferrati: salutem.

e Tsi te noui iam pridem ꝙ reb⁹ egregie doctis atqꝫ grauib⁹ delectaris: idqꝫ uel ex meis de exilio libris quos diutius tuo uti hospitio uoluisti: clarius intellexi: no/lui tamen non aliquid ad te mittere: quod & grauitati ipsi suauitatem haberet admixtā: & non doctis solum: sed etiā om̄ibus posset esse commune. Itaqꝫ libros ad te dedi: quos modo de iocis & serijs inscriptos ædideram. Sic em̄ in re/bus seuerioribus lectitandis necesse fuerit: ut risui aliquā/do auris patefacias: & non læticia solum: sed hilaritate aliq̄ perfundaris. Nam quoniam te quasi longo postliminio ui/sere institui: mihi hac uia paratum iri aditum uolui: quo te non facilē minus: ꝙ beneficum offenderem. Vale. Ex Me/diolano. xij. kal'. Octobres. M.cccc. Lviij.

Francíscus Philelfus: Nicodemo trāchedino: sa.

d Elicatior factus es: qui nihil respondeas: nolo enim superbiæ crimen tibi homini amicissimo obijcere: quod ijs solemus: qui sæpi⁹ litteris inuitati nihil responde/re consuerunt. Scio sane te esse occupatissimum his præ/sertim temporibus. Sed erit humanitatis tuæ: ut temporis aliquid surripias tātillum quod amicitiæ cōdones officio. Ego institui ad Pium pontificem salutatum accedere. Itaqꝫ rogo te omni ope operaqꝫ cures: ut istac mihi liceat iter facere. Quid op⁹ sit: nosti. Vale & quid de nostro patricio factum sit: cura: ut sciam. Ex Mediolano. xj. kal'. Octobres. M.cccc. Lviij.

Frācíscus Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sal'.

b Inas ad te nuper litteras dedi: alteras ad. x. kalen/das Septēbres: alteras nō ml'to post: hoc est pridie Idus Septembres: quas Otho carretus qui Romæ pro hoc principe Francisco Sphortia negocia gerit perdi/ligenter tibi reddidisse litteris suis testatus est. Quod au/

tē nihil rn̄deris: nō possum nō mirari. Itaq; rogo te: ut me facias certiorē acceperisne meas epl'as: an min⁹ acceperis. Vale. Ex Mediolano. vj. Idus Octobres. M.cccc. Lviij.

Frācis. Philel. Bessarioni cardinali Nicæno: sal'.

e Tsi de tua in me singulari mansuetudine atq; beniuolentia nūq; dubitaui: eā tn̄ ita ꝓximæ tuæ lr̄æ q̄s ṗdie Nonas Octobres ex urbe Roma ad me dederas: mihi ṗspicue declararūt: ut aliđ nihil certius unq; habuerim. Sūq; longiore illa tua dicendi elegantia atq; maiestate ita delectatus: ut ipse mihi afflat⁹ aliq̄s præ uoluptatis magnitudine in lectitanda epl'a uiderer. Incredibilis habeo tibi gr̄as pater clæmētissime: qđ nihil unq; omittis de me ul'ornando: uel amplificando. Faciat immortalis deus: ut meis de te optatis: id qđ certo futurū spero: aliq̄n fortuna rn̄deat. Nā cui oim malim ἀδειμ ὁμηρος ἡ σοὶ οὐχ ἀχιλλεῖ οὐχ ὀδιαγεῖ ἀλλὰ χαὶ τούτοιη ἀμφοτέροιμ πολλῶ μεῖξομι τημτε αρετημ χαὶ τημ ἀληθέςά τημ σοφίαμ. Vt aūt ad rē ueniā: uix dici queat: q̄ grat⁹ mihi q̄q; ṗiucūdus fuerit nūci⁹ tu⁹ de recupato Plutarcho: quē q̄m amiseram: me a summo pōtifice Pio secūdo tuo interuētu dono accipe ī nō mediocrē fœlicitatis ṗtē mihi ascribo. Nō em̄ paruæ mihi iacturæ fuerat amissio talis ac tāti codicis. Neq; uolo tibi unq; ṗsuadeas alia a nobis uia codicem istū aberrasse: q̄ ea quæ tibi ṗmis litteris meis declarata est. Hūc autē mihi dono dari a sanctitate Pij pōtificis tanti facio: ut uix aliud pluris queā. Nam qd ego dicā de mirifica illa benignitate ac munificētia in annua uitæ subsidia: qua in me ultro uerus christi uicari⁹ pōtifex Pius utit᷑? Decreuit mihi ut humanissime scribis ei⁹ beatitudo in singulos annos aureos ducatos ducētos uel argēti Mediolani. Addisq; futuꝝ ut maiorē indies & dignitatē & utilitatē assequar. Ad hæc ego paucis rn̄deo. Q̄uis ego me sane cognorim: neq; de illius sanctitatis bn̄ficētia: neq; de alacri tua beniuolentissimaq; opa: qcq̄ magnū ꝓmeruisse: operā tn̄ pro uiribus datuꝝ polliceor: ne saltē uolūtate & obseruantia indignus cēsear tā egregia: tāq; tēpestiua magnitudine. Reliquū qđ te uelle intelligo: scribam ad Pium pontificem. Vale pater

amplissime. Ex Mediolano. kal'. Nouēbrib⁹. M.cccc.lviij.

Franciscus Philelfus: Pio secundo ecclesiæ Romanæ pontifici maximo: sal'.

b Essario reuerendissimus in christo Iesu ac idē sapientissim⁹ cardinalis nicænus fecit me noīe sanctitatis tuæ ꝑ littteras certiorē: ꝙ de me ꝑhumaniter beniuolētissimeq; sentires: & quāta cū charitate de me honoratissima uerba feceris: quib⁹ me præterea tua spōte donis ornaris. Facis tu quidē piētissime oīa sūme pōtifex Pie: q christū optimū: maximū imitat⁹: nihil tibi potius ducas q̄ bn̄facere: cū oībus: tū ijs imprimis: quos noris iāpridē innumerabiliū tuaꝝ incredibiliūq; uirtutū obſuantissimos extitisse. Meministi sane pr̄ beatissime: ꝙ ego te sp̄ omni studio coluerim: & quāta sp̄ cū ueneratiōe diuinā sapientiā tuā: q̄ int̄ oīs mortales mirifice unus excellueris: atq; excellas: assidue fuerim ꝓsecut⁹. Neq; fieri posse iudicasti: ut sine diuino quodā nutu atq; uolūtate tātus eēt me⁹ & tādiu erga te amor: tāta pietas: tāta fides. Neq; uideri uoluisti oblit⁹: qđ uiuo adhuc & oī ex ꝑte incolumi Callisto pontifice afflatu illo: ul' poetico: ul' diuino fore prædixerim: & id q̄dem hoc ipso præsenti anno: ut & Callistus ex hac luce migraret: & ipse tu qđ oīm uotis fortunatissime cōtigit: & tātis christianæ religionis tenebris: lucē eēs ꝑ optatissimū tuū pōtificatū allatur⁹. Et illuxisti tu ꝓfecto bonis atq; doctis oībus q̄si sol oriēs teterrima tenebrarū caligine obductis. Actū oīno erat de clarissimarū artiū studijs: laudatissimisq; uirtutib⁹: nisi opportune tu diuinit⁹ datus eēs ad illas instaurādas: tuendas: illustrandas. Itaq; iā musæ: quæ penit⁹ interierāt: reuiuiscūt. Eloquētia: quæ obmutuerat: & uocē simul recupauit & mentē. Ingenia quæ obdormierāt: excitant̄. Oīs ad honestas actiōes maiore ꝙ antea unq̄ cupiditate incendūtur. Desideriū Nicolai q̄nti sapiētissimi illi⁹ præstantissimiq; pōtificis: quo uiri eruditi & eloquētes non mediocriter torquebant̄: nō leuasti solū optatissima creatione sanctissimi tui pontificat⁹: sed in maximā splendidissimæ tuæ bonitatis admirationē amoreq; inflāmasti. Nō em̄ honoratiōe uerboꝝ dumtaxat hmōi uirorū aīos in pulcherrimā futu-

ræ tuæ benignitatis spē erigis:sed præsentibꝰ potius ingentibusq; muneribus. Nā ut alios ꝓpe infinitos breuitatis cā præteriens:de meipso uerba faciā quibꝰsum donis a tua beatitudine honestatus? Quantā mihi q̄q; singularē uoluptatē attulisti nobilissimo ipso Plutarchi codice:quo uirorum illustriū & græcoꝝ:& latinorū uitæ græca oratione erudite & eleganter scriptæ cōtinent̄? Quid qđ ad quotidiana uitæ subsidia singulos ducētos aureos ducatos in singulos annos mihi in oēm ætatem apđ alios etiā agēti cōstituisti? Ita certe qđ absolute est munificētiæ tuæ: & exteriori cōsulis:& interiori homini:quippe q & ingenio:& corpori fomēta attuleris. At ego pro tantis tuis & tā immortalibꝰ beneficijs quid tandem sim celaturus? Nempe illud quod homūcio solet deo:cuiꝰ tu uices diuinitus hominibꝰ repræsentas: Te admirabor:te colā: te uenerabor:te dies ac noctes tū mente & assidua meditatione perspiciā:tū ore:atq; arūdine perenniter prædicabo. Nec de te desinā unq; bn̄dicere:quādoquidē ne tu quidē benefacere in uniuersam uitā desinere uoluisti. Erant præterea permulta: quæ scribenda mihi occurrebant. Sed hæc idem clæmentissimꝰ cardinalis Bessario:ne sim epistola prolixior:q̄ par est: tuæ sanctitati uerbis meis corā exponet. Reliquū est pater beatissime ut tibi indubitato persuadeas meā me omnē fœlicitatē i te uno cōstituisse:cuius uitam atq; incolumitatem ut omipotens deus q̄diutissime tueat̄:etiā atq; etiam opto. Vale in christo Iesu:& me cōmēdatū habe. Ex Mediolano kl̄. Nouembribus. M. cccc. Lviij.

Franciscus Philelfus:Borsio æstensi Mutinæ regijq; duci:salutem.

q Vod plura de te indies dux Borsi illustrioreq; digna laude prædicant̄:eo magis magisq; fortunatus mihi uideor:qđ in tuā beniuolentiā me admiseris. Diligi em̄ a tali ac tāto p̄ncipe nō mediocri fœlicitati ducendū ē. Nā si morū si͞litudo iungit mortaliū aīos charitate:dissi͞litudo aūt in odiū cōcitat: Quis nō eū laudandū arbitret̄: q tibi charꝰ sit:cuiꝰ mirabiles summæq; uirtutes tot tātæq; sūt: ut cū om̄i antiquitate nō iniuria possis de gl̄ia cōtendere?

Et ut cætera quæ sunt ꝓpe infinita absolutæ summæ uirtu/tis documēta incōmodius mihi tēpus recēsenda reijciam: quis non iure optimo admiret̃:'nō obstupescat : non tollat in cælũ diuinis laudib⁹ illud inauditæ clæmētiæ & magna/nimitatis genus: quo nuꝑ ad. xj. kal'. Nouēbris usus ꝓhibe ris? Nã ut grauissimæ litteræ magnifici equitis aurati Bar/tholomæi pēdaliæ ad Nicolaũ filiũ ducalē hũc aulicũ: quæ hoc die in maxima ꝓcerũ & nobilissimorũ hoīm multitu/dine corã hoc illustrissimo nostro ꝑncipe Frãcisco Sphor/tia inter prandendũ recitatæ sunt: prudentissime declarãt. Ioannes peregrinus cognomento simul & re ipsa abolicus maximis abs te maioribusq̃ tuis ornatus beneficijs: cũ gra uiter & iniquo animo ferret ut leuem ita iustissimam mul/ctam illam: qua Laurentius eius filius paucis ante mensib⁹ mulctatus fuerat: non minus ob delicti negati mendacium q̃ ob delictum ipsum quod circa aucupiũ contra sui decre ta'principis perpetrarat. Venetias dedita opera profect⁹ dicitur. Vbi cum diutius esset: q̃ antea unq̃ cõsueuerat: ut erat aĩo ad maledicendũ nocēdũq̃ uæhemētius inflamma to: quicqd potuit excogitare: cõfingere: cõminisci: qđ' ex/cellētiæ tuæ uel ad perniciē: ul' ad infamiã accessurum exi/stimasset: eoꝝ oĩm omisit nihil. Et tanq̃ nõ dicēdi: sed ma/ledicēdi peritiam a disertissimo Guaryno familiari nostro didicisset: ubicunq̃ Venetijs inter ambulandũ aliquos of/fendisset: quos tibi aliqñ quoquo modo nocere posse cõfi/deret: apud illos per nouas insinuatiões insidiosaq̃ princi pia cõtinuo ferebat̃ ea oratiõe: ut aliud nihil habere nego/cij uideretur: q̃ per omne iusimulationis genus: deprauare: splēdidissimas uirtutes tuas: utpote qui nihil aliud quæ reret: strueret anhælaret: q̃ malefacere: teq̃ si fieri posset: tollere ex hoīm genere. Pudet me ea meminisse: quæ ab il lo maledicta memorant̃. Sũt eñ indigna auditu: sũt obscœ na: sũt impia. Quæ qdē ipsa hmõi eē uiri illi patricij ut sunt magni & sapiētes: nõ obscure oñderunt: quippe q plærıq̃ oēs: tũ Ioannē ꝑegrinũ ipm uerbis acerrimis coram casti/garunt: tũ per litteras te de omi hominis petulantia famili/ariter amiceq̃ monuerũt: quibus tu ꝑlectis & q̃diligētissi/

me cõsideratis:req; omi intellecta & cognita:nõ turbaris: nõ excãdescis:nõ animũ acerbiorẽ in partẽ inclinas: id qđ debitæ seueritatis fuisset & iusticiæ potius: q̃ crudelitatis & ultionis:sed ut es human⁹:mitis : mansuet⁹:cõuocatis in cõsiliũ duodecim sapientũ qđ dicit̃:ex primorib⁹Ferrariæ ciuibus circiter ducẽtis : accersi etiã iubes reũ ipsum Ioannem peregrinũ:cum eẽnt tñ ĩj oẽs ignari: q̃obrẽ eo loci cõ uenissent . Deinde uictor Pauo prudẽtissimus secretarius tuus profectus in mediũ:exponit excellẽtiæ tuæ nomine p fidiã Ioannis peregrini: eãq; unis uenetorũ litteris ne contradicente quidẽ reo cõfirmat: facileq; conuincit non una morte dignũ esse illũ: sed admodũ infinitis: & ĩjs quidẽ diris & truculentis:siquidẽ tot mortibus plecti abominabilis atq; impius ciuis posset. Quibus sane auditis liquidoq; pspectis:ita sunt consultantiũ animi tantæ rei immanitate in reum ipm exasperati: ut perinde atq; Hecuba quædã quã fabulãtur:in Polymnistora:in illius oculos uellent irruere: neq; oculos dumtaxat eruissent:sed uitã : sed animã: sed si quid in anima latet altius & potentius. Atqui audiat longe lateq; præsens hæc ætas: audiat posteritas oĩs. Audiant omnes qui sunt:futuriue sunt:ppl'i:gentes:natiões:audiat uniuersus orbis terrarũ inauditã humanitatẽ:clæmentiam:sanctimoniã magnanimi atq; religiosissimi ducis Borsĩj: cuius uerbis idem uictor stans in medio iratorum:& tumultuantiũ ciuium. Tibi ait o Ioannes peregrine homo nefarie: mitissimus pater patriæ dux Borsius pro tuis tantis istis & tã pditis tanq; immanib⁹facinorib⁹:nõ uitã eripit:nõ substantiã:quæ quidẽ oĩa,p tuis scelerib⁹ amisisti:qn potius tibi ultro ignoscit:debitãq; pœnã liberrime remittit. Nã nihil ẽ: qđ malit:q̃ nõ mõ nõ degenerare in omĩ uirtutis genere a clarissimis principib⁹ maiorib⁹ suis:sed illis uniuersis si fieri possit.q̃longissime prælucere. O uocẽ præstãtissimi principis:o mirabilẽ lenitatẽ:o animi magnitudinẽ inauditam. Laudat̃ ille maxim⁹ rex Dauid : qđ placat⁹ p̃cibus mľieris Abigail man⁹ a Nabal carmelo ei⁹uiro hoĩe uno oĩm ingratissimo: quẽ intimere cũ uniuersa familia decreuerat :ilico abstinuerit. Laudat̃ cæsar august⁹:qđ uxoris Liuiæ cõsilio

L. Cinnæ quē ꝑdere cogitabat: anhælati parricidij ueniam dederit. At Borsiū quib⁹ nos laudibus ꝓsequemur: qui ciuibus omīb⁹ in Ioannis peregrini irruētib⁹ necē: eū nō modo incolumē esse iusserit: sed ab impetu consultantiū facto sua manu subduxerit atq; ꝟuarit? Nō muliebri: nō alieno illi cōsilio: nullis neq; precib⁹ nec munerib⁹ opus est: q̄ p̄ sese uiget ac sapit: qui deū semp ante oculos habēs cū illud salutare præceptū meminit: Mihi uindictā: & ego retribuā: tū ne obliuisci quidē unq̄ possit eundē humani generis saluatorē: nō solū ignouisse malefaciētib⁹: sed patrē etiā: ut illꝰ ignosceret: extremis in cruciatibus supplici cōmiserabiliq; uoce orare nō destitisse. Libuit nobilissimo duci Borsio pro animi magnitudine obliuisci iniuriarū. Libuit qđ Cato senior prudentissime usurpabat: uti uenia in delinquentē: quo potestatē: quā ab deo habet: ea liceat uti semper. Libuit: libuit inquā optimo principi: ut est lenitate incōparabili: ignoscere Ioanni peregrino: quo & sese ipse sui similē ostēderet: & illum perpetrati facinoris ubi pœnituisset: cæteris foret exemplo: nullā eē uirtutē quæ uni gratitudini āncellat. Quid eē ingratitudine fœdius? quid atrocius? quid exitiosius? quid immanius? Nā si hæc uitio uacat: nullo ob eam quā in se habet impudētiā: a quo eē flagitio abstineat homo impudēs? nō obscure patet esse gratitudine præstātius nihil. Et primus ille Angelus si gratus esse uoluisset: neq; sua inflatus opiniōe in superbiā lapsus esset: neq; a cælesti diuinoq; domicilio præceps corruisset in tenebras sempiternas. Te Ioannes peregrine grauissimi atq; iustissimi ciues oēs: qui tua causa in cōsiliū cōuenerāt: mortuū esse uoluerūt: quem princeps clæmentissimus & uitæ restituit & tanto tanq; amplissimo patrimonio quod iuste pieq; amiseras: frui uoluit: secutus is quidē ut mihi uidet̄: nō tam illđ quod a Socrate dictum laudat̄ a uiris sapientib⁹: decere principē & amicis benefacere: & inimicos reddere amicos: q̄ præceptū euangelicum: quo iubet̄ inimicos etiā esse diligendos: quo maiore te hominē inimicissimum: quo pulchriore b̄nficio dux Borsius afficere poterat: q̄ uita donatū iubere uel locupletissimū opulentissimūq; repugnare. Nonne tibi uideris re

gnare Ioannes peregrine: cũ tm̃ scelus impune ꝑpetraris? Memineris igit: memineris gratitudinis. Et q d' de persa illo Araspa tradit Xenophõ: tecũ dies noctisq; uoluta. Nec te deteriorẽ in Borsiũ: si quãdo usus fuerit: præsta to: q̃ ille gesserit se in Cyrũ. Apes iracũdæ sũt: & adeo pugnaces ad pugnandũ: ut aculeos etiam quibus natura armatæ sunt: relinquãt in uulnere. At earũ regẽ natura esse inermẽ uoluit: & ita mitẽ quoq; & mansuetũ. Si hmõi se regẽ erga te præstitit mitissimus dux Borsius: noli tu quæso inhærentẽ uulneri aculeum item recipere ad nocendũ: idq; nõ modo: ne noceas tibi ipse: sed ut animi tui gratitudine lætius reddas humanissimi principis beneficiũ: cui non minori curæ sunt laudabiles ciuiũ actiões: q̃ ꝓpriæ ac suæ. Hoc em̃ interest inter tyrannũ & iustũ principẽ: quod ille omnia refert ad ꝓprias utilitates: siquidẽ aliquid utile censeri debet: quod ab honestate abhorreat. At iustus princeps quicquid agit: quicquid loquitur: quicquid cogitat: id omne refert ad utilitatẽ & decus ciuium. Si te tibi dux Borsi⁹ restitutũ animaduerterit: hoc est si sanũ & prudentẽ: lætabitur ipse certe: quod collatum in te beneficiũ nõ amiserit. Tũc em̃ amittit: cum in hominẽ indignũ collatũ id fuerit. Et pastor bon⁹ relictis cæteris ouibus: quã unã amiserat diligẽter quærit. Et cũ inuenerit: nõ mediocrẽ læticiam præ se fert. At si sec⁹ tibi: qd' tua causa nolim: cõsulueris: malueris q; ingratitudinis crimini obnoxius fieri: q̃ gratitudinis laudari: ego sane grauius tibi præsagiã nihil: sed tu uelim tecũ ipse consideres qualis de te apud uiros bonos & sapientis existimatio futura sit: qualis fama. An ignoras qui negligit famã suã: homicidã iudicari? Primũ tibi ante oculos pone: quanta in laude ij uersantur: qui se accepti beneficij memores uoluerunt. Quis est: qui nõ libenter audiat: ac celebri oratione ꝓsequat: uel Minucij magistri illius equitũ in. Q. fabiũ maximũ: uel. L. Terentij culleonis ciuis Romani in africanũ superiorẽ gratitudinẽ singularẽ? Nam qualis se haberi uoluerint Virgilius Horatiusq; poetæ in mecœnatẽ & Augustum: eorũ pulcherrima disertissimaq; poemata decantãt. Cõtra uero nemo est sensus & rationis compos: qui cũ aut Sextilij in G.

Cæſarē:aut.G.Pompilij in.M.T.Ciceronē maximos du-
os & eloquētiſſimos uiros ingratitudinē inuitus mœrenſq;
audit:nō illos uel mortuos oderit:atq; execret: & per omē
cōuitij cōtumeliæq; genus inſectet? Sed quid mltis? Q; ſit
deteſtabile abominabileq; facinus ingratitudo:ut triſte ita
ſempiternū tulit exemplū ſceleratus & impius iudas ille: q
magiſtrū dnmq; ſuū humani generis redemptorē crucian-
dum iudæis p omne uitæ dedecus & interimēdū tradidit.
Is em̄ cōſcius ſibi diræ ſuæ horrendæq; feritatis:abiecta ſpe
omni conſequēdæ ueniæ: pdigioſam uitam laqueo finiuit.
Plus em̄ pōderis ad pœnā in malignitate ſua q̄ i diuina bo-
nitate atq; miſericordia ineſſe arbitratus eſt ad ueniā. Præ-
terea iuſtus princeps nō ſemp ignoſcit. Nimia em̄ miſeri-
cordia ſumma eſſe iniuſticia cōſueuit. Nec minus crudelis
ducit:qui ſemp dat ueniā: q̄ qui nunq̄. Om̄ib⁹ in reb⁹ me-
diocritas quædā ſeruāda eſt. Qui ſe uoluit leniorē q̄ dece-
at:lentitudinis cuiuſpiā & ignauiæ nomē ſubijt. Et diſſolu-
ta clæmentia nō eo modo:qui iterū deliquerit:ſed reliquoſ
item reddit alacrioris ad delinquendū. Quo fit: ut ſub um-
bra hmōi uel clæmentiæ:uel ſegnitiæ iuſticia tota pereat.
Itaq; etiam atq; etiā tibi caue. Teq; ita inſtitue ut & clæmē-
tiæ ac benignitatis tuus optimus princeps ab om̄ib⁹ laude-
tur:& tu uſus nō abuſus tanto beneficio uideare. Sed ut eo
unde diuertit:noſtra redeat oratio:nō potui equidem præ
ſtantiſſime dux Borſi nō mirū in modū affici lætitia: cū lit-
teræ illæ copioſæ & elegantes Bartholomæi pendaliæ corā
optimo maximoq; principe meo Franciſco Sphortia reci-
tatæ ſunt. Erant enim indices ac teſtes præclaræ tuæ & exi-
miæ bonitatis:quā uidi cum ab audientibus omnibus: tum
a grauiſſimo ipſo principe facūdo admodum plenoq; ore
mirifice laudari:teq; unum dici:qui inter huius ætatis prin-
cipes & haberi debeas & dici princeps. Quare non minus
meæ fœlicitati lætor:quod modo dicebam: q̄ tibi gratulor:
quod maximis tuis innūerabilibuſq; uirtutib⁹ tantā iā glo-
riam es adept⁹: ut nulla ſit futura poſteritas:quæ de tuis di-
uinis laudibus conticeſcat. Quis enim te humanior? qs clæ
mentior? qs animi magnitudine clarior? quis iuſtior? quis

munificētior? Nā quid ego dicā de illuſtri ſapiētia tua: q p⸗ſpicue intelligēs inferiora hæc & tēporalia omnia mutabi⸗lia eſſe planeꝗ caduca: nihil tibi antiquius ducas magiſue expetendū fide: religiōe: pietate? Omnia refers ad deum: quo ſemp tanꝗ præſente: uidēte: audiēte: dirigis ac pficis tuos ſalutiferos cogitatus. Itaqꝫ tibi oia ſecūda ſūt: oīa læta & ad uotū oīa. Qui te min⁹ norit: ruſticus eſt cenſendus: qui te nō amat: nō colit: nō ex oī animi ſentētia uenerat: uel flagitioſus eſt: uel ſtult⁹. Perge: ut facis princeps præſtā⸗tiſſime: da nobis tuis quotidie egregiū aliqd' argumētū uel audiēdi: uel diſcēdi: ſcribēdiqꝫ de tot tuis tātiſqꝫ uirtutibuſ. Vale principū dec⁹. Et me cōmendatum habe: ut facis. Ex Mediolano idibus Nouēbrib⁹. M. cccc. Lviij.

Frāciſcus Philelfus: Nicodemo trāchedino: ſalu.

q Vod tardiores ierint meæ ad te lr̄æ id cauſæ fuit: qd' expectabā mihi facultatē fieri p principē nr̄m faci⸗undi itineris. Nō eīm uiuimus nr̄o: ſed alieno arbi⸗trio. Et iuſt⁹ princeps p iuſta lege ducēdus eſt. At uiri oēs boni ſubiecti ſūt legib⁹. Idcirco Socrates cū poſſet: noluit è carcere ſe in libertatē uēdicare. Breui igit hinc cōcedā Lu⸗cā. Ibiqꝫ tādiu expectabo: donec mihi fiat: qd' amici nomīe ſignificaſti. Nā eius mihi fide eſſe tuti⁹ nihil pōt. At ne ſecu rius quidē. Erūt etiā mecū filij duo Marius: ac Xenophon. Cū una erim⁹: cætera int nos cōmentabimur. Vale. Ex Me diolano. ix. kal'. Decēbres. M. cccc. Lviij.

Franciſcus Philelfus: Thomæ ſenecæ: ſalu.

b Ertholla nr̄ qui ad te uenit: faciet de oī ſtatu meo te cumulatiſſime certiorē. Qua uero in re tua mihi opa op⁹ſit: ex eodē cognoſces. Itaqꝫ tuū eſt id præ⸗ſtare: ne fruſtra hoc itineris ab eo ſuſceptum uideri poſſit. Nō. n. ſū neſci⁹: & quātū poſſis auctoritate & gr̄a: & quātū etiā mea cauſa uelle debeas: ſed rudis plane & dicēdus ſum & iudicādus: qui ita ad te ſcribam: quaſi uidear de ſingulari tua pſpectaqꝫ charitate. Quare nihil aliud abs te peto: niſi ut cures: ne iſtic diuti⁹ Bertholla nr̄ expectet. Vale. Ex Me diolano. iiij. Nonas Decēbres. M. cccc. Lviij.

Frāciſ. Phil. Beſſariōi ep̄o tuſculano cardinali nicæno: ſa.

c Vm ego quotidie tuas lr̃as expectarẽ pater clæmẽtissime: quib⁹ certior fierẽ de ijs: quæ ad kal'. nouẽbris tuæ amplitudini scripserã una cũ lr̃is ad sanctissimũ põtificẽ Piũ: necq̧ alid' noui qcq̧ acciperẽ: eẽtq̧ iã mihi tã dẽ iter ad uos ꝑmissũ: cœpi nõ inuit⁹ aggredi hoc laboris istuc ꝓficiscẽdi: & si cupiẽti labor esse nlls sane põt. Itaq̧ sum in uia. Necq̧ ad mltos dies futurũ spero: ut sanctissimi dñi nr̃i exoptatissimã faciẽ tuãq̧ mihi corã cõtueri liceat. Interea uero loci te maiorẽ ĩ modũ rogo: ut qd' antea ad te scripserã & de Plutarchi codice & de ducẽtis illis aureis: ita ex sentẽtia tua meaq̧ cõficiat: ut nihil ijs de reb⁹ cum istuc uenero: mihi curandũ sit. Vale. R. pater & dñe. Ex Mãtua die natalis christiani. M. cccc. Lviij.

Francis. Phil. Ciccho calabro ducali secretario: salu.

n Olo: mireris: si in hoc meo ad Piũ pontificẽ itinere incessu uti uideor testudineo. Id em̃ fit partim malignitate hyemis: quæ uias omnis uitreas reddidit: partim benignitate principũ: q me nõnulli remorati sũt. Im primis aũt Sigismũdus Pãdulphus malatesta: ut est animo ingẽti & ꝑhumano: me honorificentissime liberalissimeq̧ excepit & omnib⁹ est officijs ꝓsecutus: quẽ ego cũ ob eius maximas innũerabilisq̧ uirtutes maximi facio: tũ eo pluris quod principis nr̃i amantissimũ esse obseruantissimũq̧ cognoui. Idq̧ ut istius excellẽtiæ referas: uolo. Sum ego hinc postridie abitur⁹. Vtarq̧ quãtũ in me fuerit: maturiore itinere. Te interea etiã atq̧ etiã rogo: ut memineris mei: nec min⁹ Laureæ nostræ. quã tibi unice cõmẽdo. Reliquũ ẽ: ut cõmuni principi etiã atq̧ etiã me cõmẽdes. Vale. Ex Ariminо. Nonis Ianuarijs. M. cccc. Lix.

Francis. Philel. Ciccho calabro ducali secretario: salu.

d Edi ad te nudiusterti⁹ lr̃as ex Arimino: quib⁹ certior fact⁹ esses de ijs: quæ tẽpus obtulerat. Hesterno uesperi cũ ad forũ semproniũ uenissem: offendi Iacobũ perusinũ cognomĩto picininũ: corꝑe sane Tydeũ: sed animi robore ac prudẽtia Alcidẽ aliquẽ. Hic mihi uisus est tanta esse in principẽ nostrũ & fide & pietate: ut dignus sane sit: quẽ Sphortiani om̃es mirifice diligamus: amemusq̧.

Singularē is mihi beniuolentiā ondit: omisitqꝫ nihil: quod uel humanitatis:uľ benignitatis officiū saperet. Spero hūc principi nr̄o maxime aliqn̄ uoluptati fore: & fortassis etiā usui. Cū hæc ad te scripsi:erā hinc cōtinuo abitur⁹: quippe qui audirē pontificē Piū ex urbe Roma iā decessisse peteręqꝫ Perusiam. Tu me interim ama:ut soles. Vale. Ex foro sempronio. vij. idus Ianuarias. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus:Gaspari mercato Valentiæ comiti:salu.

I Gasparē mercatū meū de om̄i meo in urbē Romā itinere min⁹ facerē certiorē:quē alium sim facturus: haud satis intelligo. Itaqꝫ rē omnem paucis accipe. Posteaq̄ꝫ ad quartūdecimū kaľ. Ianuarias e Mediolano decessissem ueni postridie Mantuā:quæ quidē urbs me plurimū delectauit: cū sua magnificētia & Maronis nr̄i memoria:tū etiā cumalatius præsentia & hūanitate præstātissimi principis Lodouici:qui me uidit ꝑlibēter:excepitqꝫ lautissimæ. Et qm̄ natalis christian⁹ ꝓpediē aduentabat:uoluit:ne ante inde discederē:q̄ꝫ eēt a me natalis ipē apud se celebratus. Quo quidē facto postridie eius diei Reuerū ueni: ubi uidi pulcherrimas ædes illas:quas ingenti animo princeps eo in oppido nuꝑ ædificauit:nō trito & usitato quodā uulgariqꝫ artificio: sed ad imaginē poti⁹ atqꝫ dignitatē laudatissimæ illi⁹ & ꝓbeatæ antiquitatis. Vnde cū Ferrariā postero die cōcessissem:ducē Borsiū offendi principē sane dignū: quē nulla neqꝫ natio:nec posteritas cōticescat. Est em̄ omni uirtute prædit⁹:imprimisqꝫ magnitudine animi ac munificētia:quæ ipē duæ claris principib⁹ peculiares semꝑ esse debent. Et qđ mihi fuit iucundissimū auditu:diuinū principē nostrū nō minore laude:q̄ꝫ beniuolētia prosequi studebat. Ab hoc ego egregie donat⁹ pridie kaľ. Ianuarias uersus Bononiā ꝓfectus ꝑpetuo itinere intra quatriduū Cæsenā ueni:ubi ab humanissimo regulo malatesta nouello nō regie minus q̄ꝫ philosophice sum accept⁹. Eodēqꝫ mō post biduū a Sigismūdo pādulpho huius fratre:cui⁹ ego fortunam nō potui non misere dolere:quippe qui uideā breui peritur ū: nisi a clæmētissimo nostro principe:a quo quidē uno is ulti-

mã salutẽ sperat:opẽ:auxiliũq; inuenerit. Vnde cũprimũ illuxisset:abiẽs forũsemproniũ petij. Hic Iacob⁹ picininus acerrimus belli dux hibernans ubi me eo aduenisse cognouit:suum necessariũ quẽdã ad cauponulã misit: qui me suo nomine salutaret: atq; oĩa polliceretur: quæ humanitatis sunt beneficentiæq; officia. Hũc ego deinde mane cũ adijssem:multaq; citro ultroq; familiariter & amice habita uerba eẽnt:unum id uisus mihi sum de illius animo intelligere sibi principe nostro nihil esse charius: nihil uenerabili⁹: cũ sese huius semp nõ seruũ minus:q̃ filiũ assereret: diceretq; nihil sibi contingere posse optabilius: q̃ aliquam occasionem offerri declarandæ suæ in talem ac tantum patrem & dominũ obseruantiæ:fidei: pietatis. Quid multis est op⁹? Est plane Iacobus picininus in principem nostrum tãta beniuolentia atq; fide:ut addi nihil possit ad cumulum. Sum autem ab illo ita tractatus: ut eum decet qui & uetus amic⁹ sit & principi nostro charissim⁹. Eodem etiam die inde discessi: & per montuosa illa asperrimaq; itinera post sextum diem perueni ad urbem Romã. Et ne sim longior q̃ oportet: Summus pontifex Pius tanta me humanitate excepit: ut uix quicq̃ dici possit humani⁹. Spero me omnia ex sententia mea assecuturum:& ad paucos dies secundis auibus rediturum ad uos. Interim uelim:ut memineris mei: tibiq; persuadeas te mihi neminẽ post clæmẽtissimũ principem nostrũ esse chariorẽ:neq; iucũdiorẽ. Tu uale cũ tua frigidissima frigida. Nam hic niuiũ nihil est. Ex urbe Roma. xiiij. Kal. Februarias. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus:Borsio æstensi Mutinæ regijq; duci:salu.

q Vod mihi ex urbe Ferraria decedẽti mãdasti præstãtissime dux Borsi: id ego Pio ecclesiæ Romanæ põtifici fideli diligẽtissimeq; exposui:& ea præterea addidi:quæ mea interesse ꝑ maximis tuis in me bñficiis addẽda existimaui. Audiuit certe oĩa sũmus põtifex p libẽter:ostẽditq; se usurũ in tẽpore:quod tam liberali atq; perbenigne obtulisti:deinde in longiusculũ sermonem de tuis diuinis laudibus: & audiendo & dicẽdo prouect⁹ est.

Et cũ alia ꝑmlta de te mirifice ꝓbauit:tũ imprimis delecta/
tus ē qđ nihil pluris ꝗ̃ religionē & cultũ diuinũ faceres. Di
cebat em̃ sibi plurimũ uideri laudãdũ:q in tãta rerũ licentia
ita se gereret:ut omnia referret ad deũ:Absolutæq; eē uir/
tutis:q in maxima fortuna se cõtineat:cũ fieri uix possit: ut
impunitate ꝓposita uoluptas uitiorũ omniũ parẽs cõtena/
tur. Et ideo te sibi uideri magis admirãdũ:q ĩ pulcherrimo
& pacatissimo principatu in maxima bonaꝶ rerũ omnium
affluentia:& uarietate:& copia nunꝗ̃ secedas ab honestis
actiõib⁹:nunꝗ̃ ab officio: nũꝗ̃ a deo: sempq; tui similis sis:
hoc ē dei metuẽs planeq; ꝑfect⁹.Nũꝗ̃ em̃ cõtinere te potu
isse in illa Ioãnis ꝑegrini aduersus dignitatem tuã impia cõ/
tumelia:nisi deũ semꝑ añ ocl'os haberes.Itaq; istiusmõi clæ
mẽtiã tuã pleniore quodã ore hilariq; uultu laudabat.Et ne
si lõgior fuero:uidear assentatiõi obnoxi⁹:uel in re ꝑspicua
oĩnoq; uerissima:ea fuit dicẽdi clausula:si tales fuerint reliq
christiani principes:q̃lẽ te eē in deũ audiret:nõ admodum
sibi in sua hac ꝓfectõe laborãdũ fore aduersus turcos. Hic
ad martiũ istac iter factur⁹ ẽ.Quare ex eo ĩpe corã aĩaduer/
tes:quã de te habet præstãtẽ opinionẽ eãq; uerissimã. Cæ/
tera tibi ꝓpediẽ præsens exponã.Sũm⁹ põtifex hoc mane
Romã egregiẽ Perusiã uersus iter factur⁹:ubi dies qnq; ad
sũmũ actur⁹ ẽ.Vale mi princeps illustrissime:& me cõmen
datũ habe.Ex urbe Roma.xj.kal'.Februa.M.cccc.Lix.

Frãcisci Philelfi:Epistolarũ Liber Decimusquintus.

Franciscus Philelfus:Sigismundo Pandulpho mala/
testæ:salu.plu.di.

c Vm primũ uenissem in urbẽ Romã Si/
gismũde Pãdulphe:rẽ quã ꝓficiscẽti mi/
hi ꝓ tua in me præcipua dilectiõe mãda
ras:curaui apđ põtificẽ Piũ:nõ minore
fide:ꝗ̃ diligẽtia.Quid aũt is mihi respon
derit in causam tuam:id ego te oĩe filio
tuo excellẽti indole adolescenti Rober/
tho:quẽ te apud Mediolanũ absente:rediẽs Fani offẽderã:

ut actũ erat:exposui.Fecisti aũt & prudẽter & recte:qd' soceri tui Frãcisci Sphortiæ charitatẽ atq; sapiẽtiã:fucatæ aliorũ spei dolosisq; pollicitis: ut es animo ingenti acerrimoq; ingenio:prætulisti.Nõ em̃ mihi crede:tua te fallet opinio. Est em̃ hic princeps:ut scis:cũ aliis pmltis ac maximis uirtutib⁹ prædit⁹:tũ clæmẽtia atq; benignitate plane omniũ primus.Quæ qdẽ ipsæ tuæ uirtutes mirifica beniuolentia q̃dã mortaliũ animos ad se trahũt.Nã ut crudelitas est immanium ꝓprie bæluarũ:ita nihil esse duco:qd' magis attingat hominũ bonitatẽ:q̃ hũanitatẽ:facilitatẽ:mãsuetudinẽ.Liberalitas uero ac bñficẽtia q̃uæhemẽter alliciãt omnis in amorẽ sui:qs ẽ q nesciat? Quãtum uero prudẽtia & rerũ gerendarũ peritia calleat idẽ Frãcisc⁹ Sphortia earũq; nõ paruarũ aut uulgariũ:cũ alia ꝓpe infinita ꝑiculosissima clarissimaq; facinora:tũ nobilissim⁹ hic principat⁹ facile demõstrat: quẽ nllis fere uirib⁹:auxiliisue fortunæ:aduersus oẽs Italiæ: atq; galliarũ:hispaniarũq; potẽtat⁹ adeptus est cum imortali sui nominis gl'ia.At hui⁹ fide obseruatiõeq; ꝓmissorũ:qd inuenire liceat aut certi⁹ aut sanctius? Itaq; tibi plurimũ gratulor:cui uideo ꝓpediẽ lætiorẽ fore fortunã:teq; nõ modo liberatũ iri om̃i bellorũ mole:sed incremẽtũ etiã firmissimũ uni⁹ hui⁹ soceri tui cõsilio atq; adiumẽto tuis rebus præsentibus allaturũ.Reliquũ ẽ:ut ꝓ tua dignitate atq; animi magnitudine: ut bñ cœptis insistas om̃ibusq; declares:eum te Sigismũdũ esse:& indies magis magisq; futurũ q cõsilii rationẽ omni casus temeritati anteponẽdã iudices.Vale. Ex Mediolano Nono kal'.Martias.M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus:Karolo fortibracio:salu.

q Vã mihi gratũ & ꝑiucũdũ fuerit lautissimũ tuũ munus:Seneca nr̃ cẽsor egregi⁹ idẽq; uerissim⁹ splẽdidissimi tui nois prædicator tibi corã exponet. Facis tu aũt nihil alienũ a patña gl'ia tuoq; splẽdore. Nihil em̃ decet paruũ abs te donari:q & maximo impatore sis natus & ipe maxim⁹.Qd' aũt ad me attinet:licet ipse tibi: uel me reticẽte:nõ obscure intelligere:q̃lis sit me⁹ erga te animus. Nã si nullis bñficiis ꝓuocatus erã: tibi antea uæhementer

affect⁹ ob eximias tuas innũerabilisq̧ uirtutes: qualẽ futu/rum speres: quẽ tam eleganti munere decoraris? Tuũ igit̃ fuerit bonas actiões tuas bonis assidue actióib⁹ cumulare. Nõ em̃ nos minoris in dicẽdo de te bñ cognosces: q̃ nos de te in bñ agẽdo audierim⁹. Reliqua ex Seneca ip̃o accipies. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Apriles. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Thomæ senecæ: salu.

s Atis supq̧ expectare domi te poterã: cui darẽ lr̃as: quas prædixerã: ad illustrẽ karolũ fortibraciũ: cũ in/terim nũciat̃ abesse te ab urbe Mediolano p̱ multa milia passuũ. Fecisti aũt seueri⁹: ne dixerim inhũani⁹: qd̃ nõ uale saltẽ pri⁹ dixeris: q̃ a nobis abieris: præsertim cũ scires tua mihi adhuc op̱a op⁹ esse. Nã qua in re id certe scire nõ poteras: nisi ab me añ audisses. Habes tu cũ hisce lr̃as: quas tecũ latur⁹ fueras ad inclytũ istum karolũ. Intelliges etiã: qd abs te uelim. Itaq̧ facito: cures om̃ia ex sentẽtia mea. Vale. Ex Mediolano. v. idus Apriles. M.cccc. Lix.

Frãciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: salu.

d Edi Petro galeræ ad te lr̃as: ex quib⁹ intelligere po tuisti: qd fieri abs te uelim. Itaq̧ si me amas: ut certe facis: da op̱am: ut & q̃ primũ & ex sentẽtia mea mi/hi morẽ geras. Scio em̃ & quãtũ possis: & quãtũ mea causa uelis. Quare nc infinitæ occupatiões tuæ tibi impedimẽto sint: quo min⁹ qd̃ cupim⁹: asseq̃mur: tuæ prudẽtiæ fuerit p̱/uidere. Vale. Ex Mediolano. v. idus Apriles. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Amareto mannello: salu.

n On absurde mihi uidet̃ Plato sensisse eo ĩ libro qui de rectitudine nominũ inscribit̃: nomina quib⁹ uti/mur nõ esse indita casu quopiã: ut uulgo existimãt: sed ita poti⁹ inducẽte ac ueluti de industria dictãte natura: quæ mlto ante p̱uidẽs: quid cuiq̧ sit euẽturũ: & qualis q̧sq̧ futurus sit: ita nomẽ imponat. Id aũt cũ in alijs multis & re/bus & hominib⁹ p̱bari põt: tũ in Alcides: & Priam⁹ p̱spicu um est. Alcides em̃ robustũ forteq̧ significat: qualẽ illũ legi mus extitisse: q Hercules postea cognominat⁹ est: quasi fa/ma gl̃iaq̧ Iunonis: quæ a græcis uocat̃ Hera. Priam⁹ uero a

uerbo priame: qđ emo significat: deduci manifestũ est. At illũ ab Alciade captũ troianos postea emisse: & græcæ & latinæ tradunt historiæ. Nã de uirib⁹ & fortitudine Herculis quid attinet prædicare? Et hæc qdẽ duo queadmodũ alia ꝑ mľta: qb⁹ tot⁹ ille liber refert⁹ est: secũdũ rectam analogiã dicta reperiant. Videm⁹ etiam & apđ græcos & apđ latinos plæraqꝫ esse nomina: quæ sec⁹ interpretemur ꝙ uoces ipsæ significẽt. Nã & lucũ dicim⁹: qđ ob nimiã arboꝝ dẽsitatem luce quodãmõ careat: & parcæ quod certe minime parcãt. Sic itẽ apđ Platonẽ Cratyl⁹ cauillat in Hermogenẽ: eũ nõ recte dici Hermogenẽ: hoc est Mercurio gẽitũ: qđ doctrinæ scilicet atqꝫ eloquẽtiæ nihil sapiat. Vñ hæc nr̃a repetitur oratio? Vt intelligãt cæteri: q te mi Amarete experti nõ sũt nomẽ tuũ cõtrario esse significato accipiẽdũ: ꝙ uox ipsa uideat oñdere. Nã nõ mõ nihil in te habes amaritudinis: sed es certe plane dulcis ac ꝑsuauis: Id qđ nõ solũ omni tuo sermone declaras: sed etiã uniuersa uita. Sed de his malo apđ alios ꝙ apud teipm̃ uerba facere. Dedisti ad me binas suauissimas lr̃as: quarũ unas eodẽ accepi die: quo erã ad urbẽ Romã ꝓfectur⁹. Itaqꝫ nihil tũc ocij datũ est rñdendi ad te. Alteræ aũt simul cũ duob⁹ fasciculis asparagorũ sũt hoc tꝑe mihi redditæ: quo me febrecula quædã eaqꝫ tertiana corripuit. Quare nolim meritis: si min⁹ hilares hæ meæ litteræ ad te ierint. Vix eñ iacẽti in lectulo atqꝫ febrienti mihi uel ineptiora hæc dictare licuit: cum laboris etiam partem tuus ac meus Bonusaccursi⁹ pisanus in scribẽdo sibi ultro assumpserit. Vnũ autẽ nõ omittã me nõ minore admiratione ꝓsequi ꝙ delectatione orationẽ: qua in litteris uteris. Et scribis tu certe nõ modo apte sed etiam pulchre. Itaqꝫ pro nostra singulari ac mutua beniuolentia te etiam atqꝫ etiã hortor: ut qua cœpisti: diligentia incumbas studijs litterarum: ex quibus crede mihi: longe maiorem fructum ac diuturniorem consequere: ꝙ ex omni tua quæstuosissima mercatura. Meũ Catonẽ saccũ iurisconsultorũ homerũ saluere plurimum iube. Præterea uelim meo nomine moneas Marium filium: ut cum Baldassare raxino se ꝙ modestissime gerat: operãqꝫ det: ut amicitiam cum illo uiro ꝙ inimicitias ma-

luisse intelligatur. Vale. Ex Mediolano. vij. kalen. Maias. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus: Amareto mannello: salu.

f Acis tu quidē mi Amarete pamice qđ febriēti mihi omib⁹ hũanitatis officijs opituleris. Et asparagos accepi: & malapunica. Fuerũt sane mihi utraq; pergrata. Faciat deus: ut ꝓpediē: qđ spero: optoq;: iucundiora nobis tua sint munuscula. Nã animo tuo iucũdius certe eē nihil põt. Qđ aũt ad tuũ attinet nomē: non facile sententiã mutare cõsueui: præsertim eã: quã diligētius ante considerarim. Præterea: an ignoras nimis omē uitij loco duci? Si ita & morib⁹ es dulcissim⁹: ea simulata nominis amaritudo tm̃ affert tēperamēti: ut omnis illa quasi nimia dulcedo ad mediocritatē quandã redigat: qđ uel meræ uirtutis est: uel laudabilis habit⁹. Ad hæc nõne uides Pigellũ tuum nõ iccirco ita esse nominatũ: qđ ulla ex pte sit piger: quippe qui in rebus gerēdis sit unus omniũ strenuus maxime? Tu ut añ ad te scripsi: uelim: omni opera atq; diligentia litteris studeas. Hæc em̃ una res cũ multa tibi adiumēta allatura sit: tũ erit aliquãdo nõ mediocre leuamētũ senectutis. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Maias. M.cccc.Lix.

Frãciscus Philelfus: Ioanni & Guidoni Antonio arcimboldis: salu.

c Vpiēti mihi acerbissimũ luctuosissimũq; mœrorē: quē ex obitu Nicolai pr̃is sapiētissimi iureconsulti: & grauissimi senatoris cõcepistis: aliq̃ saltē ex parte leuatũ ire: Duæ sane res ita aduersãt: ut uñ exorditur⁹ sim: nesciã: & molestissima hæc febris q̃ nõ mediocrit lãgueo: & incredibil quædã i optimũ uirũ illũ beniuolētia: q̃ fit: ut consolãd⁹ ipe nõ min⁹ sim: q̃ uos: quos cõsolatur⁹ accedo. Faciã tamē: ut potero: operãq; dabo: ut qb⁹ in hac mea animi molestia remedijs utor: ijs etiã uos si aptioribus nõ licuerit: uti mecũ una possitis. Nõ equidē negabo magnã esse iacturã nostrã in obitu tãti atq; talis uiri ingēsq; naufragiũ. Nõ em̃ morte nobis sublat⁹ ē uir un⁹ ex plurib⁹: sed is ꝑfecto: quo aliũ neminē uniuersa hæc Gallia cisalpina neq; innocētiorē habuit: nec doctiorē: nec omni uirtutis genere meliorem.

Liceat intueri fortasse nõnullos:qui singulari aliqua uel ingenij uľdoctrinæ uľuirtutis præstãtia inť cæteros sint illustres:sed qui un⁹ oẽm simul laudẽ sit cõplexus: præter unũ Nicolaũ arcimboldũ:inueniam⁹ certe neminem.Hic publicis:hic priuatis in reb⁹:& domi & foris ita cæteris hui⁹ tempestatis hominib⁹ præstabat:ut nõ min⁹uenerãdus colẽdusꝗ eẽt:ꝙ & diligẽdus & amãdus:Offendebat neminẽ:ꝓderat omnib⁹.Nihil sibi ducebat poti⁹ ꝙ iusticiã atꝗ pietatẽ: omnia ad officiũ boni uiri:omnia referebat ad deũ: quo ꝑinde ac præsente & intuẽte omnia:recte semꝑ & sapienter: tũ loquebať: tũ agebat: quicqd ei aut agendũ aut dicendũ eẽt.Illudꝗ Platonis atꝗ stoicorũ nõ re min⁹ ꝙ uerbo usurpabat:nõ sibi soli se natũ esse:sed bonis oĩb⁹:sed uniuerso humano generi.Itaꝗ aliorum etiã causas ac litigia ea animi grauitate integritateꝗ pẽsitabat:ac si eẽnt ꝓpria. Hinc factũ est:ut charissim⁹ esset omnib⁹:præstãtissimo aũt nostro principi ita grat⁹ & ꝑiucũdus:ut ali⁹magis nemo.Quare in omnib⁹ reb⁹ maximis illisꝗ difficillimis:quæ in tã locupletissimo & potẽtissimo principatu ꝙplurimæ ac uariæ quotidie occurrũt:unũ hũc Nicolaũ arcimboldũ:nõ inťesse solũ:sed ita praeesse semꝑ instituerat:ut sine eo nihil innocenter:nihil ex animi sui sententia fieri posse iudicaret. Et ne sim dicẽdo lõgior:ꝙ uel res ip̃a:uel tẽpus:uel præsens mea corꝑis imbecillitas postulat:queẽadmodũ uniuersa quondã græcia in dubijs suis ac maximis causis ad Ariopagũ se referebat:ita nõ modo totũ hoc principis nostri latissimũ regnũ:sed omnis etiã hæc gallia cisalpina uni⁹ illius uiri ædes cõtinuo petebat:& assidue frequẽtabat:quo aliqd inde aut cõsilij:aut auxilij iuste pieꝗ assequereť. Et nemo certe unꝙ inuẽt⁹ est:qui qď cõsiliũ ille ꝓtulisset: nõ tanꝙ a Solone aliquo:aut ex sacratissimo quodã iusticiæ & totius uirtutis oraculo prolatũ esse cẽseret. Quis igiť nõ iure doleat: atꝗ animi uæhemẽtissime crucieť in ei⁹ uiri obitu:cui⁹ uita saluti (ut ita dixerim)erat omnib⁹? Quid tñ faciundũ nobis sit: qui ea sum⁹ nati necessitate:ut omnib⁹ sit tãdẽ moriendũ? Quicqd aũt fit lege naturæ:id certe & si acerbũ uideri solet ob infirmitatẽ humani generis:ꝑfecto non modo in malis

ducēdū nō est: sed in bonis poti⁹. Nec em̄ mors est interit⁹ quo corp⁹ simul animusq; dissipat̄ atq; delet̄: sed quædā separatio ipsi⁹ animi a corpe: hoc est imortalis naturæ a natura mortali. Interit sane hō exterior morte: non interior: qui quo solutior est: uinclis moleq; corporea: eo liberior redditur: eo sui similior: eoq; magis ac magis & uiget & sapit. Quare si recte uolum⁹ rē ipam nobiscū animo uolutare: nō est nobis morte sublatus Nicolaus arcimbold⁹: q ex his tenebris intolerabilibusq; ærūnis humanæ uitæ in cæleste regnū ad uitā sempiternā eāq; & lucidā: & pspicuā om̄iq; gaudio abūdantē euolauit. Recepit iā præmia bene actæ uitæ: fruit̄ cōspectu om̄ipotētis dei. Nulla re eget: nullis laboribus est obnoxi⁹. Nūc lætat̄: gaudet: exultat: qđ id bonū tādē est cōsecutus: quo aliud nullū neq; dici pōt: neq; cogitari aut fœlicius: aut beatius. Illi⁹ aūt glīa & sempiterno gaudio nos animi torqueri nō amātis est: sed inuidētis & ad suū cōmodū omnia referētis. Quo certe nihil esse arbitror magis alienū ab animo ingenuo ac magno. Q̄obrē si mihi audieritis doctori olim ur̄o nobilissimi adolescētes: feretis æquo animo ac modice obitū Nicolai patris: quin poti⁹ operā dabitis: ut omni industria atq; diligētia illi⁹ p omnis præstātiæ gen⁹ q̄simillimi & dicamini & sitis. Qđ una re facile uobis cōtigerit: si uirtutē paternā semp p oēm uitæ cursum sequi imitariq; studueritis. Id aūt eo facili⁹ factu est: qđ relictū ab eo uobis esse intelligitis locupletissimū & honoratissimū patrimoniū: p qđ oēm uim impetūq; fortunæ sitis ppulsaturi. Et qđ inq; patrimoniū? Nū prædia ac fundos? Et hæc sane nō mediocriter: sed aliud lōge maius: longe pulchri⁹: longe diuturni⁹: eruditionē bonarū artiū: quæ nulli motu i: nllī fortunæ subiecta est. Nā alterū uestrū urbanis: alterū bellicis laudibus erudiendū studuit. Quib⁹ utrisq; tota humana uita quā duplicē esse natura cognoscim⁹ cōtemplatiuā atq; actiuā: & cōstat & habet̄ in laude. Nā qd ego dicam de pulcherrima supellectili amicorū: quos tot uobis tātosq; reliqt quot eius admirabilis ac summa grauitas p incredibilē magnitudinē meritorum quotidie q̄diu uixit: sibi cōciliauit? Nec em̄ minor uobis cura habēda ē: ut amicoꝝ hæreditatē

nō deſeratis: ꝙ ut reliquā rē oēm pecuniariā tueamini. Valete Mediolani ex ædib⁹ meis. v. idus Maias. M.cccc.Lix.

Franciſcus Philelfus: Iacobo lucenſi apoſtolico ſecretario: ſalu.

f Ranciſc⁹ foſſat⁹ uir nobilis & hūan⁹ ideq; ſplēdidiſſim⁹ eques aurat⁹ eſt mecū ſūma familiaritate cōiunctus: hūc ego tibi ꝓ nr̄a ſingulari beniuolētia maiorē in modū cōmēdo. Facies tu mihi ſane rē admodū gratā: ſi curaueris: Frāciſcus me⁹ intelligat meas apud te cōmēdationes ſibi fuiſſe nō mediocri adiumēto. Qđ ut facias: tanto ſtudio abs te peto: ut maiore aliud nihil poſſim. Scio te omnia cupe mea cauſa: nihilq; omiſſurū: qđ huic uiro ul̄ ad rē: uel ad dignitatē ꝓfuturū intelligas. Quare ne tuæ ꝑmultæ ac maximæ occupatiōes tibi impedimēto ſint: quo tardius qđ facto opus fuerit: effectū reddas: te etiā atq; etiā rogo. Vale: & me ſanctiſſimo dn̄o nr̄o ꝙ diligētiſſime cōmenda. Cui qđ nihil adhuc obſtrepuerim poſt reditū meū ab urbe Roma: tertiana febris fuit in cauſa: qua qm̄ diuina benignitate iam ſum plane liberatus: qđ prætermiſſum eſt: ꝓpediē reſarciā. Gregoriū ſenēſem iureconſultū collegā tuū bene ualere plurimū opto. Vale iterū. Ex Mediolano. xj. kal. Iunias. M.cccc.Lix.

Franciſcus Philelfus: Amareto mānello: ſalu.

b Is deinceps poſteaꝙ tertiana febre ſum liberat⁹: tui ad me ierūt pulcherrimi aſparagi: quibus & ſi delectat⁹ ſū plurimū qm̄ ab homine amiciſſimo miſſi eſſent: lōge me tn̄ magis magiſq; delectaſſent: ſi lr̄arū tuarū ſuauiſſimo comitatu uti uoluiſſent. Id qđ nō præſtitiſſe te: niſi mihi memoriæ occurrerēt occupatōes tuæ: cū priuatæ: tū publicæ: æquo animo haud ferrē. Erit tn̄ hūanitatis tuæ: ſi cū quid ocij nactus fueris: aliqd mihi ſcripſeris. Vale. Ex Mediolano. viij. kal. Iunias. M.cccc.Lix.

Franciſcus Philelfus: Ioanni palæologo montiſſerrati Marchioni: ſalu. di. plu.

n On ſecus nos oēs qui eloquentiæ ſtudiū ꝓfitemur: illiberalitatis accuſandi ſum⁹: ſi per litteras amicos

cōmēdare neglexerim⁹ q̄ uos principes: dū uiros familia/ris ac beniuolos iuuare pecunia detrectatis. In quā uitij la/bem ne ipse incidere apud te:qui soles unus omniū esse li/beralissim⁹:nō potui tibi nō cōmēdatū facere Demetriū pa/læologū istū:qui tuæ excellētiæ reddidit meas lr̄as. Est em̄ uir nobilis & modestus:ideq; plane dignus:cui in tanta sua calamitate opē feras pbenigne:ut ijs omnib⁹ cōsuesti:quos ex reliquijs illius cōstantinopolitani naufragij fortuna ser/uauit. Ego de hominis dignitate uerbū ideo nullū facio:qd secum ipse locupletissimū testimoniū affert. Reliquum est: ut bonæ ualitudini operā des q̄ diligentissimā:quo tua hu/manitate q̄ diutissime uti possimus. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Iunias. M.cccc.Lix.

Frācīscus Philelfus: Xenophonti filio: salu.

q Vod tibi anteaq̄ istuc esses pfectur⁹: cōsiliū dedi: idq; ut faceres: iussi: idē repetā p lr̄as. Instituisti me dicinæ operā dare: qd eius rei nō mō nō reprehen/do: sed uæhemēter laudo: quādo quidem & medicina post magicā atq; poeticā est omniū laudatissimarū artiū uetustis/sima: eaq; humano generi admodū necessaria: & tu ad isti/usmodi scientiā uideris natura inclinatus. Vnū aūt moneo ac uolo: ne te ante ad medicinæ studiū cōferas: q̄ dialecti/cen ac physicen oēm: iteq; mathematicas disciplinas: q̄ dili gētissime didiceris. Quibus quidē ipsis in studijs quib⁹ præ ceptorib⁹ uti debeas: id qd te etiā corā monui: consule ho/minē mihi amicissimū eruditissimūq; philosophū ac medi/cū Ioannē Marlianū: quo etiā aliqn̄ doctore usur⁹ es. Noui em̄ hoīm cōsuetudinē in istiusmodi scholis: quāta circūcur/satio sit: quātæ amicorū preces ad auditores alliciēdos. Itaq; uolo te nō beniuolis hac in re: sed tibiipsi mihiq; inseruire. Paucis tenes sententiā meā. De re pecuniaria ita curabo: si intellexero te a monitis iussisq; patnis nusq̄ recessisse. Va/le. Ex Mediolano. viij. idus Iunias. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus: Othoni carreto iureconsulto: salu.

c Vm tuis istis binas a me litteras uersibus accepisti: quarum alteræ dantur ad pōtificē Pium: alteræ ad

Bessarionē meū cardinalē Nicænū. Vtrasq; tñ ut ipsi cardinali q̄primū reddas: uelim. Ignosce breuitati ep̄læ meæ: tuarumq; longitudinē litterarum ut obliuiscaris: rogo. Vale. Ex Mediolano Idibus Iunijs. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: sal̃.

d Edi famulo quē misisti pecunias quas petebas: nō eas fortasse: quas expectabas: sed quæ mihi per id tp̄is se obtulerāt. Nosti em̄ mores meos. Nunq̄ diuti⁹ apud me nūmi hospitari consuerūt. Tu incūbe in id studiorum genus: qd̃ es aggressus. Id aūt eo debes facere libētius: qd̃ nō temere: sed cōsulto ad eā te laudē cōtulisti. Itaq; facito: ne frustra sit diuturna tua cogitatio: & deliberatio diligēs. Vale. Ex Mediolano Idib⁹ Iunijs. M.cccc. Lix.

Frāciscus Philelfus: Bessarioni cardinali Nicæno: sal̃.

d Edi ꝓximis ad te dieb⁹ pater clæmētissime & litteras unas & cū ijs carmē sapphicū & adonicū: ut intelligeres id qd̃ tibi esse debet ꝑmultis argumētis exploratissimū: apud me nihil esse antiqui⁹: nihil uenerabilius tuo noīe. Nūc uero cū mecū aīo repeterē quāta ī me humanitate benignitateq; usus est reuerēdissim⁹ pr̄ Prosper colūna diaconus cardinalis: dign⁹ sane uisus est: quem aliquo ueluti munusculo reuiserē. Itaq; cū alid̃ nihil ꝑ id tēpis oportunius mihi occurreret: meos carminū libros iccirco ad eū dedi: ut breui aliqua saltē coniectura cognosceret se nequaq̄ in hoīe oīno ingrato suū beneficium collocasse. Quare tuā mansuetudinē uæhementer rogo: ut hosce ei libros per tuū aliquē nūcium reddēdos cures. Vale. Ex Mediolano Kal̃. Iulijs. M. cccc. Lix.

Frācis. Philel. Prospero Colūnæ diacono cardinali: sal̃.

c Vm ad proximū mēsem Ianuariū uenissem Romā salutādi summi pōtificis Pij gratia: tu mihi pater reuerendissime singularē beniuolentiā ostēdisti: nihilq; ē abs te prætermissum: qd̃ ad me summoꝑe ornandū ꝑtineret. Itaq; dici uix posset: quanto me bn̄ficio existimē amplitudini tuæ obstrictū eē. Vt igit̃ aliquo animi grati indicio cognosceres quāti faciā benignitatē tuā: misi tibi dono meos carminū libros: ingenij munusculum nō fortunæ.

Siquid mihi p hoc tpis se pulchrius obtulisset: id lõge libẽ-
tius ad te dedissem. Verũ tu ut es aio pmagno & liberali:
nõ tam rẽ ipsam: quæ exigua est: ꝙ donãtis uolũtatẽ pẽsita
bis. Vale. Ex Mediolano kal. Iulijs. M.cccc.Lix.

Frãcisc⁹ Philelfus: Nicolao canali iureconsulto
equiti aurato ac brysianorum præfecto: sal.

q Vanti ego semp fecerim ac faciã florẽtissimũ Ve-
netorũ senatum: & si ipse optim⁹ testis es: uolui tñ
ut etiã aliquo meo carmine id cæteris oĩbus esset cognitũ.
Itaq3 uideas: uolo: quæ ad inclytũ ducẽ uestrũ Paschalẽ ma-
lippæriũ dieb⁹ pximis cecini. Ea uero si perspicue intelle-
xero uestro principi reliquisq3 patritijs grata extitisse: red
dar deinceps quoq3 ad scribendum alacrior. Vale. Ex Me-
diolano. v. Idus Iulias. M.cccc.Lix.

Frãcis. Philel. Aloysio burrhæ pħo ac medico: sal.

q Vi amicorũ in se officia euentu potius ꝙ rõne: &
cõsilio metiunt: non possum eos non rerũ imperi-
tos iudicare. Nã cum nullũ aĩal: ut philosophis pla-
cet: agere dicamus præter hominẽ eum in quo perfectus
insit rõnis usus: ob idq3 & mlĩeres & pueri æque atq3 mẽte
capti huiuscemodi excellentiæ inopes eẽ existiment: qc-
quid secundũ rationem & consulto agitur: recte agit: etiã
si casu aliquo aut fortunæ uitio ad effectũ suum perduci ne
queat. Itaq3 ego me tibi mi Aloysi debere plurimũ fateor:
quippe quẽ intelligã nihil oĩno prætermisisse: qđ mea pu-
taueris interesse. Quare tuũ fuerit omnibus in reb⁹ ita me
uti: ut ijs soles: quos habes amicissimos. Nihil enim possit
accidere neq3 paruũ neq3 magnũ: qđ nõ sim tua causa ꝗstu-
diosissime suscepturus. Vale. Ex Mediolano. xj. kl. Septẽ
bres. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus: Phœbo capellæ: sal.

q Væ ad te scripsit magnificus uir patritius clarissi-
musq3 philosoph⁹ atq3 iurisconsult⁹ Nicolaus cana-
lis orator uester de græcis libris illis uænalibus: ea ut ꝗdi-
ligentissime cures: tãto abs te peto studio: ut maiore aliud
nihil. Solebas tu pegregiã quandã humanitatẽ benignita-
tẽq3 præ te ferre. Nũc nescio quomodo elatiore animo fa-

ctus es minusq; liberalis. Num fortasse simul cum rei elatione animus quoq; elatior est redditus & auarus ? At malim te pauperem bonũ: q̃ malũ diuitem. Vale. Ex mediolano. xvij. kal. Nouẽbres. M.cccc. Lix.

Francisc. Philelfus: Nicolao Varoni: sal.

S Cio te nõ mirari: qđ tãdiu nihil ad te scripserim: Idq; nõ tam ex occupatiõibus meis quibus publice priuatimq; obruor: q̃ ex nimio tuo ocio: cui quantũ uidere uideor libẽter deditus: mihi sæpenumero frequẽtissimis meis litteris inuitatus non ioco solum: sed etiam serio nunq̃ es respõdere solitus. At nunc cum tua opera uti instituissem: uisus es admonẽdus nec ocio te apud me excusatum iri: ubi nihil responderis: nec ob meas mihi ullas occupationes ignoscendum: si de tuo officio quicq̃ dubitaro. Quid est igitur: quod abs te uelim: nempe hoc tẽpore aliud nihil: nisi ut uirum clarissimum Lodouicum casellam adeas meis uerbis: eumq; roges: ut quæ mea causa est curaturus: ea quãto maturius potest: perducat ad calcem. Nam semper in stadio tempus terere laboriosum ẽ: & minus laudis parit. Nec illud Terentianum obliuiscat: Si nõ potest fieri quod uis: id uelis qđ possis. Plura quotidie ab deo petimus: sed quod dat: accipimus: eiq; gratiam uel referimus uel agimus: si minus q̃ debemus: saltem quã possumus. Tu interim uale ac responde: si non omnino es ociosus. Vale. Ex Mediolano. xvij. kl. Nouẽbres. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Lodouico casellæ: sal.

C Vm indies magis magisq; tuas litteras expectarẽ: meq; mora ipsa ꝓpe cõficeret: uisus es admonendus: ne patiaris diutius me pẽdere. Nam ambiguo animo uix est molestius qcq̃. Et q̃q̃ mihi ambigendum uidebat nihil: tamen longior tua taciturnitas quandã præ se ferebat sollicitudinem: qua ut me leues q̃primũ: te etiã atq; etiã rogo. Id si feceris: tãto me tibi beneficio reddes obstrictum: ut ad summum nihil sit accessurũ. Et quid possis: intelligo: & quãto me amore ꝓsequeris: non sum nescius. Vale. Ex Mediolano. xvij. kal. Nouẽbres. M.cccc. Lix.

Franciſcus Philelfus:Pio ſecundo pontifi-
ci maximo:ſalutem dicit plurimã.

a Beunti mihi nuper ex urbe Mãtua quo una cũ pn-
cipe meo Franciſco Sphortia ad diẽ a tua ſanctita-
te cõſtitutũ:ob orandi officium uenerã:renũciauit Grego-
rius Lollius tuo nõie ad paucos uſqȝ dies ſe mihi ſignifica-
turũ per litteras:quã potiſſimũ rem tibi eſſem gratificatu-
rus. Expectaui igit̃ pmagno cũ deſiderio ac item expecto
quid mihi iuſſurus ſis. Atqȝ nihil pfecto neqȝ optatius mi-
hi:nec iucundius cõtingere poſſit:qȝ aliqd mihi argumen-
tum oblatũ iri:quo meã erga te fidẽ atqȝ pietatẽ liquido di
lucideqȝ perſpicias. Itaqȝ tuã beatitudinẽ:& oro & obſecro
maiorẽ in modũ:ut quid omniũ maxime ſim facturus: me
iubeas qȝprimũ certiorẽ fieri. Scis em̃ nihil eſſe nobis pre-
cioſius peculiũ tempore:quod ſemel amiſſum nulla ratio-
ne põt recupari. Et hac de re ſatis. Venit ad ſanctitatẽ tuã
Lampugnin⁹ biragus:uir cũ doct⁹ ac modeſtus imprimis:
tũ uetere mecũ familiaritate beniuolẽtiaqȝ cõiunct⁹. Et eſt
is ſane dign⁹:quẽ habeas in illoꝝ hominũ nũero atqȝ ordi-
ne:qui tibi ſunt chariſſimi. Nam ad eruditionis ac generis
ſplendorem accedit rerum plurimaꝝ atqȝ maximarũ uſus:
quo is ad obſequia præſtãtiſſimi illius & ſapiẽtiſſimi pnci-
pis Philippi mariæ diu multũqȝ uerſatus nõ mediocrẽ lau-
dẽ reportauit. Nã quid loquar de fide & innocentia Lam-
pugnini:quæ tanta ſemper eſt habita:quanta in uiro opti-
mo eſſe maior non poſſit? Quare ſi in rebus gerendis hui⁹
uiri ſtrenuitate & probitate uti uolueris:nihil erit ampli⁹
quod requiras. Præterea utcunqȝ de re decreueris: benefi-
cium in hunc collatum non mediocri tibi laudi atqȝ gloriæ
eſt futurũ. Nec nouus aut inquilinus aduenit in Romanã
curiã Lampugninus:quippe qui Nicolao quinto pontifici
maximo diſertiſſimorũ hominũ optimorũqȝ uirorũ:ut no-
ſtri:ſtudioſiſſimo:& familiariſſim⁹ & chariſſim⁹ fuit. Habet
autẽ idem Lampugninus meus: duo egregia opa ex græ
co in latinũ cõuerſa eloquiũ:quæ tuo ſplẽdidiſſimo nomi-
ni dedicare inſtituit. Habet etiam uir prudẽtiſſimus aliud
quiddã:qd̃ tibi puto nõ ingratũ fore. Itaqȝ multis rationib⁹

futurũ ſpero:idq́ uæhemẽter opto: ut nõ fruſtra uir hmõi ad ſanctitatẽ tuã ueniſſe uideat̃. Quod aũt meũ eſt: ego te pater beatiſſime quibus poſſum precibus etiã atq́ etiã rogo atq́ obteſtor:ut qm̃ docti ab Apolline ſeruandi amplectendiq́ ſunt:tu qui es toti⁹ ſapiẽtiæ & bonitatis numen in terris:ita excipias hunc uirũ:ut omẽs intelligãt meã cõmẽdationẽ nõ uulgarẽ fuiſſe apud tuã beatitudinẽ:cui me q̃ deuotiſſime cõmendo. Vale diu ac fœliciter. Ex Mediolano. xvj. kl'. Nouẽbres. M. cccc. Lix.

Frãciſcus Philelfus:Gregorio Lollio iureconſulto & apoſtolico ſecretario:ſalutem.

q Væ ad pontificẽ maximũ de Lampugnino birago ab me ſcripta ſunt:ut ea q̃ diligẽtiſſime cures:te ꝓ mutua noſtra beniuolẽtia etiã atq́ etiã rogo. Breue autẽ illud qđ uocãt:ad Mediolanẽſem archiepm̃ pro fratre Gaſparino:ut q̃ primũ abſoluas atq́ ad me des: tantopere abs te peto:ut maiore petere nihil poſſim. Vale q̃ fœliciſſime una cũ diſertiſſimo Iacobo lucenſi collega tuo. Ex Mediolano. xvj. kal'. Nouẽbres. M. cccc. Lix.

Frãciſcus Philelfus: Aloyſio burrhæ philoſopho ac medico:ſalutem.

e Xiſtimo te ex alijs nõnullis accepiſſe q̃ me honorifice in publico chriſtianorũ oĩm ꝑncipũ ac regũ cœtu ꝓ Frãciſco Sphortia duce nr̃o habentẽ orationẽ exceperit põtifex maxim⁹ Pius ſecũdus. Itaq́ hac de re nihil ad te ſcribo. Habes em̃ ciues tuos eoſq́ ꝑmarios:q præſentes corãq́ fuerũt. Qđ aũt abs te uæhemẽter peto: itelliges poſtea: id qđ ne negligas:te rogo atq́ oro plurimũ. Vale. Ex Mediolano. xv. kl'. Nouẽbres. M. cccc. Lix.

Frãciſc⁹ Philel. Gregorio Tiphernio:ſal'.

q Vam ego rem tuã apud principẽ neq́ neglexerim neq́ negligã:ex lr̃is Cicchi ad me poteris intelligere. Princeps ad biduũ hic futurus dicit̃. Bono ſis aio: uolo. Cognoſces em̃ eum me in te fuiſſe:qui eſſe debeo:hoc eſt amantiſſimũ & cupidiſſimũ tui. Vale. Ex Mediolano. xij. kal'. Nouembres. M. cccc. Lix.

Franciſcus Philelfus:Ioanni Petro eutychio:ſal'.

c Ognoui ex binis litteris tuis te nihil eorum neglexisse: quæ abeũti mihi coram ipse receperas. Itaq; laudo cum officium tuum: tum singľarem erga me beniuolentiam: qui nihil eorũ prætermittas: quæ mihi grata fore censueris. Maximum feret ad te Xenophon filius: & id quidem ad proximum natalem christianum. Fieri ex te certior cupio: & quid legati francorum regis publice exposuerint: & ad quod tempus abituri existimentur: Præterea siquid aliud noui sit: quod dignum putes auditu. Vale. cum parentibus & uniuersa domo. Ex Mediolano. vj. kaľ. Decembres. M. cccc. Lix.

Frãciscus Philelfus: Nicolao canali equiti aurato ac iureconsulto: saľ.

h Eri dedi ad te litteras: & cũ ijs carmen ad uestrum principem: quæ quidem oĩa tibi reddita esse nõ dubito. Reliquũ ẽ: cures: ut intelligã ꝙ gratũ sit studiũ nostrũ: cũ tibi sapiẽtissimo atq; summo uiro: tũ patritijs cæteris: imprimisq; ipsi principi: quẽ audio animo esse ingenti & perbenigno. Nã si aĩaduertero grata esse quæ facimꝰ: alacrior reddar in posterum. Tibi eñ iamprid͂e noui mea oĩa uoluptati esse: itaq; libẽtius cõmentari tecũ soleo: & æque de tuis laudibs loqui bene ac sentire. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas decẽbres. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Ioanni Petro eutychio: saľ.

c Vm ꝓximis lr̃is quas sexto kaľ. Decembres ad te dedi: erat etiã epľa ad Aqlegiẽsem cardinalẽ: quã ei puto reddidisse te. Reliquũ est: cures: ut is ad ea respondeat: quæ ab me scripta sunt. Præterea quas in præsentia litteras accipis ad principẽ tuũ: & redde isti ꝙ diligẽtissime: & ut q̃primũ aliqd respõdeat: ne negligas: uelim. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Decẽbres. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Agapeto Romano iurecõsulto & apostolico referẽdario: saľ.

f Ecretarius Mutinẽsis episcopi cũ ꝓximis diebus istinc Mediolanũ reuertisset: me noĩe tuo saluere plurimũ iussit: addiditq; id qď mihi notissimũ erat: quanta me q̃q; mirabili ꝓseq̃reris beniuolẽtia. Vtrũq; certe ꝑgra

tum fuit: sed illud multo & gratius & iucundius qđ omnes norint nos mutua charitate cõiunctos esse. Itaq; habeo tibi gratias: quod das operam: ut per te intelligãt omes amicitiam nostram non esse uulgarem. Idq; ut sedulo facias: etiã atq; etiam rogo te. Et quoniam uel græcorum uetere ꝓuerbio: quæ amicorum sunt: cõmunia esse debent: Ioãnem petrum eutychium probatis moribus adolescentem & eundem doctum ac disertum mirifice diligo: quẽ etiam æque diligi abs te uolo. Scio em̃ q̃ te uæhemẽter obseruat. Quare qbuscunq; in rebus poteris: cura: is intelligat se tibi mea etiam gratia esse charissimũ. Nam audio eum carmen cõposuisse: nescio quod: in laudem Pij pontificis maximi. Fauendum est istiusmodi ætati: quæ tanq̃ lydus equus hortatus in campo: alacriore cursu nitatur ad laudẽ. Tu me sanctissimo domino nostro unice commẽda. Clarissimum iureconsultum & apostolicum secretarium Gregorium Lollium ut meis uerbis plurima salute impertias: cupio ab eodemq; contẽdas: ut quæ se dixit ad me propediem scripturum: ne diuti⁹ remoretur. Vale. Ex Mediolano ꝑdie Idus Decembres. M.cccc.Lix.

Frãciscus Philelfus: Ioanni petro eutychio: sal.

e T litteras quas misisti: omis accepi & tua sum diligentia mirifice delectatus. Ad humanissimũ Agapetum nostrum ita scripsi: ut te uelle intelligebã. Cardinalis aquilegiẽsis litteras iccirco Laçaro arretino nondũ reddidi: quod hinc aberat ꝓfectus: nescio quo. Dicebatur aũt ad quatriduum rediturus. Itaq; nihil est quod interea temporis scribam ad patriarchẽ. Nam rerũ omniũ sum incertus. Cum intellexero nomen picentis istius mei dabo ad eum litteras. Id em̃ neq; tu mihi declarasti: neq; ex alio cognoscere potui. Velim tamẽ: eũ saluere iubeas meo nomine. Rogesq; ut uel materno sermone: ut aiunt: in commentarium redigat: quæ putat magnanimo & munificẽtissimo illi pontifici esse auditu iucundissima. Nam quantũ Sphortiados carmini licet inserere: id ego neq; oblit⁹ sum in hãc diem: neq; in posterũ obliuiscar. Vale. Ex Mediolano Idibus Decembribus. M.cccc.Lix.

Francisc⁹ Philelfus:Gabrieli cōdulmario:salutē.

i Oannes petrus eutychius fecit me suis litteris certiorē:quāta beniuolētia me cōplecteris:quodq́ nihil omittis: qđ meis uel cōmodis: uel honorib⁹ cōducturū putes. Itaq́ iure habeo tibi gratias: qđ nullo a me ꝓuocat⁹ officio:ultro uolueris de me ꝙ optime mereri. Ego autem operā dabo ne uidear erga te mutua charitate inferior tuis meritis. Igiť in te sitū est:ut oībus in reb⁹ me utaris ꝑ arbitrio tuo. Vale. Ex Medio. xj. kaľ. Ianuarias. M. cccc. lix.

Franciscus Philelfus:Ioanni Francisco Gonçagæ protonotario.

m Eum quoddā negociū Ioānes petrus eutychi⁹ meo noīe tibi referet:cui ut adsis ac faueas:te etiam atq́ etiā rogo. Hoc mihi grati⁹ hoc tpe facere nihil potes. Itaq́ hac in re uelim mihi liquido oñdas:quantū apud te ualeā. Non eñ ignoras:ꝙ te uæhemēter obseruo. Vale & me illustribus parētibus tuis cōmenda plurimum. Ex Mediolano. xj. kaľ. Ianuarias. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelfus Lodouico cardinali aqlegiēsi:sa.

n On mediocre mihi documentum præbuisti pater clæmētissime tuæ erga me uľ benignitatis uľ charitatis. Itaq́ habeo tibi gr̄as quas debeo maximas: quas ipsas etiā puto breui me tibi uľ iudicio tuo relaturū: si min⁹ uberes:alacris tñ ac tibi nō iniucundas. Nā quæ reliqua sunt:Gabriel secretari⁹ tuus uir doct⁹ ac diftus tibi uerbis meis corā exponet: Quæ si abs te ꝓbatum iri cognoro: tāto bñficio me afficies:ut nihil ad cumulū possit accedere Vale. Ex Mediola. xj. kaľ. Ianuarias. M. cccc. Lix.

Franciscus Philel. Antonio becharíæ: saľ.

x Enophon filius quæ tibi referet uerbis meis: a me iussus relatur⁹ est. Itaq́ nō sec⁹ ea oia accipe ac ꝑfice:ꝙ si me corā loquentē audires. Hoc & ꝑ officio feceris: & ꝑ amicitiæ nostræ lege. Cū ex urbe Mātua decederem: essemq́ in itinere:mihi inter equitandū renūciatū est:amplissimū pōtificē Veronēsem Hermolaū barbarū illic agere dies iam cōplusculos. Itaq́ nō potui non moleste ferre: qđ ea de re nihil antea didicissem. Nā ꝑ ea quæ mihi & cū

eius patre Zacharia & cum patruo Francisco uiris grauissi mis & optime de me meritis uetus ac summa fuerat amicitia: perq̄ diligentissime eum salutatum adijssem. Quod quoniā factum non est: tu uelim me apud eius dignationē q̄ diligentissime purges: addasq̄ gratissimum mihi factuꝝ sese si oratiões duas: quas in poetas lusit: q̄primum ad me dederit. Non enim mediocriter eius ingenio eloquētiaq̄ delector. Nam legi eas ita corruptas librarij uitio: ut uolu p tatē quam ex illarū lectione cœpissem nō mediocrē: magna ex parte diminuerint. Vale. Ex Mediolano. vj. Kal. Ianuarias. M.cccc.Lix.

Franciscus Philelfus: Gregorio Lollio iureconsulto & apostolico secretario: sal.

q Vanq̄ sciebā uel nulla mea cōmēdatiōe meos oīs esse tibi cōmēdatissimos: tn̄ ut Marij filij honestissimæ uoluntati morē gererē: ita eū tibi cōmendo: ut ne me quidē ipsum neq̄ diligētius nec ex animo magis possim. Quod eo facio libenti⁹: quia tibi audeo affirmare talē esse Mariū: quē tua singulari beniuolētia dignū sis iudicatur⁹. Cætera tu ex ipso cog nosces. Ego nō desino expectare qđ ad me ꝑpediē te pscripturū affirmabas. Id aūt in hāc diem non fecisse te plurimū miror. Vale. Ex Mediolano. vj. Kl. Ianuarias. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus Bessarioni cardinali Nicæno: salutem dicit plurimam.

c Vm Ioannes marius filius Mātuam peteret Pij pō tificis maximi & salutandi & adorandi gratia: iussi ut omniū primū tuā amplitudinē adiret: cui mentē suā omnē animūq̄ exponeret. Itaq̄ rogo te: ut omīb⁹ in rebus ita eum commēdatum habeas: ut illos soles: quos uł ipsos uel ipsis natos charissimos habes. Hac una re mihi uix quicq̄ gratius potes facere hoc tpe. Vale pater clæmētissime. Ex Mediolano. vj. Kal. Ianuarias. M.cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Agapeto Romano iureconsulto: & apostolico referendario: saluten.

u Enit istuc Mari⁹ filius iuuenis ut uidere poteris & modestus & doct⁹. Causam accessiōis suæ ipse tibi

coram declarabit. Quibuscunque in rebus poteris: te rogo ita ei adsis: ut me tuis iis uelles: quos maxime diligis: habesque charissimos. Vale. Ex Mediolano. vj. kalen. Ianuarias. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelfus: Nicolao canali iurecõsulto & equiti aurato: salutem.

q Vi tabellarius dieb9 superiorib9 meas litteras tibi reddidit: ac item has tibi est redditurus: renunciauit mihi iccirco te sibi nullam dedisse ad me epistolã: quoniam eam alteri: nescio cui: antea cõmẽdasses. Ego autem quod scripseris nescio. Vnum scio me uæhementer cupere tuas litteras: quippe qui nllas acceperim. Quare si meo in præsentia desiderio morem gesseris: habebo tibi nõ mediocrem gratiam. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Ianuarias. M. cccc. Lx.

Frãcis. Philel. Albertho Zancario enochi filio: sal.

q Vereris mi Alberthe & id quidẽ non oĩno iniuria: quod nihil in hãc diem ad litteras tuas tibi respon derim: quas bis & iterũ ad me dederas. Par enim fuerat: ne ea te uoluptate fraudarẽ: quã pro mutua nostra beniuolentia ex oĩbus meis scriptis capere soles nõ mediocrem. Sed quid in causa fuerit: paucis accipe. Memini quandoque solere te religiosis quibusdam tuis adeo delectari: ut aliam omnem urbanitatis consuetudinem uel contẽ nas: uel negligas. Id autem & si minime reprehendendum existimo: quippe qui res diuinas humanis rebus omnibus longe ducam anteponendas: tamen ita omne contemplationis studium quod in perspicientia ueritatis positum est laudandum arbitror: ut nulla fiat actioni iniuria. Nã si nullum animal agere a uiris sapientibus dicitur præter hominem eum: qui perfecta utatur ratiõe: certe nisi malim9 aut mulieres aut pueri: aut iis etiam inferiores esse quam uiri: ab actiõe abduci nõ possumus: præsertim ea quæ pprie ac uero dicitur actio: & laudatur ab oĩbus. Quis enim ignorat tantum esse splendorem magnitudinemque uirtutis: ut etiã improbis admirabilis sit? Itaque non indocte Cicero noster omnem uirtutis laudem actione illustrari cẽsuit. Quæ igi

tur me causa retardarit: ut serius tibi responderim: uides. Nunc autē quia te urbaniorē factū aīaduerto: faciliorē me uidebis. Nō em̄ me iucūdissimi sales tui quib⁹ facetissime in litteris usus es: mediocriter delectarunt. Accedūt elegātes illæ tuæ laudationes: quibus es usus in nostrum splendidissimū equitē auratū Galeacium marescoptū ob pulcherrima illa munuscula: quæ ab eo missa significasti præstātissimo munificentissimoq; duci Borsio. Om̄ia pulchre facta: Sed nihil mea sententia pulchrius: q̄ quod hetrusco carmine aptissime simul & perpolite Galeacius me⁹ capreā illam non mitem solū & mansuetā: sed & prudentē & disertā locutā facit apud egregium illum principē. Quod autē mihi gratias agis de Hieronymo nostro: non possum te nō mirari: quod ea in me laudes: quæ sine magno facinore negligere nō potuissem. An es oblitus quæ amicorū sunt: ea cōmunia duci oportere? Ego Hieronymū æque diligo ac filium: non solū quia tuus est filius: sed etiā quia talis est. Itaq; esto bono animo. Non minus omnibus ei in rebus defuturus sum: q̄ uel Mario uel Xenophonti. Is nunc abest cum Frāchino comite ad lacum uerbanum. Quotidie expectātur. Cum redierint: utriq; litteras tuas reddam. Vale cum uniuersa domo. Ex Mediolano pridie Idus Ianuarias. M.cccc.Lx.

Frācīscus Philelfus: Theodoro gaçæ: sal'.

n On mediocri afficiar desiderio audiēdi tui: postea q̄ uisendi facultas est intercepta. Itaq; facis tu quidē iniuriam: qui totiens græce superiore tempore ꝓuocatus a me litteris: nunq̄ respōderis: nedum uersu: sed ne ꝓsa quidem: cum in utroq; dictionis genere excellentissim⁹ sis. Idem autē nunc ne latine facias: rogo. Sunt hic nonnulli perdocti in philosophia uiri ac ĳdē medici: qui qm̄ græce nesciunt: uidere cupiunt lectitareq; latine illa Aristotelis ꝓblemata: quæ annis supioribus in latinum conuertisti eloquiū. Quare mihi rem gratā factur⁹ es: si licebit p te mihi hoīb⁹ & amicis & eruditis gratificari. Aut igit̄ tuū istiusmōi ꝓblematū codicē ad me excribendū mitte: redditurū ad te q̄primū: aut eū istic excribi cura: mercedēq; librarij p

litteras nobis significato: & aduolabit ad te. Id ut propedi/
em effectum cures: te etiam atq; etiam rogo. Præterea me
cupio facias certiorē: quo in statu sint res tuæ: quas fortu/
natū iri uæhemēter opto. Vale. Ex Mediolano pridie id⁹
Ianuarias. M. cccc. Lx.

Frācíscus Philelfus: Pio secundo pon/
tifici maximo: salutem dicit plurimā.

c Vm nl'la te laude aīaduerterim delectari pater bea
tissime præter eā quæ & uera sit & ꝑmodesta: ego
cui nihil ē illustrius: nihil præclari⁹ splēdidissimo noīe tuo:
uolui ex ipo te intelligere: q̄ sim ei⁹ rei diligēs obseruator:
Itaq; principium undecimi Sphortiados libri iccirco ad te
dedi: ut uideres eā orationē: qua te usum facio: cū orator
es missus a Frederico cæsare ad Mediolanensem populū:
quo se is tpe in libertatē: hoc est in atrocissimā teterrimāq;
tyrannida uendicarat. Nā ea in re orator esse uolui: nō po/
eta. Nullis em̄ figurationib⁹ sum usus. Rem ita exposui: ut
gesta ē: neq; in aliā speciē cōuertēdo traduxi. Siquid autē
est a me prætermissum: tuæ mansuetudinis benignitatisq;
fuerit: qui ueritate unus oīm delectaris: me facere certio/
rem. Vale pater beatissime. Et me cōmendatum habe. Ex
Mediolano idibus Ianuarijs. M. cccc. Lx.

Frācíscus Philelfus: Bernardo Iustiniano: sal'.

n Escio qd aliud mihi potuisset gratius renunciari: q̄
qđ hoc die ex Ioāne uarisino cognoui. Is em̄ inter/
roganti mihi redijssesne adhuc ex illa regia legatiōe: & re
uertisse te rn̄dit: & tibi eē q̄optime. Qui qdē nunci⁹ eo mi
hi iucundior fuit: qđ Venet⁹ qspiā: ut ille de se affirmabat:
& cui supi malefaciāt: aliter de te mihi rn̄derat. Ingētis igit̄
grates habeo imortali deo: qđ te mihi seruat incolumē. Io/
anni aūt uarisino grās quoq; debeo nō uulgaris: q me tāta
sollicitudine liberarit: & incredibili aī lætícia affecerit. Nā
qd mihi potuisset iucundi⁹ contingere: q̄ꝫ qđ certior fact⁹
sū te habere q̄ꝫoptime cui⁹ etiā mēoria recreabar. Reliquū
est: ut ueterē nr̄am sūmāq; amicitiā mutuis: tū officijs: tum
etiā lr̄is foueam⁹: & ei aliqd indies cū op⁹ fuerit: addam⁹ in
cumulū. Vale. Ex Medio. xiij. Kal'. Februa. M. cccc. Lx.

Frãciſcus Philelfus: equiti aurato ac iureconſulto Nicolao canali: ſal.

q Vod ad quintũ Idus Ianuarias tibi ſcripſi: idẽ ut in præſentia intelligas uolo: me nullas in hanc diẽ abs te litteras accepiſſe: quas ita deſidero: ut uix aliud quicꝗ̃ magis. Quo quidẽ me deſiderio ſi ꝗprimũ leuaueris: habebo tibi gratias immortalis. Vale. Ex Mediolano. ix. kal. Februarias. M. cccc. Lx.

Frãciſcus Philelfus: Xenophonti filio: ſal.

a Ccepi tuas litteras: quas ad decimũ kal. Februarias dederas ex Ferraria. Munificentiã ducis Borſij nihil eſt qđ admirer. Facit eñ ex cõſuetudine ſua & ꝓ ſingl'ari ſua in nos dilectiõe. Profectionẽ ad Venetos nõ poſſum nõ ꝓbare. Nã ſoli Veneti mihi uiſi ſũt hac tẽpeſtate ĩ Italia qui uirtutẽ colãt. Reliquæ uel ciuitates uel principatus ſtationes ſunt: nõ portus. De me uolo meo noĩe uerbũ nullũ facias. Præterea te ac itẽ Mariũ moneo atꝗ; hortor: & ꝓ iure paterno ueſtrum utriꝗ; iubeo: ne quid agatis temere: ne quid inſolenter. Si modeſtia uolueritis & grauitate uti: quietiſſima iſtic uobis: & cõmodiſſima ſedes parata eſt: eaꝗ; ꝑpetua. Marcheſiũ meũ bene ualere opto. Fac me ꝗprimũ certiorẽ de ueſtra re oĩ. Vale. ex Mediolano. iiј. kal. Februarias. M. cccc. Lx.

Franciſcus Philelfus: Petro perleoni: ſal.

l Eonardũ gryphum modeſtũ adoleſcentẽ: & muſarum imprimis ſtudioſum æque diligo ac ſi eſſet filius. Is a Marcheſio noſtro uiro præſtãti & perhumano acerſitus Venetias uenit: tũ ut homini amiciſſimo atꝗ; optimo morẽ gereret: tũ etiã ut urbẽ florentiſſimã corã ac præſens intuerẽt. Hunc ego hortatus ſum: ꝗ̃diu iſtic futurꝰ ẽ: te quotidie adiret. Is a nobis inſtitutus nõ latine modo percpulchre callet: ſed græce etiã cœpit. Itaꝗ; rẽ mihi pergratã facturus es: ſi meo Leonardo plane oſtẽderis tibi mea omnia eſſe chariſſima. Vale cũ pudiciſſima uxore & tuis oĩbus. Ex Mediolano. iiј. kal. Februarias. M. cccc. Lx.

Franciſcus Philelfus: Lodouico Gonçagæ Mantuæ Marchioni: ſalutem.

c Onsuesti persæpe Lodouice princeps eos poetas nō mediocriẗ laudare:q ita res uero gestas figura/tionib⁹ qbusdā effingerēt: ut a ueritate nusq̄ discederent. Qua tua graui sapiētiaq; snia ꝙ ego fuerim delectatus: ex ijs poteris non obscure aīaduertere: quæ in octauo Sphortiados nostræ libro nō uere min⁹ꝙ breuiẗ pcucurrimus. Itaq; si res tuas præclaras & magnas arida sum quadā & pertenui oratiōe cōplexus: teipsum accusa: qui in audiēdo de tuis laudib⁹ perdifficilis esse soleas. Vale. Et me ut facis: ama. Ex Mediolano kal'. Februarijs. M.cccc.Lx.

Frāciscus Philelfus: Othoni carrheto iurecōsulto: sal'.

a Vdiui nūc ex hoīe amicissimo eo te die meas litteras Pio pōtifici maximo reddidisse i naui: quo ex urbe Mantua decessisset. Quare sum mirat⁹ nihil abs te mihi litterarū in hanc diē redditū esse. Itaq; rogo te: ut me ꝙprimū facias certiorē: quomō res habuerit: & qd ille rn̄derit. Hoc erit mihi uæhemēter gratū. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Februarias. M.cccc.Lx.

Frāciscus Philelfus: Mario filio: sal'.

l Ectitaui litteras tuas: quas ad. xviij. kal'. Februarias ex Mātua ad me dederas. Nā eæ ad quartū Idus Februarias mihi sunt redditæ. Intellexi cōsiliū tuum oēe: quod non possum non probare. Reliquū est ut me facias q̄ primum certiorem: & quid egeris: & quid speres. Vnū illud non desinam te monere: ut omnibus in rebus te modestum præstes & constantem imprimis. Cætera quæ scribis curabuntur recte. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Februarias. M.cccc.Lx.

Frācisc⁹ Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

p Ost eas quas ex Ferraria litteras ad me dederas: accepi prioris alteras ex Mātua: & cum illis etiā id panni quod tibi abeunti iusseram. Res quomodo & Mantuæ & Ferrariæ gesta sit intellexi. Nūc scire cupio: qd istic agatis: & quid speretis. Date operā & tu & frater: ne quid a uobis temere neq; factū neq; dictum uideatur. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Februarias. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Marchesio Varisino: sal'.

m Arius ac Xenophō filij fecerūt me suis litteris certiorem ꝙ secum phumaniter & perbenigne te geras. Quod &si mihi dubium nō erat: tamen id etiā eoꝝ litteris audisse iucūdissimū fuit. Hos ut tibi commendem opus non est. Scio em̄ ꝙ mea omnia tibi sunt charissima. Intelligere aūt ex te cupio: num istic Mario quicꝙ sperandum sit. Est em̄ & disertus & doctus peregregie. Commendo etiā tibi Gryphum nostrū. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Februarias. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus Bernardo Iustiniano: sal.

g Ratissime fuerunt mihi litteræ tuæ: quibus qđ scire cupiebā: paucis absoluisti. Iucundissime etiā audiui de filij tui nuptijs: quē nō dubito talē esse: qui & te patre & auo illo sapientissimo atꝗ summo uiro dignus sit ab om̄ibus iudicandus: deus tibi talem tueat̄ incolumem tantamꝗ fortunam. Qđ aūt ad me attinet: nolo tibi ullo pacto in mentem cadat quicqd esse mihi in uita suauius assidua recordatione Leonardi illius mei: cuius etiā noīe ita soleo recreari: ut eo me btiorē existimē: quo magis magisꝗ de illi⁹ maximis diuinisꝗ uirtutib⁹ prædicator accedo. Itaꝗ ueterem amicitiam nostrā nō seruabo solū: sed qm̄ nihil addi potest ad cumulū: diligēter impolluteꝗ seruabo. Et hac de re satis. Venerūt istuc duo filij mei Marius ac Xenophō: quos tibi: qđ nō ignorē esse charissimos: nihil est opus: ut cōmendē. Cognosces sane obseruātissimos tui noīs. Vale. Ex Mediolano pridie Idus Februarias. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Petro medici Cosmi filio: sal.

l Ibrum de iocis & serijs quem ex quattuor illis primis ultimo ad te dedi: ut redire curas ad dominū: te admodū rogo. Iis aūt reb⁹ si cognoro te interdū delectari: reliquos deinceps libros mittam etia breui. Non possum præterea non mirari: quid Nicodemi nostri promissa tamdiu cunctentur. Itaꝗ rogo te: ut amicum moneas nescire me: in iocisne an in serijs cum suis illis ꝓmissis ponendus sit. Vale. Ex Mediolano idibus Februarijs. M.cccc.Lx.

Frācíscus Philelfus: Othoni carrheto iurecōsulto: sal.

q Vamq̃ me tuæ ex Reuero litteræ eo maxime de-lectarũt: qđ inellexerim: qđ mihi quidẽ pſpicuum erat: meum tibi negocium omni cordi eẽ: facies tamen rem mihi longe gratiorẽ ſi ad ea ꝓpediem reſpõderis: quæ ad tertiũ nonas Februarias tibi ſcripſi. Cupim⁹ eñ ſtudium noſtrũ oẽ nõ modo in media uerſari laude apđ doctos & claros uiros: ſed ei maxime probatum iri: cuius gratia tm̃ muneris ſuſceperimus. Tu quid uelim: nõ ignoras. Ego tuas hac de re litteras expectabo poti⁹ q̃ pro nu meris numeros: quibus adeo abundamus: ut cum oĩ antiquitate cõtendere nõ dubitem⁹: ſi uerba poti⁹ q̃ nũmos nũerare oporteat. Vale. Ex Nediolano. xv. Kal᷑. Martias. M. cccc. Lx

Frãcĩſ. Philel. Lodo uico cardinali aqlegiẽſi: ſal᷑.

n On poſſum equidẽ nõ quotidie maiore in te unũ nõ obſeruantia modo: ſed etiã pietate quadã accẽdi atq; inflãmari pater clæmẽtiſſime: cũ ul᷑ tuã ueterẽ beniuolẽtiã erga me uel quotidiana merita conſidero. Itaq; dies atq; noctes cogito: qdnã egregiũ poſſim de me præſtare: quo aliqua tandẽ ex ꝑte tã grãde æs alienũ ſi min⁹ re ipſa: uoluntatẽ ſaltẽ diſſoluere incipiã. Quare cũ etiã atq; etiam huiuſmodi meos cogitatus animo uolutarẽ: inueni deniq; nullũ a me tibi referri cõueniẽtius poſſe officiũ: q̃ immortalitatẽ tui ſplendidiſſimi nominis ſempiternã. Quid enim magno & ſapienti uiro eidemq; principi quodãmodo in eccleſia dei aut gratius eſſe: aut iucundius debet: q̃ ſi cognorit rerũ a ſe geſtaꝝ ac ſumme uirtutis gloriã in omnem poſteritatẽ diffuſum iri? Scim⁹ ſane oẽm huiuſce uitæ bonitatẽ ſic habendã eẽ bonis: ſi cũ cæleſti bonitate cõuenerit. Qđ ſi cæleſtis gloria expetit᷑ maxime ab interiore homine: quis ambigat humanã hanc gloriã quæ ab optimis actionibus manat: nullo pacto ab exteriore homine negligi oportere? Si mens hominis quicqd cogitat: qcqd meditat᷑: qcquid agit: debet ad diuinæ mentis ſpeciẽ illam quã ideã uocauit Plato: ita referre: ut aliud nihil neq; uelle nec ſequi: nec imitari exiſtimet᷑: niſi quod diuinarũ rerum repræſentat imaginẽ: certe ſi gloriam illam cæli æternam

desideramus: ne hãc quidẽ cõtẽnere possum⁹: quæ uel præmiũ est: uel testimoniũ bñ actæ nitæ. Vtcunq; tamẽ res habet: cũ ego tibi pater amplissime ꝓ multis erga me tuis & mortalib⁹ bñficijs mai⁹qcq; referre nõ habeã: statui oratione saltẽ mea quãtulacũq; ea sit: æternitati cõsulere illustriũ tuarũ & innũerabiliũ laudũ: ut oẽs intelligãt apud me animi gratitudine extitisse antiqui⁹ nihil. Qua quidẽ in re tua etiã mihi opa op⁹ est: quo nihil temere: nihil inepte a me factũ iudicet. Quid aũt uelim: & qd expediat: Gabriel cõdulmari⁹ dignatiõis tuæ secretari⁹ tibi nomine meo corã exponet. Vale. Ex Mediolano. viij. kal. Martias. M.cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Gabrieli condulmario: salu.

e Tsi iam plærịq; dies præteriere: posteaq; unæ mihi litteræ tuæ redditæ sũt: tñ quia ꝓpediẽ aliud nescio quid scriptur⁹ uidebare: distuli etiã ipe ad ea respõdere: quæ scripseras. Nũc aũt cum uiderẽ omnino silere te: statui paucis rẽ absoluere. Equidẽ qd scribis fore ꝑiucũdũ Reuerẽdissimo pr̃i Lodouico cardinali Aquilegiẽsi si qd dignũ de laudib⁹ eius scripsero: ita id ab me factũ iri cupio: ut aliud nihil magis. Et ꝙq; eius res gestæ ita magnæ sunt: ita illustres: ut nulli⁹ uiri aures latere possint: tñ aliqua sunt: quæ mihi istinc absenti uel incognita sint: ul dubia. Itaq; tui laboris fuerit uel poti⁹ diligẽtiæ uniuersam isti⁹ tãti & tã nobilis põtificis uitã breui oratiõe & tanq; ꝑ capitl'a cõplecti: & id qdẽ materno sermõe quẽ uocãt. Qd si feceris: ꝙprimũ tibi ostẽdã: quãti ego & fecerim semp: & indies magis magisq; faciã Lodouicũ cardinalẽ: quo mea sentẽtia ali⁹ nullus est in Romana ecclia neq; animi magnitudine clarior: nec in omni uirtutis genere præstãtior. Ad cætera aũt quæ scripsisti: nihil habeo qd r̃ndeam: nisi pri⁹ tuas lr̃as accepero. Vale. Ex Mediolano viij. kal. Martias. M.cccc. Lx.

Frãciscus Philelfus: Bernardo Iustiniano Leonardi filio: salutẽ.

q Vãq; intelligo uel ex ꝓximis tuis lr̃is mea tibi omnia cordi esse: præsertim ea: quæ mihi & honori: ut scribis & cõmodis esse ducas: tñ nõ desinam abs te petere: ut si qñ id maxime aut feceris aut factur⁹ sis: in præ

sentia ita facias: ut oēs intelligāt tuā erga me beniuolētiam tantā esse: ꝙ quæ maxima uel dici possit: uel cogitari. Nam qua in re tua mihi opa usui eē queat: nō te præterit. Quātū aūt ualeas & auctoritate: & grā apd' oēs: nō sū nesci⁹. Vale. Ex Mediolano. vij. kal'. Martias. M.cccc.Lx

Franciscus Philelfus: Nicodemo tranchedino: salu.

q Væ hinc abiēs curaturū te recepisti: si dabis operā: ut efficias: fiat non mediocris accessio ad meū in te amorē: qui tñ est tātus: ut augescere nllo pacto posse uideat. Expecto indies magis atq; magis lras tuas officij plenas & diligētiæ: quæ spes ne me fallat: uæhemēter opto. Nā quantū mea causa uelis: nō ignoro. Præterea nō te fugit qd' debeat uiuis: si mortuis præstet officiū: non eandē grām præ se ferre. Reliqua tu uel me reticēte cognoscis. Tu satis supq; efficies: si quantū poteris: feceris. Nec em̄ cōsilium & diligētia min⁹ laudi ducit ꝙ euēt⁹. Orationē illā nostrā quā uidere cupiebas: ex Donato actiolo consequere. Vale. Ex Mediolano. vij. kal'. Martias. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Donato actiolo: salu.

q Vod serius rñderim tuis lrīs: nō tā ulla mea occupatio fuit in causa: ꝙ qd' oratio illa cuius memineras: peregre ꝓfecta nōdū reuerterat ad dñm. Eam iccirco ad te dedi: cū nūc primū rediit domū: ut intelligeres q̄nti fieri oporteat. Vereor em̄: ne summ⁹ amor: quo mihi afficeris: decipiat te. Nā laudes illæ de me tuæ tantæ sūt: ut nisi Donat⁹ esses: hoc ē singl'ari uirtute prædit⁹: nō possem nō dubitare ne mecū luderet. Sed noui pudorē: noui modestiam tuā. Quare suspicor falli te amoris uæhemētia: q Argū etiā aliquē nōnunꝙ solet ex oculatissimo reddere uisus inopem. Sed multo me illud magis delectauit: qd' ꝑ tuam te grauē illā elegātēq; epistolā intellexerim: aliud nihil in bonis ducere ꝙ uirtutē & honestā uitæ actionē. Et sentis tu q̄dē recte. Si qua em̄ in hoc humanæ peregrinatiōis curriculo ul' fœlicitas ul' fœlicitatis imago iueniri pōt: ea omnis sola honestate cōficit. Honestū aūt esse queat nihil: qd' min⁹ ꝑ actionē: quæ extrinsec⁹ fit: aut ꝑ eā saltē: quæ intrinsec⁹: quā

ἐνέργειαν graeci uocãt:pspicue elucescat. Et ĩ hac sane uirtutes intellectuales oẽs positæ sũt:in illa aũt morales. At his utrisq; honestũ oẽ cõstari quis ambigat? Id aũt tantã uim habet:ut uel solũ ĩmortalitatẽ polliceat. Itaq; nõ absurde dicere Stoici uisi sũt:id esse & summũ & solũ bonũ:quod honestũ sit & secũdũ uirtutẽ. Reliqua uero omnia quæ ul' corpori:uel fortunæ tributa sunt:talia esse uolũt:ut præter se lectionẽ nihil in se habeãt:aut præclarũ:aut magnope appetendũ. Sequere igit̃ mi Donate uirtutẽ:ut facis:eãq; cõplectere:quo & tibi honori:& patriæ emolumento: & amicis uoluptati futurus sis. Vale. Ex Mediolano. vij. kalen. Martias. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Guilielmo Iuuenali ursino:salu.di.plu.

m Iraris fortasse tu:qđ nllas iãdiu lr̃as meas legeris:cuius quidẽ rei causa eadẽ mihi fuit:quæ tibi:qui quoniã occupatissim⁹ es:lr̃arũ nihil ad me dare tanto tẽpore potueris. Sed cũ in præsentia. R. pat̃ Hermolaus barbarus Veronẽsis episcop⁹: uir sũma eruditiõe:summa eloquẽtia æque prædit⁹ atq; uitæ sanctimonia illustriq; uirtute iret apostolicus legat⁹ ad christianissimũ regẽ Karolum:essetq; cũ eo mihi nõ mediocris familiaritas:uolui in summis etiã occupationib⁹ meis aliqd ad te scribere: qđ tibi gratũ fore existimassem. Scito igit̃ bñ ualere me:& pcupere uæhemẽter ex te audire cur factũ sit:ut cũ iãpridem dedissem ad regiã maiestatẽ longiorẽ illã:uel epistolã ul' orationẽ de agẽdo exercitu aduersus turcos & sarrhacenos:nihil mihi unq̃ ea de re in hanc diem neq; a rege:neq; saltem a teipso responsum esset. Nõ possum eñ nõ uereri:ne min⁹ illa fortasse sit reddita. Noui eñ cũ eximiã regis benignitatem in omnes:tũ singularẽ tuã beniuolentiã erga me. Sed qm̃ qd ea de re accidisset:nesciebã. Dedi huicipi episcopo ei⁹ orationis ad te exemplũ:& cũ ea orationẽ item illam: quã modo in publico uniuersaliq; consistorio apud Pium pontificem maximũ p Frãcisco Sphortia mediolanensium duce Mãtuæ habuissem. Reliqua tu:ut facto opus fuerit: administrabis:modo te nõ lateat quicquid idẽ episcopus Her

molaus nomine meo dixerit:meũ id esse totũ: qđ ut amicissime & ꝗdiligẽtissime cures:te plurimũ rogo. Vale. Ex Mediolano.v.Nonas.Martias.M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Marchesio uarisino:salu.

c Vm tuæ me oẽs litteræ semꝑ delectarẽt:tũ hæ potissimũ:quas hoc die abs te accepi.His eñ me certiorẽ facis:quãta cũ omniũ nõ grauissimorũ senatorũ modo:sed illustrissimi etiã istius principis beniuolentia & laude Mariꝰ filiꝰ & dictauerit publice in senatu & docuerit. Quæ quidẽ res & si ob alias ꝑmultas ratiões mihi ꝑgrata est:ob eã tñ admodũ iucũda:qđ in eiꝰ ciuitatis portu ancoras est iacturus:quæ & uẽtorum omniũ uacat turbine: & optatissima quiete quadã trãquillitateq; abũdat. Itaq; meo nomine filiũ hortare:ut nullis neq; uigilijs nec laoribꝰ parcat:quo expectationẽ istã quã de se tã multã: tã præclaram apđ florẽtissimũ eundẽq; sanctissimũ Venetorũ senatũ fœlici initio cõcitauit:eã nõ solũ indies amplificasse: uerũetiã supasse existimet. Nihil est ei ad summã laudẽ utilitatẽq; defuturꝶ:si studiũ atq; diligentiã ingenio simul doctrinæq; addiderit.Qđ de Xenophõte filio scripsisti nõ improbo: facilitatis modo cõstãtiæq; meminerit. Vale animæ dimidium meæ.Ex Mediolano.v.Nonas Martias.M.cccc.Lx.

Franciscus Phielfus:Mario filio:salu.

c Vm ex alijs nõnullis:tum ex modestissimo & optimo uiro nobisq; amicissimo Marchesio uarisino:q ꝑ Frãcisco Sphortia principe nr̃o Venetijs oratorẽ gerit:sum certior factꝰ quãta cũ laude tua & admiratiõe omniũ:ꝓximis diebꝰ corã illustrissimo isto pricipe Paschale malippærio in publico florentissimoq; senatu & dictaueris ex tẽpore sine ulla intercapedine primo die argumenta duo ac triginta singula notarijs singulis in omni dicẽdi genere ꝑ eorũ uolũtate:a quibꝰ eiusmodi materiæ sũt ꝓpositæ:& duobꝰ deinceps diebꝰ erudite eloquẽterq; docueris. Quæ quidẽ res quãta me uoluptate referserit:debes nõ obscure intelligere. Quid eñ parẽtibꝰ põt iucũdius auditu cõtingere præclara filiorũ fama:in quorum nominis claritate

ipsorũ quoq; nomẽ splendidius elucescit. Perge igitur fili Mari: ut cœpisti. Es in una omniũ quæ sub sole sunt urbium locupletissima: nobilissima: optima. Nihil istic tibi defuturũ est: neq; ad emolumentũ: nec ad gloriã: nec etiã ad quietem atq; tranquillitatẽ: nisi tu tibi defueris. Sunt eñ Veneti & humanissimi & liberalissimi omniũ: & ij quidẽ tales ac tãta animi: tũ altitudine: tũ gratitudine præditi: quibus etiã seruire (ut ita dixerim) summa libertas sit. Ponas uolo ex animo tuo planeq; abijcias cæterorũ omniũ & populorum & principũ rẽ oẽm reliquã. Pacatissimũ istic tibi si sapias: & fructuosissimũ futurũ est domiciliũ. Vnũ sane uolo: memineris nihil magnũ ac præcipuũ licere mortalib⁹ sine magno labore cõsequi. Quĩq; tibi qui labor accidere põt: q nõ sit cũ incredibili uoluptate cõiũct⁹? Studẽdũ est pnoctãdũ sæpe. Eo eñ plura docturus es: quo plura pcucurreris: lectitaueris: edidiceris. At quo plus studij & uigiliæ in re præclara cõsumit: eo ĩgeniũ acuti⁹ reddit: doctrina eruditior: eloquẽtia copiosior atq; expeditior. Nulla est tãta uirtus: tãta præstãtia: quæ si assidua uacauerit diligẽtia: nõ fiat cõtinuo deterior. Diligẽtia uero ipsa tantã habet in se uim: tantã dignitatẽ: ut una sit uirtus: qua reliquæ oẽs uirtutes contineri uideant. Quare si paternis admonitõibus parere instituis: id quod te uelle nõ solũ puto: sed etiam hortor: ac iubeo. Si uir doctissime eruditus haberi uis: si cupis eloquẽtiæ laudibus uero perpulchreq; insigniri: utere docẽdo scribendoq; diligentia. Quod aũt de Xenophonte fratre scripsisti: non uitupero: & si Italiæ potius q̃ Dalmatiæ finib⁹ eũ teneri cupiebã. Fuissetq; utriq; uestrũ longe cõducibili⁹ magisq; honorificũ: si una & studere & uiuere q̃ dijungi tanto terrarũ atq; aquarũ tractu maluissetis. Et Marieta & filij bñ ualent: ac item cæteri nostri omnes. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Martias. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Bernardo pontano: salu.

T officium tuum in Marium & Xenophõta filios: & singularem beniuolentiã erga me facio equidẽ plurimi. Tibiq; habeo gratias: quod cũ nihil ipse de

te meruerim:tāta in me ac meos & hūanitate & benignita-
te sis usus.Itaq; siquid in me eē animaduerteris:qd' tibi uel
usui esse possit uel uoluptati:ita id esse in tua potestate po-
sitū existima:ut quæ maxime tua sunt.Nā eo ingenio sum:
ījs morib⁹ institut⁹:ut nihil sit qd' malim:q̄ & gratissimū ha
beri me & a nemine beneficio supatū iri.Quare uti me po
tes omnibus in rebus pro arbitrio tuo.Vale cum Petro no-
stro ac reliquis tuis omnibus.Ex Mediolano.iiīj.idus Mar
tias.M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Iacobo lucēsi
apostolico secretario:salutē.

Abellarijne an fortunæ uitio factū sit:nescio: alicui⁹
t certe aut uitio:aut errore factū est:ut litteræ tuæ q̄s
pridie nonas octobres ex Mantua ad me dederas:
uix eas tandem pridie idūs martias acceperim.Itaq; si seri⁹
tibi responsum est ad id quod petieras:nulla factū est culpa
mea.Habes istic Othonem carretū qui Francisci Sphortiæ
mediolanensiū ducis res curat oratorio titulo apud Pium
pontificem maximū.Huic isti quoniā mecū uetere familia
ritate atq; beniuolentia iunctus est: si quando tuas ad me
litteras dederis:non frustra dederis.Sed nunc ad id qd' pe
tebas:paucis accedo.Ais tu quidē cū scripsisses in diebus il
lis summo florētinæ reipub.magistratui ea:quæ Pius ponti
fex tibi mandarat:subdidisse in quadam epistolæ particula,
credimus istam rempu.honori suo nō defuturam.Fuisseq;
nōnullos:qui barbarū te potius q̄ latinū assererent: quippe
qui contenderent aut nō istam rempublicā: sed istanc dici
oportuisse:aut addēdū fuisse:uestrā:ut credimus istā rem-
publicā uestrā honori suo nō defuturam.Omniū primū de
bes tu mi Iacobe contētus esse iudicio tuo: præsertim ea in
re:quæ apud uiros doctos latini sermonis eosdemq; diser-
tos in dubitationē nunq̄ uenit.Inuidentiū aūt imprudenti-
umue latratus contemnere habereq; pro nihilo:magni ꝓfe
cto animi est. Nam aduersus eos mōtis importuniores sūt
peruicacioresq; turbulentissimi uentorū flatus:qui & altio-
res sint & firmioribus innixi radicibus. Verum ut morem
geram petenti hac in re tibi sentētiā meā; eam inter hic.&

iſte.pronomina differentiā eſſe prudētiſſimi grāmatici uo-
luerunt:ut hic.circa perſonam loquentē attendat:iſte.uero
circa audientē:ac ſi a prima ad ſecundā pſonam haberetur
oratio:ut huic amico meo cum tuo iſto familiari magna eſt
contentio.Eodē modo cū tu in præſentia ſis Senæ: ego ue-
ro Mediolani:ꝗ̄ rectiſſime dicet:ſi ita ad te ſcripſero:matu
riorē ſane futurum ſuſpicor tuū in hanc urbē aduentū: ꝗ̄ in
iſtam meū.Et eadē quoq; ratio eſt eorū aduerbiorū omniū
quæ localia a grāmaticis nominata ab iiſdē ꝓnominibꝰ for-
mant.Vt hic noui habemꝰ nihil:qđ iſtic ſiquid uobis acci-
derit:ſcire cupio.Et regis hiſpanorū oratores:qui diebꝰ ſu-
perioribꝰ hac iter habuerūt:ad qđ tēpus iſtuc ꝑuenerint fa
cito mē ꝗ̄primū certiorē.Qđ ſi aliunde quoq; exēpla deſi
deras:Cicero tibi locupletiſſimꝰ auctor fuerit. Is in oratiōe
ꝓ.P.Sextio ſic ait:Habes igit̄ qđ ex me queſiſti qui eſſent
optimates.Nō eſt natio:ut dixiſti:& cohortari auſus eſt in
hac cauſa uos iudices:ut aliqn̄ eſſetis ſeueri:aliquādo medi
cinam adhiberetiſ reipub.Nō ea eſt medicina:cū ſanæ par-
ti corporis ſcalpellū adhibetur atq; integræ: carnificina eſt
iſta & crudelitas.Hi medent̄ reipu.qui execant peſtem ali
quā tanꝗ̄ ſtrumā ciuitatis.Idem in oratione pro.P. Quin-
tio:Morit̄ in gallia Quintius:cum adeſſet Næuius:& mori
tur repentio:hæredem teſtamento reliquit hunc.P.Quin-
tium:ut ad quem ſummus mœror morte ſua ueniebat: ad
eundē ſummus honos quoq; ꝑueniret. Quo mortuo nec
ita multo poſtea in galliā proficiſcit̄ Quintius: ibi cum iſto
Næuio familiariter uiuit annū fere ſimul.Idē in oratione ꝓ
P.Sylla.Deniq; iſtā ipſam pſonā uæhementē & acrē quam
mihi tū tempus & reſpu.impoſuit:iam uoluntas & natura
ipa detraxit.Illa eni ad breue tps ſeueritatē poſtulauit: hæc
in omni uita lenitatē miſericordiāq; deſiderat.Idē rurſus in
epiſtola ad Curionē:Putareſne unꝗ̄ accidere poſſe:ut mi-
hi uerba deeſſent:neq; ſolum iſta ueſtra oratoria: ſed hæc
etiam leuia noſtratia? Ad hæc ne pluribus apertiſſimā rem
perſequar.In epiſtola idem Cicero ad Lētulum Valerium
iureconſultum ita ſcribit:Cur enim tibi hoc non gratificer:
neſcio:præſertim cū his tēporibus audacia ꝓ ſapientia li-

ceat uti: Lētulo nr̄o egi per lr̄as tuo nomine gratias diligē-
ter. Sed tu uelim desinas iam nr̄is lr̄is uti: & nos aliquando
reuises. Et ibi malis esse: ubi aliquo numero sis: quã istic: ubi
solus sapere uideare. Qꝛ qui istinc nũc ueniunt: partim te
superbũ esse dicũt: qd' nihil rn̄deas: partim cõtumeliosum:
quod male rn̄deas. Nã quod dicunt addendũ fuisse: uestrã:
id ex tam multis exēplis liquido iudicari potest: apd' indo-
ctos em̄ aliquid ualeat fortassis: apud doctos & florentissi-
mos omnino nihil necessario: aut nihilo plꝰ ista uestra ora-
toria ꝙ leuia hæc nostratia. Ex his horũq; similibꝰ potes nõ
obscure intelligere Iacobũ lucēsem nõ esse barbarũ: sed eos
potius: qui latine loqui nesciunt. Istæc uero & istãc & simi-
lia nõ oratorũ: sed poetarũ & eorũ sane comicorũ: ut apud
Terentiũ Simo. Vos istæc intro auferte. Et hæc hactenus.
Disseminati sũt hic apd' nos: nescio quomodo: hi duo uer-
sus: quos insimulãt esse Pij põtificis maximi: Discite ꝓ nu-
meris nũeros sperare poetæ. Mutare est animꝰ carmina nõ
emere. Id ego palã negare sum aggressus: quippe qui semel
& iterũ cũ alijs plærisq; eruditis disertisq; hominibꝰ eximiã
benignitatē ac munificentiã Pij pontificis sum expertus.
Quin potius affirmare sum ausus: aut uersus illos a pientis-
simo Pij ore nunꝙ emanauisse: aut deprauatos esse & cor-
ruptos: cũ ita diceret: Discite ꝓ nũeris nũmos sperare poe-
tæ. Mutare est animꝰ carmina muneribꝰ. Tu uelim ad hæc
mihi rn̄deas quo possim audētius ac uerius maledicos refel-
lere. Vale. Et me sanctitati dñi nr̄i unice cõmenda. Ex Me-
diolano idibꝰ Martijs. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Lodouico cardinali aquilegiensi: sal. di. plu.

q Vã mihi uæhemēter tua nõ solũ opa sed ope etiam atq; auxilio opus sit pater humanissime: cũ ex alijs supioribꝰ lr̄is potuisti dilucide animaduertere: tum ex ijs maxime: q̄s ad octauũ. kal. Martias ad te dedi. Nunc aũt qd' scribã: noui aliud nihil habeo: nisi ut intelligas tanto me desiderio expectare lr̄as tuas: ut maiore alid' nihil. Omnis ꝓfecto spes mea in te uno posita ac locata est. Et quãtũ ualeas: scio: & ꝙ me diligas: nõ ignoro. Itaq; te etiã atq; etiã

rogo:oro:obſecro:ut qđ abs te petij:tã ſummopere:q̃ cele rius fieri poterit:effectũ reddas.Hoc erit mihi uæhemẽter gratũ:Nec tu officiũ in me tuum unq̃ accuſabis. Vale. Ex Mediolano.xiij.kal.Apriles.M.cccc.Lx.

Franciſcus Philelfus:Xenophonti filio:ſalutẽ.

f Eciſti me ꝓximis tuis lr̃is certiorẽ de nauigatione tua ad Rhaguſinos:id qđ etiam poſteaq̃ ſoluiſti e Venetijs:Marius mihi ſignificauit.Ego aũt &ſi ma luerã ꝓ paterno affectu in Italia eſſe te:tñ cũ norim & nobi litatẽ & ſplẽdorẽ reipu.Rhaguſinæ:æquo animo fero abſẽ tiã tuã:præſertim cũ iccirco Vlyſſen Homer⁹ prudẽtiæ lau darit:qđ & urbes: & mẽtes multorũ hominũ cognitas illi meminit.Sic eñ in Vlyſſeæ principio ait:Callentẽ dic mu ſa uirũ:qui mœnia ſacræ:Diruta poſt Troiæ mltumq̃ diuq̃ pererrãs.Et mẽtis hominũ multorũ nouit & urbeſ.Atq̃ ibi ſane cuiq̃ patria eſt:ubi bene eſt:nulliuſq̃ loci terminis uir ſapiẽs circũſcribit.Itaq̃ nõ abſurde Socrates cũ interroga ret cuias eſſet:ſe nõ Athenienſem ſed mũdanũ eſſe reſpõ dit.Tuũ igit fuerit id præſtare atq̃ efficere:ne fruſtra iſtuc ꝓfectus uideare.Qđ ſi ſtudio diligẽtiaq̃ curaueris:cũ mi hi afferes uoluptatẽ nõ mediocrẽ:tũ laudi tuæ atq̃ emolu mẽto plurimũ cõſules.Reliquũ eſt:ut me facias q̃primum certiorẽ:q̃ te locus iſte cælũq̃ delectat.Eſt eñ tibi bonæ ua litudinis ratio haud negligẽda. Nos hic oẽs in hanc diẽ bñ ualem⁹.Si quid iſtic habet de Turcis:cura ut ſciam.Maxi mos in Italia bellorũ motus paratũ iri animaduerto. Vale. Ex Mediolano.x.kal.Apriles.M.cccc.Lx.

Franciſcus Philelfus:Bernardo Iuſti niano Leonardi filio:ſalutem.

x Enophon filius ad Rhaguſinos profectus eſt. Scri pſit ſe propediẽ inde ad me miſſurum ſeruas duaſ: petijtq̃ ſe facerem certiorem:apud quem eas Ve netijs diuertere curaret.Cui reſpondi neminẽ eſſe iſtic: q cum maior mihi aut antiquior familiaritas hoſpitiũq̃ ſit q̃ tecum uno.Itaq̃ ſeruæ illæ diuertent apud te.Quod cũ fiet & tu mihi rem ſignificabis: mittã:qui & ſeruas ad me per

ducat:& qđ pecuniæ opus fuerit:soluat. Vale. Ex Mediolano.x.kal'. Apriles.M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Ioanni Petro eutychio:salu.

m Arius filius id qđ audisse te puto:est his dieb⁹ a florentissimo Venetorũ senatu honorifice cõduct⁹ ad docẽdũ Venetijs oratoriã ac philosophiã.Id aũt eo pluris faciundũ existimo:qđ antea nemini unq̃ cõtigit. Is in præsentia huc est uenturus:ut uxorem & filios reliquãq; familiã Venetias secũ trãsferat. Faciet aũt ueniẽs istac iter. Estq; ei necesse istic cõducere ad Mediolanũ usq; & mulũ cũ mulione:& equos duos. Quos ut antea diligẽter pares: uelim:ne cũ istuc nauim appulerit:diutius sit in mora. Maximũ mittã tibi ad paucos usq; dies. Vale. Ex Mediolano. vj.kal'. Apriles.M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Ioanni andreæ abbati:salutẽ.

s I mihi qđ petieras cũ anno superiore uenissem Romã:ex tua meaq; sentẽtia cõtigisset: nõ distulissem in hãc diẽ lr̃as ad te dare. Nec etiã nũc noui quicq̃ accidit:qđ me hortet̃:ut aliqd tibi scribã præter illam pristinam & inueteratã dilectionẽ erga te meam:quæ facit:ut te moneã ne desperes honesta præsertim in causa. Nam princeps hic noster natura est ꝑhumanus & ꝑbenignus etiã in eos:quos aliqñ norit a se animo fuisse alieno. Quicq̃ de te qđ accusem uiro prudẽti ac modesto &si minime inuenio: uereor tñ ne tibi obfuerint aliquorũ insidiæ: quo minus sis qđ uolueris & qđ fortasse decuerat:cõsecutus. Id factũ esse aut inuidia aduersus te:aut priuatorũ cõmodorũ gr̃a. Quibus quidẽ rebus te suspicor nõ potuisse qñq; nõ cõmoueri neq; tulisse clam indignationẽ animi tui. At par fuerat seruare constantiã:nec ulla cuiusq̃ frangi iniuria: id qđ nunc etiã facias:rogo. Præterea tibi utendũ reor non tam animi magnitudine atq; elatiõe uiro præsertim christianã profitẽti humilitatẽ:q̃ submissione & patientia. Neq; ab re fuerit: si dominici illi⁹ præcepti memineris:qđ ẽ Cæsaris Cæsari: qđ dei est:deo reddi oportere. Hmõi bñficia summi pon-

tificis est uerbo tribuere. Re uero eorũ principũ: in quorũ dominatu beneficia sunt posita. Titul⁹ inquã dat̃ a summo põtifice: a principe uero possessio. Id tu puto: ignorabas. Erasq; iccirco animo fortasse te digno. At si sapias: Chamelũ imitabere: qui submittit se ingenua ad tollẽda honera. Id tu eo facias prudẽtius & cõmodius qđ nullũ sis honus sublaturus: sed positurus potius. Qđ em̃ est tm̃ honus int̃ uniuersa fortunæ incõmoda: quod cum egestatis honere conferri queat? Satis est te esse admonitũ. Reliqua tu pro tua prudẽtia prouidebis. Et hac de re satis. Ego ex quo die cardinalem tuum adiui salutatum: sumq; ab eius amplitudine nõ humaniter solum: sed etiam liberaliter honorificeq; exceptus: cognouiq; ex eius familiari sermone illo: quãta doctrina esset: quanta eloquentia: quauta sapientia præditus: incredibili in eũ cõtinuo sum amore obseruãtiaq; affectus. Nec destiti ex illo ipso die prædicare apud om̃es egregias ei⁹ diuinasq; uirtutes. Isti ergo tãto & tãta præstãtia cardinali me uolo q̃ diligẽtissime cõmendes: & ita deditũ facias: ut ea sunt: quæ maxime habet in sua ptãte. Ad hæc duo abs te maxime desidero ac peto: ut qđ grauissimũ eruditissimũq; opus est ab eo ipso ꝑdocte & perelegãter scriptũ de docta ignorãtia: id excribi nomine meo atq; impẽsa q̃primũ cures. Quicqd aũt pecuniarũ eiusce rei causa dederis: lr̃is significato: & tibi ꝓpediẽ qđ impẽderis: numerabit̃. Idem qđ secundũ erat: cupio facias de Porphyrione in Horatiũ Præterea rem mihi facies pergratã: si eorũ librorũ indicem ad me dederis: qui nuꝑ sanctissimi & sapiẽtissimi illius patris Nicolai quinti summi põtificis mirabili diligẽtia & impensa ex lethæis: ut ita dixerim: tenebris eruti sunt in lucẽ: & apud uos habentur. Vale. Ex Mediolano. vj. kal. Apriles. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Ioanni antonio mercato: salutẽ.

a Dmonuer̃t me hi sacri dies: ut te ꝑ lr̃as adirẽ: hortarerq; uel ꝓ iusticiæ & honestatis: ul' pro inueteratæ amicitiæ nostræ iure: ut necessariũ ac gẽtilem tuum Pacinũ mercatũ cõuenias: eũq; ul' appellãdo: uel monendo

uel etiã si opus ob adolescentiæ feruorẽ fuerit: rogando cõ/stituas: ut aliquãdo ad se redeat: memineritq; tũ æquitatis & ueritatis: tũ iurisiurãdi illi⁹: cui publicis & religiosis tabulis se ultro fecit obstrictũ: Et id quidẽ iccirco ultro: qm̃ neq; imprudẽs: neq; ui coactus: neq; ulla adductus necessitate: nec etiã ab me requisitus: sed ipse potius boni uiri fidẽ uolens recognoscere: me requirẽs: iuratus est præsente matre ꝓbatissima illa sanctissimaq; fœmina: præsente Ioãne stampa & affini & optimo uiro: præsente tabulario totq; grauissimis testibus. Iuratus est inq̃ Pacinus tuus & iurat⁹ is quidem in sacrata manu reuerendissimi huius & integerrimi archiepiscopi. Homines ac mortales Ioannes antoni fallere fortasse possimus imprudẽtis scilicet ac rudis. At deum certe & nosmetipsos nequaq̃ possum⁹. Resipiscat igit̃ aliquãdo Pacinus: neq; maliuoli alicuius inductu ꝑturbationi concedat. Cogitet se tandẽ moriturũ. Incertãq; esse mortis & diẽ & horã. Sunt ne hæc nostræ in eũ doctrinæ præmia? Caueat: inq̃ caueat: ne dũ mihi tentat incõmodare: seipm permagno detrimẽto afficiat: quippe qui & pecuniarũ nõ nihil amittet: & ad hominũ infamiã sempiterno etiã supplicio se obnoxiũ faciet: a quo nulla uel tabularũ: uel oratorũ calliditate: nullo argẽto liberari poterit: q̃q̃ miserrim⁹ etiã ille quæstus est: quẽ aduersa consciẽtia quis adipiscit̃. Nam quod græco uerōq; ꝓuerbio dicit̃: In expuẽtis recidit barbam: quod in cœlũ expuit̃. Vale Mediolani. Ex ædib⁹ nostris. vj. kal. Apriles. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Blasio Gyllino abbati: salu.

a Ngelus actiolus nobilis florẽtin⁹ & idẽ splẽdidissimus eques aurat⁹ mecũ nudiustertius quæstus est: qđ oratiões meas q̃s apud te: ea lege dimiserat: ut eas mihi q̃primũ redderes: nõ mõ nõ reddidisti: sed a se q̃sæpissime hortat⁹: ut officio fungaris: id nõ mõ nõ facis: sed ridiculo ducis ei⁹ omnẽ adhortationẽ. Itaq; sum mirat⁹: qđ & uir religiosus & abbas tot iã ãnos distuleris ea dño restituere: quæ bona fide possidere nõ potes. Vale Mediolani. Ex ædibus nostris. vj. kal. Apriles. M. cccc. Lx.

# Francisci Philelfi Epistolarū Liber Decimussext⁹.

Franciscus Philelfus: Alexandro cardinali dignissimo: salutem di.plu.

q Vi omia in sola uirtute posita esse iudicarūt: quæ ad bn̄ ptinēt beateq̧ niuendū: li mihi pat̄ amplissime sensisse temere nihil uideri solēt. Nā quid est in corpe: qd in fortuna ipa: quā uocāt: aut bonum aut expetēdū: si honestate uacat? Id certe solū qd honestū est & secundū uirtutē: bonum cēseri oportere: nō solū Stoici uerbo usurparūt: sed lōge magis re etiā ipse pōtifex maximus atq̧ pietissimus iste Pius facile declarauit. Quid em̄ Pius aut cogitat: aut loqt̄: aut agit: qd nō ex media uirtute pficiscat̄? Atqui si uel in corpis uel in fortunæ cōmodis præclarū quiddā: aut præcipuū positū esse arbitraret̄: tū quieti uoluptatiq̧ studeret: tū cumulādis thesauris: a quib⁹ omnib⁹ ita abhorret: ut nihil a se magis alienū existimet: q̄ leuē atq̧ titillātē sensuū motū: q̄ auri & argēti ineptū studiū. Nouit sane pat̄ sanctissimus istiusmodi omia esse seruilia & animo ingēti excelsoq̧ indigna. Intelligit eū hominē q extrinsecus sit: interiori homini obtēperare pareręq̧ debere. Huius aūt esse ita imperare: ut rō intellectusq̧ præscribit. His em̄ duob⁹ quasi luminib⁹ mētē humanā omia aspicere: omia uidere: omnia dilucide cernere: siue ea sint tēporis: seu æternitatis: siue sint in mundo: seu supra mūdū. Itaq̧ desināt mirari si imperiti rerū aliqui fortasse cœperint: Cur Pius pōtifex cūprimū in apostolici solij maiestate cōstitut⁹ est: ad nihil aliud magis animū cōuerterit: q̄ ad stabiliēdā & corroborādā christianā rem publicā: quā uideret breui peniturā: ubi min⁹ ei mature ac fortiter succurreret̄? Sciebat sane pater sapiētissim⁹ se natū esse nō sibi soli: sed mlto etiā magis imortali humani generis redēptori Christo Iesu: cui⁹ ærūnosam afflictāq̧ ciuitatē pati diuti⁹ nr̄a desidia flagellari acerbissimis impiorū amarissimisq̧ uerberib⁹ existimabat: nō min⁹ pniciosum ac funestū: q̄ indignū & dedecorosum imprimis. Quare quem

quiescere curariq; oportebat in tāta corpis imbecillitate: in tam uaria: tāq; multiplici & pmolesta ægrotatiōe: id nō modo neglexit: sed etiā cōtempsit duxitq; p nihilo. Quinimo in sūma sæuiētis hyemis asperitate p assiduos imbris: p altissimas niues: per uitreas rigidasq; glacies superatis horrētibus apœnini cautibus Mantuā cōcessit: ubi tamdiu concedit: donec uniuersi principes regesq; christiani inuitati atq; accersiti & lr̄is & nūcijs: ptim uolūtate & animi iudicio: partim pudore: nō solū eo loci alij ipsi p sese: alij per legatos cōuenerūt: sed moti atq; psuasi inaudita illa diuinaq; eloqntia eruditissimi integerrimiq; pontificis ita una mēte: uno animo: unoq; consensu cōspirarūt omnes aduersus hostes atq; inimicos christianæ religioni: ut nihil iā dubitādum sit propediem fore: ut nō Turci modo: sed quicquid superest impietatis barbaricæ tam longe lateq; diffuse aut ad sanitatem: aut ad internitionem redigatur. Quæ quanta res factu fuerit q̄admirabilis: q̄ egregia in tanta præsertim & tēporum & animorū diuersitate: neminē esse puto qui nesciat. Ea mihi certe sententia est: ut indubitato credā omnipotentem deum suos mitis atq; benignos oculos conuertisse iam tādē ad laniatū discerptūq; gregem suū: uelleq; hūc aliquādo ex efferatis & truculentis rapacissimorū luporū rictibus eruere atq; saluū facere. Quē em̄ ouili suo præficere alium potuisset uno hoc isto Pio prudentiorē: sanctiorē: grauiorem: doctiorem: & in omni absolutæ uirtutis genere præstantiorē? Actū erat profecto de Petri nauicula: nisi repente diuinæ clæmentiæ munere in tantis turbulētissimarum tempestatū pcellis ac fluctib⁹ idē un⁹ & pastor subito illuxisset & gubernator: cui⁹ fœlicissimo ductu firmissimoq; præsidio exoptatus quietis portus ac perpetua quædā salus cunctis christifidelibus diuinitus pariatur. Nec em̄ præsentibus præsens dūtaxat cōsulit beatissimus Pius pōtifex: uerūetiam prospexit iam longius: quo pacto etiam post se q̄optime omnib⁹ cōsuluisse iudicet: quippe qui mō quinq; ex uniuersa christiana republica delegerit: declaritq; cardinales: qui sint ueluti quinq; luminaria in orbe terrarum: numerum sane haud absurdū: sed & pulchrū & necessariū p

quinq; illarũ ecclesiarũ numero quibus tota cõstat christia-
na religio: perinde atq; ecclesiæ cuiq; suus sit pontifex cum
usus uenerit: princepsq; paratus. Nam ut de aliis breuitatis
gratia uerbũ in præsentia faciã nullũ: quid de te loquar pat
humanissime: cui⁹ tãta uirtus est: tãta doctrina: tanta sapiẽ-
tia: ut unus plane & dicẽdus sis & habẽdus: qui post unum
Pium nõ mõ nemini cedas: sed mortales reliquos q̃ longis-
sime antecellas? Laudat Plato a uiris grauissimis: quod eos
rerũ publicarũ gubernaculis præesse uoluerit: qui aut eẽnt
sapiẽtes: aut saltẽ sapientiæ studiosi: hoc est: philosophi. At
quem alium habemus hac tempestate quem tecum in uni-
uersa philosophia comparare possimus? Nã ad eas partis:
quæ uel in disserendi ratiõe uersant: uel cũ ad singulos mo-
ribus atq; uita instituendos: tum ad rem & domesticam &
ciuilem administrandã pertinent: uel in totius naturæ sciẽ-
tia & cognitione sunt positæ: tu eam peracute & eleganter
calles ac sapis philosophiam: qua quod uerũ simplex incõ-
mutabile sempiternũ solũq; uerũ est: & toti⁹ ueritatis fons
& origo quædam: quantũ humanũ præstare potest ingeni-
um: sine ulla dubitatione perspicimus. Nam quis ignoret
solã esse theologiã: quæ cæteris omnib⁹ disciplinis tanq; re-
gina quædã nobilitate ac præstantia sua qua diuinã indaga-
tur essentiã & dominat & imperat? At qui sunt plærũq; nõ
nulli: qui cũ docti sapiẽtesq; dicant ac plane philosophi: eo-
rum tñ uita atq; mores ab omni philosophiæ præceptione
discrepãt: illos ii quidẽ medicos imitati: qui quẽ in aliis mor
bum curaturos se ꝓfitent: hoc ipsi q̃ acerbissime torquent.
Quid em̃ turpi⁹: quid fœdius: quid deniq; dedecorosius: q̃
philosophos sese & theologos esse gloriãtes: ita uiuere: ut
nihilo pecudibus præstent? Tu uero pater cõtinentissime
ab huiusmodi hominũ genere omnino alienus ea cogitas:
ea loqueris solũ: quæ uera esse intelligis. Tua autem omnis
actio orationi rñdet. Quib⁹ tuis laudatissimis atq; optimis
uitæ institutis factũ esse uidemus: ut quo magis blandien-
tem fortunã cõtempseris: eo se tibi magis illa tradiderit: ob
sequenteq; præstiterit. Fortuna inq; uirtutẽ: nõ uirtus for-
tunam secuta est. Et sunt: qui mirent stoicos affirmare soli-

tos:sapientē solū esse liberū: esse diuitē: esse regē: esse fœli/
cem. Illorū hāc grauē generosamq; sentētiā tu pater mode/
stissime nō re min⁹ q̄ uerbo uera esse omnib⁹ declarasti: q
dū fretus diuino spiritu nihil fragile caducūq; cōcupiscis:
dū nulli te flagitio obnoxiū facis: dū nulli inseruis inani glo
riæ: dū omnis cogitatus tuos: cōsilia oīa: actiōes oīs re/
fers ad deū: es oīa sūma cū tua sūma laude assecutus. Sed
uidem⁹ alios fere oēs tāta interdū ambitione ad dignitates
& magistrat⁹ ferri: ut nescias: miserendūne magis sit an pu/
dendū eorū tā curiosi studij. Nā cū tria maxime uideantur
expetēda mortalib⁹: honos: utilitas: uoluptas: & ea quidem
nō min⁹ in uniuersa uita q̄ in amicitia: cū honos uirtuti de/
beat̄: hūc qui negligit: putat̄ quodāmō uirtuti iniuriā face/
re. At ego magni ꝑfecto & elati animi esse duco: ita queq;
uirtuti operā dare: ut aliud sibi nihil q̄ præclaꝝ uirtutis op⁹
ꝑposuisse iudicet̄. Honos em̄ cū haud nostræ: sed alienæ sit
potestatis: iudiciū sequit̄ alienū. Sed ut temere iudicantes
cōtēnendi sunt: ita qui recte iudicāt sperādi: qui ne cupien
tibus quidē nobis neq; cogitātib⁹ oīi sint ope atq; oꝑa ꝑ/
futuri: cū ad honorē: tū ad cætera oīa: quib⁹ uitæ usus con
tinet̄: & gaudet. Qđ si cuiq̄ est obscurū: id diligentissimus
atq; optim⁹ rerū omniū æstimator & iudex Pius pontifex
in te uno perspicue ostēdit. Num petebas cardinalatū mo/
deratissime pater Alexāder? Num animo tecum uolutasti
unq̄? Certe inquies minime omniū: Nō quod eo dignus
non esses: cuius animus plenus est honestatis: plenus sapiē
tiæ: plenus dei: sed quia mūdana omnia inferiora duceres
pietate. Itaq; sola uirtus: sola religio: sola ueritas: solus diui/
nus cultus tibi erat in mente. At hæc saluator noster dignis
etiam uitæ præmijs per munificentissimū suum & pruden/
tissimum præbitorem Pium secundum honestare uoluit:
teq; ex generale Eremitanorum cardinalem iccirco crea/
re dignatus est: ut esses in Romana ecclesia uas nouum ele
ctiōis. Quare nescio: cui magis sit gratulandū: tibine: cuius
optimis pulcherrimisq; meritis fortuna deusq; respōderit:
an Romanæ ecclesiæ: cui tantum boni contingit: quo ne
maius quidē post Piū ausa eēt optare: an poti⁹ sanctissimo

patri Pio:qui ꝑ acerrimo animi tui diuinoq; iudicio quic/quid agit:cõtinuo ex om̃i pte pfecte agit? Nã quid de me/ipso loquar:qui ex huiusmodi nuncio tantã cõcepi animo uoluptatẽ:ut mihi æque gratulandũ atq; exultandũ esse re/ar? Cõmunis bonis omnibus & studiosis uiris tanta hæc læ tiora est oblata:quã ut immortalis deus perpetuã nobis fa ciat: & ad cumulum usq; perducat:uæhementer opto. Va/le pater reuerendissime. Et me beatissimo dño meo Pio ti/biq; commẽda. Ex Mediolano.v.kal'. Apriles. Anno a na/tali christiano.M.cccc.Lx.

Frãcisc⁹ Philel. Othoni carrheto iurecõsulto: sa.

n VIlũ sane mihi tædiũ afferre possũt litteræ tuæ. Nõ eñ solũ tardissimæ sũt:sed etiã breuissimæ. Qd' ait poeta ille πολλὰ μαθητάι χρείᾳ γομέσ διδασκάλων. &si in aliis mltis rebus probari apud te poterit fortasse: tñ in hac una nõ poterit: Qd' cũ quotidie ad te lrãs do: easq; nõnunq; longiusculas:tu uix tandẽ post denas acceptas se mel rñdes:& nunq; attice sed Laconice semp. Itaq; nõ pos sum non gratulari tuæ isti tantæ breuitati:quã in tanta uer/borum copia:qua Romana curia mirifice abũdat: ꝑ nouo quodam uitæ instituto nõ temere usurpas. Et hæc iocati si/mus. Pergrata mihi tua fuit epistola ul' admodum breuis. Quod amicus iste uitreis utatur oculis:nõ possum nõ lau/dare. Quis enim dubitat geminatis oculis acutius eum ui/surũ q̃ unis? Tu utere cõsilio tuo. Vnũ abs te peto atq; cõ tendo:ut cures Iacobũ lucensem ad ea respondere:quæ ad eum ꝓximis litteris scripsi. Vale. Ex Mediolano.xvij.kl'. Maias. Anno a natali christiano.M.cccc.Lx.

Frãcisc⁹ Philelfus: Xenophonti filio: sal'.

c Vm essem aĩo de nauigatione tua ad Rhagusinos admodũ sollicito:popportunæ mihi redditæ sũt lit teræ tuæ:quas .iij.kal'. Apriles scripseras. Ex his sum ea oĩ formidine liberat⁹:qua me affecerãt turbulẽtissimi illi uen toꝝ flatus:quib⁹ nõnullæ uel munitissimæ naues quo tem/pote tu mare ingressus es:naufrage perierunt. Itaq; imor/tali deo grates ago quas debeo maximas:q me tanta acer/bitate liberauit. Reliquum est ut bonæ ualitudini studeas:

operaq́ꝫ des:ne quid tibi noua cæli tẽperies importet incõmodi:quod una τὴν ἐγχρατεία facile uitabis. Es em̃ in urbe non minus amœna q̃ꝫ & opulenta & nobili:quæ quidẽ om̃ia adhorta nť istiusmõi ætatem ad uoluptatũ illecebras: qbus Vlyssis Homerici illius socij cũ se penitꝰdedidissent: humanitatẽ exuerũt. At tu Vlyssen si sapias:imitabere:uitabisq́ꝫ omne circæũ poculũ. Id aũt eo faciliꝰ es facturus:qđ audio patritios Rhagusinos uiros esse continẽtissimos & grauissimos:quorum uitæ instituta si tibi proposueris:meliuscule profecto & exteriori cõsules & interiori homini. Nam quod scribis te ex altero pede laborare: istiusmõi tibi nobilitas patrita non est:at ne auita quidẽ. Quare ne ali unde tibi uenatus sis: caueˀ. Et eam a te q̃ꝫprimũ amouere atq́ꝫ extrudere eminus ne dissimulas. Nam si facile se norit nactam hospitiũ: cum uoles excludere: haud poteris. Ego ut ad reliqua respondeã: abs te aliud nihil desidero: nisi ut te florentissimo isti senatui obseq̃ẽtissimum præstes: omniq́ꝫ in re quicqd agis: ex officio agas. Id uero ea re una facillime assequeris: si tibi ante oculos semp ꝓbitatis laudem deũq́ꝫ ꝓposueris:qđ qm̃ scio te facturũ: nõ ero longior admonendo. Velim: q̃ꝫ diligẽtissime inquiras: si quod est uetuspiam istic monumento: ex quo liqdo possit intelligi urbis nomen. Nam ex patrio uerbo non Rhagusiũ uideť dici debere: sed Rhagusa. Appellãtur enim ciues isti sermone patrio Rhagusæi. At ea nomina apud græcos ita terminant: quæ & in genitiuo non crescunt: & in a terminãt: aut in e. suntq́ꝫ fœmi generis. Vt σμύρνα σμυρναῖος Smyrna Smyrnæus. λάρισσα λαρισσαῖος Larissa Larissæus. Δάφνη Δαφναῖος Daphne Daphnæus. θήβη θηβαῖος. Thebe Thebæꝰ. Eodẽ igiť pacto ῥάγουσα ῥαγουσαῖος: Rhagusa Rhagusæus. Nam apud geographos & cosmographos qui apud nos sunt: de ista urbe nullã inuenio mentionem. Odorare igitur omnia diligenter: si quis priscus lapis inueniať: qui nomen urbis habeat lr̃is incisum. Nam regio ista omnis græcis olim utebatur & institutis & litteris. Præterea siquid græcorum uoluminum: quod uulgare nõ sit istic seruetur: quære diligenter. Et id aut tibi aut nobis

compara. Quod si in tanta argenti & auri officina nummi tibi defuerint: fac me certiorem. Nam eos tibi ad rē huius/ modi q̃primum suppeditabo: modo ex te intelligam librorum titulos qualitatemq;. Vale & me illustri Rhagusinorum senatui commenda. Ex Mediolano kal'. Maijs. M. cccc. lx.

Frācíscus Philelfus: Bernardo Iustiniano Leonardi filio: salutem.

e Tsi mihi dubium nunq̃ fuit meos omīs tibi eē charissimos: tamen cum proximis diebus ex Mario filio coram didicissem: quāto cū studio & charitate eius omnib⁹ cōmodis honoribusq; semper adfueris: uix dici queat: q̃ me tua opera delectarit. Nam cum uideo eam amicitiam quæ mihi primum cum patre tuo sapientissimo atq; summo uiro maxima fuit: deinde tecum tanta est: ut nihil ad cumulum queat accedere: transfudi etiam tanq̃ hæreditario quodam iure in posteros nostros: non mediocre mihi atq; meis omnibus patrimonium adeptus uideor. Itaq; non possum mihi non lætari plurimum: quod optatis meis ita respōdeas: ut tibi gratulandum existimem: quod ita humanus es: ita benign⁹: ita patris tui simillimus. Ego autem quod ad me attinet: si cæteris in rebus a te superabor: amādi tamen officio nunq̃ profecto sim superandus. Reliquū est: ut quæ pro filio Mario fundamenta optima uel tua diligentia iacta sunt: ea omī robore stabiliēda cures. Hac una re mihi grati⁹ facere nihil possis. Vale. Ex Mediolano kal'. Maijs. M. cccc. Lx.

Frācíscus Philelfus: Pascali malippærio duci Venetiarum: salutem.

s Apientis summiq; philosophi Platonis sentētiam fuisse constat: maxime dux Pascalis malippæri: nomina eē indita & hoīb⁹ & reb⁹ nō temere aut casu quopiā: sed ui quadā & ꝓuidentia statusq; naturæ. Quod cū in alijs multis probari licet: tum ex te uno dilucide intelligit̄. Ipse eñ unus esse uideris ex omībus: qui omē bellandi exosus studiū: urbanas uirtutes adames: ad easq; colendas amplificādasq; toti⁹ nobilitatis Venetæ iuuētutē inuites atq; incēdas mirabili quodā laudis ardore. Nihil est in te præceps:

nihil fluctuosum: nihil turbulentum. Totus es moderatus: totus quietus: totus pacificus: id quod ex uniuersæ quoq; tuæ clarissimæ familiæ cognomento ipso Malippærio non obscure coniectari potest. Quid enim aliud Malippærius græce significat: si recte uelim⁹ uerbū ipsum stoicorū more interpretari; q̄ uæhementē equorū sublationē? At is q uæhementer equitatum tollit: nonne bellorū etiā strumenta ac segetē tollit? Nā pascalis deduci a pascha quo noie apd' hebræos trāsitus significat: manifestū est. Factus est inquā a te transitus a diuturnis tempestatibus ꝓcellisq; bellorum ad humanioris uitæ quietem atq; tranquillitatem. Eos diligis: eos āplecteris: eos honore ac præmijs foues: quos uirtute excellere: quos doctrina cognoris eloquētiaq; præstare. Nā hæc tria his maxime sunt necessaria: qui in florētissima republica uersant̄. At quæ nam respu. aut est altera: aut fuit unq̄: quæ cū Venetoꝝ senatu queat de oīi genere laudis contēdere? Fuit olim Romanus pplus in toto ꝓpe terrarū orbe rerum gestarū gloria magn⁹ atq; perillustris: qppe qui omne suum studium & tanq̄ uitæ fœlicitatem in re militari constituisset. Quod si uelimus Romanorum uitia cum uirtute cōferre: inueniemus profecto uirtuti uitia nō mediocriter anteire. Quo factū est: ut omne illud imperium radicitus corruerit. Nam de Carthaginensium Atheniensiūq; rep. quid opus est: eximiū aliquid referat̄ in medium: quos oīs intestinæ actiones seditionesq; continuæ breui pdiderīt? Vna lacedæmoniorū resp. fuit diuturnior: qui dū Lycurgi legib⁹ parēt: dū laudi student: dū externis oīb⁹ cōmodis qd' decoꝝ est: anteponunt: in qngētesimū usq; annū in uniuersa Græcia illustres triūphantesq; claruerūt. At ubi Lysander cōtēptis patrijs & īstitutis & morib⁹: refersit urbē opib⁹ & præda Atheniēsiū: Lacedæmonij sil' cū læta & bn̄ cōueniēti paupt[illegible]te nō græciæ principatū mō sed libertatē etiā ipsam miserabiliter amiserunt. Soli autē optimates Veneti ex oīi hoīm genere sūt inuēti: qui qm̄ uirtutē ac deū: qui summa ē uirt⁹: sp añ ocl'os & habuerūt & habēt: in rep. tā diuturna: tā florēti: tā nobili nullā oīino unq̄ mutabilitatē expti sunt: nullis seditionib⁹ afflicti:

nullis factionibus agitati. Qui em̄ aduersi illis accidere qc-
q̄ possit: apud quos iusticia & pietate antiquius nihil est?
Hinc sane fieri uidem⁹: ut Venetoꝝ imperiū magis magis
q̄ indies terra mariq̄ augescat & uiribus & opibus: cū in-
credibili bonoꝝ omniū & ueneratione & charitate. Fauet
em̄ deus omipotēs uiris iustis: eosq̄ neq̄ quærentis nec co
gitantis fœlici ꝓsequit̄ incremēto. Nā quis ambigat quæ-
cūq̄ mortalib⁹ bona sunt: ea eē ab imortali deo? Quæ siq̄n
iniustis etiā atq̄ impijs cōtingere uideant̄ secreto quodā
& abdito dei consilio: tn̄ repēte ut flosculi hyemales lāgue
scunt: ac pereunt. Soli inq̄ optimates Veneti pseuerāt in
eadē bene moratæ reipu. moderatione & sanctitate: cui se
primū ab urbis initio dedicar̄t. Nam qd̄ ser⁹ sese doctrinæ
artiū liberaliū atq̄ eloquētiæ accōmodarint: id cā nulla alia
q̄ uitio tēpoꝝ factū puto. Videm⁹ em̄ uel ætate nostra: pa-
tricios quosdam Venetos tm̄ in utroq̄ genere claruisse: ut
cū omi possent antiquitate & dicendo & iudicādo cōpara
ri. Itaq̄ inter cætera bona tua præstātissime p̄nceps Pascha
lis malippæri: quæ & plurima sunt & maxima: non medio-
cris hæc cēsenda est fœlicitas: qd̄ ueluti diuino quodā præ-
sagio: cū belli materiā oēm e medio sustuleris: tū ad doctri-
næ & eloquētiæ studiū nobilissimis tuis ciuibus transitum
paraueris. Vera ꝑfecto in te est Platonis illa: quam modo
dicebam: de rectitudine nominū sentētia. Nec em̄ casu &
ꝓ uolūtate hominū istiusmodi nominib⁹ appellaris: sed ui
quadā poti⁹ & cōsilio potētioris cuiusdā præstātiorisq̄ na-
turæ: quā ipsam rōnem licet etiā intueri in ꝓprijs noīb⁹ ꝓ-
phetarū oim ueteris testamēti. Quare nō possum equidē
nō gratulari tanto isti tuo & tā excellēti bono qui tecū aīo
uolutas: qd̄ Cyrus ille senior sapientissime monebat: nemi
nem decere imperare: qui minus subditis sit melior: omni
studio diligentiaq̄ uteris ad pulcherrime instituendā atq̄
exornandā Venetā iuuētutē. Intelligis em̄ fore: ut bene ac
decore moribus disciplinaq̄ instituti: ijdēq̄ diserti: nō me-
diocri usui atq̄ honori & sibi & p̄riæ eē possint. Habeo āt
ingentis & sempiternas gratias: tū excellētiæ tuæ: tum uni
uerso senatui: qd̄ dilectissimū filiū meū Mariū huic tanto

& amplissimo docēdi muneri præfecistis. Qđ & si per sese magnū est & præclarū: eo tñ pluris faciundū qđ añ id tpis alteri nemini Venetijs contigit: ut publica pecunia ad huiusmodi institutum conduceretur. De filio aūt ut uerecundius loquar: necesse est ne in eo laudando uidear meæ gloriæ fauere. Vnū tamen ausim affirmare: me neminē in hāc diem cognouisse: qui æque ad summū atq; Marius filius & ingenio simul uigeret & memoria. Nam quantū doctrina ualeat & facundia: ipse de se locupletissimum afferet testimoniū. Et illud certe mihi iucūdissimū est: quod quas ego splendidissimo Venetoꝝ senatui maximas debeo gratias ob pristiana ac plurima in me beneficia: eas Marius meus: si re fortasse minus: industria tñ & uolūtate cumulatissime referet. Accedet autē ad summū beneficentiæ cumulū: si hunc etiā mea causa tibi charissimū esse aīaduertero. Vale princeps optime. Et me cōmendatū habe. Ex Mediolano vj. Idus Maias. M. cccc. Lx.

Frācīscus Philelfus: Iacobo lucēsi aplīco secretario: sal.

a D eas līas: q̄s Idib⁹ Martijs tibi reddēdas ad Othonē carrhetū dederā: qđ nihil in hāc diē rñderis: miror. Nā cū ignoro: utrū tuæ uolūtati morē gesserim ea in re: quā ex me scire cupiebas: tū uæhemēter expecto ex te intelligere: quæ sit pōtificis Pij sentētia de officio nostro. Itaq; rogo te: ut me q̄primū his de reb⁹ facias certiorē. Vale. Ex Mediola. iij. Idus Maias. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Gregorio Lollio apostolico secretario: salutem.

e Xistimo te nequaq̄ oblitū: quæ mecū locutus es: & quid inť nos cōstituim⁹: cū anno superiore Mantuam ueni. Scripsi ad te postea ea de re sæpe litteras: quib⁹ te nihil respondisse nō possum nō mirari. Non eñ Oedip⁹ sum: at ne Dauus quidē. Quare quid sim facturus: nisi me tuis litteris docueris: incertior ero: q̄ dudū. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Maias. M. cccc. Lx.

Francisc⁹ Philel. Iacobo Antonio marcello: sal.

i Nsitā esse natura animis hoim uim quādā silitudinis dissilitudinisq;: cū ad cæteros motus: tū ad amorē & ad odium q philosophi uoluerūt: nihil a ueritate sensisse

alienum mihi uideri solēt: & id quidē nō in hominibus solū: sed in reliqs quoq; animantibus late patere. Qđ ut de aliis aialibus breuitatis causa prætereā: quotidie usu uenit: ut ii qui se nunq; uiderint: neq; aliud quicq; cōmercii cōsuetudinisq; inuicē habuerint: se tñ quodā naturæ suasu diligāt: & alteri de alteris bene audire plibenter uelint. Accepi ex multoꝝ sermone me tibi esse charissimū: qđq; honorifice de me loqris: sentisq; pamice. Qđ certe fuit eo mihi iucūdius: qm̄ mea de te opinio haud q̄q̄ me fefellerit. Cum em̄ una oim uoce didicissem magnū te eē uirū eundemq; phumanū: & illorum apprime studiosum: q bonis artib⁹ dediti immortalitatē maxime & ipsi sequerent̃ & aliis pararent: ilico sum accensus in amorē tui: teq; dignū existimaui quē ꝓpter innumerabilis tuas egregiasq; uirtutes: quantū ipse cura potero diligētiaq; præstare: faciā immortalē apud omnē posteritatē. Tuū igit̃ fuerit non aspernari officiū meū: quādo quidē ipse ōmia cupio gratificari tibi. Vale. Ex Mediolano pridie Idus Maias. M.cccc. Lx.

Frācīscus Philelfus: Andreæ alamanno: sal'.

a Vdio libros esse græcos perm'ltos nup ad uos perlatos: qui ex illo sunt Constantinopolitano naufragio intercepti. Te igit̃ rogo: atq; oro: ut ad me scribas diligēter omia & qui libri sint & cuiusmodi. Imprimis aūt scire cupio: si q repti sint: quos tpis negligētia ignorarit. Nullum aūt disciplinæ gen⁹ prætereas: uolo. Cæterum philosophos ex omib⁹ malim: & Pythagoreos præcipue: Hi enim sunt rariores: qui mihi ex omibus philosophis uisi sunt: nescio quid acuti⁹ altiusq; sensisse. Si me amas: noli laborē hūc subterfugere. Quid em̄ ipse tua cā facturus nō sum? Vale. Ex Mediolano pridie Idus Maias. M.cccc. Lx.

Frācīscus Philelfus: salutem dicit plurimā Angelo simonetæ ducali senatori.

q Vod me inuitaris ad cœnā: habeo tibi gratias. Video em̄ te non eē mei oblitū. Qđ ipsum longe exploratius credere: si opam dares: id qđ tibi eēt persuasu facillimū: ut quas mihi princeps nr̄ debet pecunias: debet aūt florinos circit̃ duo milia: iātandē iuberet dinumerari.

Sed ipse malis eũ inducere: ut aliunde quicꝗ nũmoꝝ qua cunqꝫ conditione abradat: ꝗ iure ullo æs alienũ dissoluat. Hac eñ uia uos magni satrapæ dignitatẽ uobis apud principes ac reges auctoritatẽqꝫ uenamini. Quotũquẽqꝫ reperias in regũ aulis: præpotentẽ & magnũ ullo aut bono aut æquo? Laudat᷑ apud oẽs uirtus. Sola utilitatis rõ habetur in precio: cũ utile nihil censendũ sit: ubi careat honestate. At dixeris: puto: id honestũ duci oportere: qđ apđ populos habeat᷑ in gloria: nec esse hoc tpe quicꝗ gloriosius diuitijs. Malum igit᷑ actũ esset cũ apostolis: qui & secuti & imitati sunt christũ: si reuiuisceret in paupertate quã uiui semper adamarũt. Nullæ ingentes parantur opes sine magna iniquitate: Sed hæc fortasse pluribus ꝗ oportuit. Ad rẽ ut redeã: ego tecũ hodie humanissime Angele cœnaturꝰ non sum. Id eñ facere mihi non est integrũ. Habiturus sum eñ in familiari epulo hospites quosdam Bononiensis. Itaqꝫ mihi ignosces. Non autẽ moleste laturꝰ sim: siquid tibi ex tuo isto celebri cõuiuio supuacaneũ relinquatur: ut ad me mittas. Qđ ut cõmodius sis facturus: differã ipse cœnã: sed uereor: si id facturus fueris: tibi rixas fore cũ uxore nobilissima: cuius imperio te aiunt assidue parere. Vtar igitur cœna: quam paui & stoica & domestica. Vale. Mediolani. Ex ædibus nostris. xv. Kal. Iunias. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Petro medici: salutẽ.

d Edi ad te librũ quintũ de iocis & serijs: ut experiaris utris malit tecũ podagra uti. Consilio tñ indocili & inhumanæ illi ꝑsuadeas: ut ioca serijs anteponat. Id eñ tibi plurimum præstabit. Qđ petis de Sphortiade: undecimũ nunc librũ scribimus: quẽ iã ꝓpe absoluimus. Sed opꝰ: ꝗ ab initio existimarã: ꝓlixius serpit. Vereorqꝫ futurũ ne Homeri alterũ carmẽ librorum numero: non modo æquet sed etiã supet: tam&si certi nũc decreui nihil. Humanã eñ fœlicitatẽ cũ in eo cõplecti atqꝫ diligenter exprimere instituerim: ꝑmulta quotidie occurrunt quæ rem uæhementer augent. Aedere aũt libroꝝ aliud nihil uolo antea: ꝗ extremã manũ imposuero. Fieri eñ posset: ut aliquid uł mutandũ eẽt: uel addendũ. Cura ualitudinẽ tuã: Et uale oĩo. Ex

Mediolano.xiij.kl'.Iunias. M.cccc.Lx.

Franciſcus Philelfus:Xenophonti filio:ſal'.

p Ræter eas litteras:quas ad me dederas ex Rhaguſio ad.iij. kal'. Apriles:ego abs te alias accepi nullas.Itaq; nõ poſſum nõ mirari: qđ nihil poſtea mihi ſcripſeris:præſertim:cũ ad kl'.Maias & tibi qđ uolebas rñderim: & una cum meis ad te litteris unas quoq; huius principis ὑπέρσοῦ litteras ad Rhaguſinũ ſenatũ miſerim. Nec itẽ de te poſtea ab alio quicq; acceperim:niſi qđ Mari⁹ ſemel ſignificauit p̱ ep̄l'am:bñ ualere te & Rhaguſinis eẽ chariſſimũ.Neſcio: utrũ te negligentiæ an ſim aliũ quẽpiã cui litteras cõmiſeris:p̱fidiæ accuſandus. Venit em̃ in mentẽ res illa Taurinẽſis de meis ad regẽ Frãcoꝝ uerſib⁹. Tu poſthac eſto cautior: Curaq; ut tuæ ad nos litteræ & eæ quidẽ ſolæ reddant̃ ducali oratori Antonio guidonibono:q nũc Venetijs agit.Nã Marcheſi⁹ reuocat⁹ Mediolanũ redijt. Qđ ſiqd fortaſſe rñderas ſup̱ioribus litteris meis:aut aliud præterea ſcripſeras:id omne repetas:neceſſe eſt. Nã ut audis ad me tuaꝝ litterarũ peruenit oĩno nihil. Nec em̃ adduci poſſum:ut credã te ſimul cũ cœlo tã ſubito ingeniũ quoq; mutauiſſe.Nos hic oẽs ualem⁹ recte. Tu quoq; cura:ut ualeas.Ex Mediolano.iij.Nonas Iulias.M.cccc.Lx.

Franciſcus Philelfus:Ioannino barbato:ſal'.

q Vantũ uidere uideor ridiculo tibi ſum. Nã meos carminũ libros totiẽs repetitos reſtituere mihi negligis. At ego mihi uerba dari lõgius certe nõ patiar. Turpiſſimum enim eſt Franciſcum Philelfum imberbem duci a Ioannino barbato.Itaq; aut rem mihi meam reſtituere q̃primum:aut ubi ita malis:tibi litem apđ principem paratã eſſe intellige.Nam qui alios ridere nunq; conſueui:rideri abs te nolo. Vale.Mediolani.Ex ædib⁹ meis.viij.kal'. Auguſtas.M.cccc.Lx.

Frãciſ.Philel.Nicodemo tranchedino:ſal'.

o Stendis te uæhementer deſiderare litteras meas. Et facis tu quidẽ recte.Nã tuis mihi litteris ſuauius nihil eſt:quas noui ab amantiſſimo erga me aĩo proficiſci. Nec em̃ uerus amor falli unq̃ p̄t.Neceſſarioq; fit:ut q plu-

rimum amat:ametur item plurimũ. Et litteræ ergo tuæ fuerunt mihi pgratæ:& omĩa quæ uel ioco ul' serio per litteras es locutus:ꝗ iucundissima accidere. Quã uellem omĩa tuo meoq; iudicio gererent:Idq; nõ priuatæ solũ ac nostræ:sed & cõmunis & publicæ utilitatis causa. Verissimũ illud esse existimo:nihil recte administratũ iri pturbatiõe duce. Nã omĩs animi morb⁹ si min⁹ oĩno tollit:impedit tamẽ nõ mediociter rõnis usum:qui ubi uacat:quid aut bene geri : aut cõsuli recte põt? Equidem mi Nicodeme nõ possum mea sorte nõ gaudere:qui meipso contẽtus sum: cui nihil aliud deesse uideo ꝗ nũmos aliqñ. Qui tamẽ ipsi sæpe non modo nõ sperãti: sed ne cogitãti quidẽ tãta ultro benignitate occurrũt:ut pudorẽ etiã afferãt negligẽti. Habeãt multi aurũ & argentũ:habeant magistrat⁹:habeãt imperia : habeãt ea omnia quæ collibuerint stulticiæ:dũmodo ea sint nobis quæ nolẽtibus eripi nullo pacto queunt . Quid eñ earũ simus rerum curiosi:quæ animi curas nõ adimũt:sed augẽt? Itaq; mirandũ nõ est:si amicus ille dum hmõi rõnes minus animo uolutat:quo altius ascendit:eo humilius miserabiliusq; descendit. Ego quo die has litteras ad te dedi : impleram secundum & sexagesimũ ætatis annũ integris sensib⁹: & ualitudine prospera:& id quidẽ sine ullis medicorũ adiumentis. Tu siquid habeas:qđ cum his diuitijs conferas: memora . Nã siqua mihi sunt alia aut bona aut expetẽda: & tu nosti: & Laura non ignorat. Ac de ioco hactenus. Velim ꝗ diligentissime odoreris:apud quẽ hospitetur ille codex Syllij Italici poetæ:quẽ Antonij barbadori pater quo tempore in monte puliciano præturã gessit:ex bonis illius Bartholomæi uenatus est:quẽ Martinus pontifex maxim⁹ primũ secretariũ habuit. Nã codices oẽs quotquot illo exemplari excripti sũt:deprauatos corruptosq; inuenio. Cupio præterea mihi excribi latinã traductionẽ græci illi⁹ doctissimi acutissimiq; Aesopi . Nam auctor ipse perijt apud græcos. Et eã interprætationẽ inueni apud aliũ neminem. Hac de re scripsi ad Petrum medicẽ . Id quod ut ipse apud eum ꝗ diligentissime cures:te plurimũ rogo. Vale. Ex Mediolano. viij. kal'. Augustas. M.cccc.Lx.

Frãcifcus Philelfus: Xenophonti filio: fal.

f Eci te ad tertiũ Nonas Iulias per litteras certiorem me nihil lraꝝ tuaꝝ accepiſſe poſteaq̃ ex Venetijs ſolueras: præter eas: quas ad. iij. kal. Apriles Troili ſcribæ ad me dederas: cũ interea tpis ſecundũ & nunc tertiũ tibi ſcripſerim. Quod eo etiã magis miror: qđ Marius mihi ſignificauit ſibi redditas eſſe abs te lras: quib⁹ cũ nullæ ꝓrſus eſſent ad me. Ego aũt & ſi auguror: ut res habet: operepreciũ duxi te cõmonefacere: ſi quando ad me ſcribis: ut cures tua oĩa ſcripta redditũ iri Venetijs: aut uiro patricio Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio: aut ducali oratori Antonio guidonibono. Nã Marcheſius redijt Mediolanum. Tu ſiqd uelis ſignificato. Nos hic oẽs ualem⁹ recte. Vale. Ex Mediolano Nonis Auguſtis. M.cccc.Lx.

Franciſcus Philelfus: Mario filio: fal.

q Vod expoſtulas meas litteras min⁹ ſæpe ire ad te: partim ipſe tu: ptim occupationes meæ ſunt in cauſa. Qđ ſi tuã ipſe cauſam ſuſtuleris: ergo quoq; meas oĩs occupationes amouebo. Noli iuuenis cũ ſene de prudẽtia contẽdere: neq; cum patre filius. Noli uerſutiam calliditati anteponere. Ratione utere & conſilio. Id ſi feceris: nunq̃ me incuſabis: nec ulla in re deſiderabis paternũ officiũ. Quod Marieta meliuſcule ualet: gaudeo. Cæſarem meũ bene in litteris proficiſcere plurimum lætor. Velim cætera quæ uel ad te ipſum uel ad reliquã familiã attinent: diligenter cures. Ad Xenophõta reſpondi. Tu qđ ad Hugolotum reſpicit: ne diutius neglige. Bernardum pontanum noſtrum bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. x. kl. Septembres. M.cccc.Lx.

Frãciſcus Philelfus: Xenophonti filio: fal.

m Alo te negocioſũ eſſe q̃ ocioſum: mõ negocia tibi tua aut dignitati ſint: aut cõmodo: qđ ſine dignitate incõmodũ eſſe puto. Nã p litteras: quas modo ad ſextũ kal. Augu. dediſti ad me: adeo te oñdis occupatũ: ut nullũ tibi tẽpus relictũ uideat̃ ſcribendi ad patrẽ. Quod das: accipio. Et facis tu fortaſſis ex officio. Ego autẽ auguror: neſcio qd. In hanc diẽ accepi ſecundũ abs te litteras poſteaq̃

Rhagusiũ es pfectus. Si te negligentiorẽ aut minus cautũ aĩaduertero: tu quoq tardioris uidebis eplas meas: scripsisti oĩa istic ardere. Id dici puto ob imminẽs a turcis periculũ. Vellẽ scripsisses & latius & aptius: ne mihi Sibylla intprete opus eẽt. Qđ amic⁹ iste tu⁹ cupit uidere aliqd ex nostris scriptis: dabo operam: ut tibi mos gerat. Nos hic ualemus oẽs. Cura etiã tu ut ualeas: & hoĩb⁹ sis deoq charissimus. Ex Mediolano. x. Kal. Septẽbres. M.cccc.Lx.

Frãcis. Philel. Laurẽtio pisaurẽsi parmẽsiũ præfecto: sal.

e Tsi ignarus certe nõ erã uel sine nulla cõmendatione mea nihil esse apđ te antiqui⁹ iusticiæ pietatisq officio: tñ ut intelligeres: q mihi rẽ gratã factur⁹ esses: si negociũ religiosoꝝ fratrũ sanctæ Mariæ seruoꝝ: q appellant: ita curaueris: ut isti oẽs intelligãt meã de se cõmẽdationẽ fuisse singlarẽ: libuit abs te petere: ac etiã si op⁹ fuerit contẽdere: ne patiaris eẽ frustra itum ad me. Nemo ẽ eñ qui amicitiã nostrã ignoret. Quã uthmõi quoq munere clariorẽ oĩbus facias: rogo. Nosti pudorẽ meũ. Nunq ausim tãtope a te aliquid petere quod ab honestate abhorrere uideatur. Vale cum tuis oĩbus. Ex Mediolano. vij. Kal. Septẽbres. M.cccc.Lx.

Frãcisc⁹ Philelfus: Iacobo puteo iurecõsulto: sal.

t Imothæum citharœdũ uiꝝ musicæ disciplinæ doctissimũ sane: eruditissimumq fuisse reperio. Ad quẽ ubi quotidie Atheniensiũ more pmagna auditoꝝ turba discẽdi grã cõflueret: eũ quicũq se audituri eẽnt: rogare solitũ accipio: habuissent ne ullos añ id tpis eius peritiæ præceptores. Qđ qui negassent: cũ his certã doctrinæ suæ pacisci mercedẽ. Siqui aũt rñdissent quibuspiã antea usos se magistris: cũ ijs nisi duplicata mercede conuenire nullo pacto cõsueuisse. Aiebat eñ uir callidissim⁹: ad duplũ laborem dupla etiã mercede opus eẽ. Qui eñ istiusmodi discipulis recta ulla præceptio tradi queat: nisi omniũ primum eoꝝ mẽtes inhærẽti fuerint deprauataq disciplina oĩno liberatæ. Longe profecto difficilius est ac multo laboriosius dedocere q docere. Nã quis ignoret natura fieri: ut q habitum iam firmatũ ac penitus insidentẽ eruere dissoluereq

ſtudeat:id ſine multo & tẽpore & labore conſequi nõ poſ-
ſe? Quæ quidẽ noſtra tam longe repetita oratio quorſum
tandem euadat: & ſi minime uereor Iacobe putee te ꝓ tuo
ſingulari ingenio ſummaqꝫ prudentia nõ obſcure intellige
re:tñ ut ul' tui auditores plæriqꝫ oẽs & ſtudioſi & clari ado-
leſcentes:uel ſiqui alij tecum ſentiunt:quibus de rebus int̃
nos cõtrouerſia ſit:dilucidius teneãt: apertius eã eloquar:
quꝙ non una cõtrouerſia eſt:ſed duæ. Verũ de qua magis
ueluti triumphare uiſus es: prim⁹ nobis ſit ſermo: deinde
breuiter de altera diſſerem⁹. Prima nobis diſcepatio ẽ de
licitatore:quem tu eum eſſe omnino uis:q in auctione ſup
poſitus rei uendẽdæ in deceptionẽ alterius preciũ auget:
idqꝫ declaras exemplo. Titius aut fiſci aut ſuo alteriuſue
cuiuſpiã nomine proſcribit uectigalia aut prædia. Calphur
nius emptor offert mille ſeſtertiũ. Craſſus a Titio emptor
ſuppoſitus ad mille ſeſtertium centum addit. Calphurni⁹:
qui habendæ rei deſiderio tenetur: addit ad cẽtum alia ſe-
ſtertia:decẽ:at Craſſus ad ea rurſus uiginti. Tum Calphur
nius refrigeſcit ab emendo:Manetqꝫ ſubdubius. Et uix tã-
dem addit ſeſtertia quinqꝫ. Quod animaduertens Titius
ueritusqꝫ:ne ſi rurſus per ſuppoſitum Craſſum rei proſcri-
ptæ precium auxerit:ſeipſum potius fallat ꝙ Calphurniũ:
quod proſcripſerat:dat Calphurnio. Et ita Craſſus eſt tua
ſententia licitator. Quꝙ tu cũ diceres licitari aliud nihil ſi-
gnificare:ꝙ precium augere: & ita quod proſcriptum eẽt
dare plus offerenti:non magis Craſſum:ꝙ Calphurnium
in eo quod plus offerret:licitari uelle uidebaris. Eoqꝫ inter
dum tua tenebat oratio:ut inter licitationẽ & auctionem
nihil prorſus intereſſet. Adduxiſtiqꝫ pro tua cauſa: ut tibi
uidebaris ex ipſis iureconſultis exempla firmiſſima. Ga-
ium enim ſuper legẽ quæ incipit Licitatio:Digeſtis de pu
blicanis:ita ſcriptum reliqꝗiſſe. Licitatio uectigalium:quæ
callore licitantis ultra modum ſolitæ conductionis infla-
uit: ita demum admittenda eſt: ſi fideiuſſores idoneos &
cautionem is qui licitatione uicerit: offerre paratus ſit: Et
eundem Gaiũ nõ m'lto poſt ſup eandẽ legem: Licitatores
uectigaliũ ad iterandã cõductionẽ anteq̃ ſuperiori condu-

ctioni satisfaciant: admittendi non sunt. Adducisq; in eandē sententiā Paulū: qui sup legē Valerij: Digestis de iure fisci ita locut⁹ est. Valerius patron⁹ ꝓcurator imperatoris: Flauio statilio prædia certo precio addixerat. Deinde facta licitatione: idem Statili⁹ recepta ea licitatione: prædia obtinuerat: & in uacuā possessionē ita induct⁹ erat. De fructibus medio tempore perceptis quærebatur. Patronus fisci esse uolebat. Plane si medio tēpore inter primā licitationem: & sequentē adiectionē percepti fuissent: ad uenditorem pertinere: sicut solet uideri: cum ī diem adiectio facta est. Deinde melior conditio allata ē: nec moueri debem⁹: quod idem fuisset: cui primo adiecta fuerāt prædia: sed cū utraq; adiectio intra tēpus uændemiarū facta fuisset: recessum est ab hoc tractatu. Itaq; placebat fructus emptoris esse. Hæc tu duo exempla ex Gaio & Paulo ꝓ tua causa intulisti. Nam tuū illud tertium est abs te excogitatū argutius: ubi ageretur de dolo malo: & si quantū ad licitatorē attinet: non est a mea sentētia admodū alienū. Sed anteq̄ ad Gaij dicta pauliq; respondero: afferam etiam ipse: quo firmior tua uideatur tibi opinio: exemplū ex Vlpiano: modo intelligas qđ tu nudiustertius cū apud nos esses interpretabaris in Gaij sententiā: ubi ait: Licitatio uectigalium: quæ callore licitantis ultra modū solitæ conductionis inflauit: tu inq; calore per unū l. efferebas: dicebasq; calore scilicet iracundiæ. Quis hoc tibi concedat? quem ibi locū iracūdiæ dederis? Callore em̄ per geminū ll. & scribendū & intelligendū est ꝓ calliditate & astutia: Est em̄ calliditas secundū Aristotelem quædā prudentiæ pars: quæ ita uersat̄ in paruis ut prudentia magnis in rebus. Recte igitur Cicero cum uellet ostendere in libris de natura deoꝝ: quid int̄ uersutum & callidū interesset: Versutū eē describit eum: cuius mens celeriter uersetur. At callidū: cui⁹ anim⁹ usu: ut manus opera concalluit. Sed redeatur ad Vlpianū. Sic em̄ ait. Si res ei⁹ uænierit: & existat: qui plus liceatur: an in integrum ꝓpter lucrū restituendū sit: & quotidie prætores restituūt: ut rursus admittat̄ licitatio. Audi itē. M. Tulliū Ciceronē ī epistola ad. M. Mariū. Cice. M. Mario sal. Mā-

datum tuũ curabo diligenter. Sed homo acutus ei manda/
ſti potiſſimũ: cui expediret illud uænire ꝙ plurimi: ſed eo
uidiſti multũ: qđ præfiniſti: quo ne pluris emerẽ. Qđ ſi mi/
hi ꝓmiſiſſes: qui meꝰ amor in te eſt: cõfeciſſem cũ hæredi/
bus: Nunc qm̃ tuũ preciũ noui: licitatorẽ apponã potius: ꝙ
illud minoris uæneat. Sed de ioco ſatis. Habes mi Iacobe
uir iuriſcõſultiſſime oĩa: quæ afferri adiumenta poſſunt in
cauſam tuã. Cæterũ quæ paucis dicturus ſum: æquo animo
accipe. Omniũ primũ uideamꝰ licitari liceriue ſecundũ an
tiquoſ eoſdẽ ꝓbatiſſimos auctores artis grãmaticæ quid ſi/
gnificet. Licitari: ut ait Nonius Marcellus: eſt congredi &
pugnare. Id aũt ita eẽ patet apud Ceciliũ poetã in hymni/
de: Quin machæra licitari aduerſum eũ cœpiſti ſciẽs. Feſtꝰ
Pompeius docet eũ licitari: qui decipiẽdo inducit: Et rur/
ſus ait: eos eſſe licitatores: q in mercãdo pugnãdoue contẽ
dunt. Audi nũc Ciceronem libro tertio de officijs. Tollen/
dũ eſt igiť: inqt: in rebus cõtrahendis om̃e mendaciũ: non
licitatorẽ uenditor: nec q cõtra liceatur: emptor apponet:
uterꝗ ſi ad loquendũ uenerit: nõ plus ꝙ ſemel eloquať. Ex
ſignificatis hmõi uerbi: uel liceri: uel licitari: quæ a duobus
eximijs & latinitatis & litteraturæ ꝓfeſſoribꝰ: Feſto Põpe
io ac Nonio Marcello cognoſcimꝰ: poſſumꝰne aliũ eẽ licita
torem opinari ꝙ eũ: qui græce προξενητης proxenetes
diciť: quo etiã noĩe nonnullos iurecõſultos uſos uidemus.
Qđ aũt aliud eſt ꝓxenetaꝵ: hoc eſt licitatoꝵ officiũ (ut ita
loquar) ꝙ tũ emptorẽ: tũ uenditorẽ & contẽdendo & de/
cipiẽdo inducere: ut & uẽdat ille & hic emat? Idꝗ non mi/
nus minuẽdi rõne: ꝙ augẽdi precij. Et ꝙuis alia uľ arte: uel
fallacia mõ obiecit: qđ inierit? An ſumꝰ uſꝗ adeo reꝵ impi
ti: ut ignoremꝰ ꝙtũ emolumenti hmõi nebulones ꝑcipiãt
ex hmõi dolis ac fraudibꝰ? Siue igiť in rebꝰ priuatis: ſeu in
publicis: uendẽdo: emẽdo: locãdo: cõducẽdo: cõtrahẽdoꝗ
licitator interſit aut ſuo doloſe aut alterius noĩe. Hũc eſſe
eundẽ: q noĩe a græcis accepto ꝓxeneta diciť: manifeſtũ
ẽ. Recte igiť præcepit Cicero: nec a uenditore licitatorẽ:
nec itẽ ab emptore apponi debere: ſed ipſos potiꝰ ſi ad lo/
quendũ uenerint: non plus ꝙ ſemel eloqui oportere. Hoc

enim obseruandũ inter uiros grauis & bonos iccirco præcipit Cicero: ut nulli licitatoris mendacio: nulli dolo relinquat locus. Hæc tu: si in Gaij: si in Pauli: si in Vlpiani respõsis diligentius considerare institueris: longe aliter senties: ꝗ̃ in hanc diẽ consueueris. Qđ autẽ cõtenderis idem esse & auctionari & licitari: eodẽqꝫ modo licitatorẽ & auctionatorem: nihil est: quod tibi minus assentiar. Video apud Ciceronẽ in oratione ꝓ rege Deiotaro hæc uerba: ille iterũ: ille tertio auctionibus factis: pecuniã dedit: qua ad bellum uteremini. Et rursus. Quo tñ rex erga te aïo fuit: q auctionatus sit: seseqꝫ expoliare maluerit. ꝗ̃ tibi pecuniã non subministrare? Num licitationibꝰ factis: num si licitatus sit: dixisset Cicero: idem esse significatũ? Sed hæc hactenꝰ multa. Nõ eñ dubito te ꝓ magnitudine ingenij tui egregiaqꝫ doctrina iturũ in sentẽtiã meã: & eundẽ eẽ licitatorẽ cõcessurũ: quẽ etiã proxenetam nunc uulgo uestri iureconsulti nominant. Dicebas secũdo loco mirari te Ciceronẽ atqꝫ arbitrari illum in dialecticis parum fuisse exercitatum. Nam si secus esset: eum nunꝗ̃ fuisse dicturum in prima quæstione tuscl̃ana: Si malum: ergo miserum: cum eẽt propositũ uel assumptum potius: malũ mihi uidetur esse mors. Non eñ quod malũ est: id continuo miseriam afferre: cũ multiplicia mala sint: & animi & corporis & fortunæ. Nec eẽ tamen consentaneũ: qui in pluribus maximisqꝫ totius hominis atqꝫ fortunæ bonis: cum equuleũ amiserit quẽpiã: aut catulum: iccirco eum affirmare miserum: quoniam ea equi canisue amissio in malis habenda sit secundum Peripateticos. Indocte igiť Ciceronẽ eam cõplexionẽ ad id adiecisse: quod erat assumptum. Cõcederẽ tibi profecto quod Ciceroni obijcis: si peripateticum se eo in loco is: q̃ stoicũ maluisset. At stoici nihil in malis ducunt: nisi qđ turpe sit: nec item in bonis quicꝗ̃: qđ honestũ non sit. Honestate bonũ stoici: & turpitudine malũ definiunt. Præterea neqꝫ in bonis: nec item in malis: aut plus esse iudicant aut minꝰ: q̃ qđ honestum sit: id esse putãt oĩ ex ꝑte bonũ: queadmodũ id esse uolũt om̃ino malũ: quod a turpitudine proficisciť. Quare si mors habẽda foret in malis: qđ certe nõ est recte

a Cic erone responsum esset:id esse miserum. Nec em̃ prae/
terire te existimo:quae aut corporis sunt aut fortunae tribu/
ta:ea a stoicis neq; bona neq; mala censeri:sed indifferẽtia:
& a plærisq; cõmoda & incõmoda:quae etiã alij prælata re/
iectaq; nominant:perinde atq; talia sint: in quibus selectio
locum habeat. Vtrũ tibi grauissimo & eruditissimo uiro sa
tisfecerim:nescio. Mihi certe feci satis. Ex Mediolano kal.
Septẽbribus. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus:Ioanni aloysio
guidobono: salu.

f Vere nõnulli Veneti:qui a me p̃ lr̃as meos carmi/
nũ libros excribẽdos petierũt. Quib⁹ ego singilla/
tim gessissem q̃primũ morẽ:si tot mihi eius operis
fuissent exempla. Sed cũ nullũ mihi omnino relictũ sit prae
ter id unũ qđ initio scripserã:existimaui hoc pacto satis ab
me iri omnib⁹ factũ: si tibi hmõi prouinciã pro nostra beni/
uolẽtia delegarẽ. Itaq; dedi ad te eũ ip̃m carminũ codicem
manus meae ut u.des festina exaratũ arũdine. Cui⁹ tu ita p
tua prudẽtia feceris omnibus copiã:ut intra sextũ mensem
codex ad dñm redeat. Vale. Et patrẽ tuũ grauissimũ uirũ
uerbis meis saluere plurimũ iube. Ex Mediolano idib⁹ Se/
ptembribus. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Angelo ueterbino
iurescõsulto:salutẽ.

a Ccusarẽ te mẽdacij:si scirẽ te hmõi accusationẽ ma
gnifacere. Sed noui ingeniũ tuũ:q nõ min⁹ surd⁹es:
cũ id tibi expedire putas:q̃ mutus. Verũ hac in re
te tua fefellit opinio. Nã me primo apđ quẽ eras cœnatu/
tur⁹:liberasti homine edacissimo. Deinde tibi fortasse non
parũ incõmodasti:q filiã potuisses:ubi ea tibi uolũtas esset:
indotatã etiã uiro tradere. Amic⁹ em̃ quidẽ uir sane bonus
ac minime cõtemnẽdus mihi oblat⁹ est: q cupit uxorẽ du/
cere:quae & honestis sit nata parẽtib⁹ & pulchra & ex hetru
ria. Itaq; id ego audiẽs:ilico in te animũ adieci. Rẽ tenes.
Cũprimũ ueneris Mediolanũ:fac:me q̃primũ adeas. Vale.
Ex Mediolano. xvj. kal. Octobres. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio:salu.

L

e T anulũ quẽ misisti mihi & gemmam μετα τησ αθημάσ plibẽter accepi. Et fecisti sane: ut te decet: mõ illi⁹ memoria assidue tecũ sit. Senior nr̃ hispan⁹ mihi exposuit te Mediolanũ uæhemẽter cupere. Id equidem nõ improbo: mõ cõstitutũ istic tẽpus & cõstãter & innocẽter absoluas: qđ ut facias: te nõ solũ hortor: sed etiam uolo: ac iubeo. Præterea sum miratus qđ in tãta opportunitate τημ ύπο χειρίαμ min⁹ ire ad me curaueris: nihilq; ad ea tã mľta rn̄deris: quæ nõ unis lr̃is tibi scripseram. Ad hæc tuũ quoq; officiũ erit: ut aliqd litterarũ ad principem sæpe des: hoc facere prudẽtius nihil potes. Nos hic ualem⁹ oẽs. Vale. Ex Mediolano. vj. idus Octobres. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Laçaro arretino: salutem.

e Tsi certo scio mea om̃ia tibi negocia ꝑ uetere nr̃a ac sũma beniuolẽtia cordi esse: non est tñ ab officio meo uisum alienũ: si ex meis quoq; lr̃is intelligeres me mei nõ esse oblitũ: qui duo istinc abiẽs tibi curãda commẽdarim: quæ ꝙꝙ dissimili sunt rõne: talia tñ sunt: ut eorũ neutrũ negligi abs te uelim. Nam officiosi amici est æque parua amici gr̃a nõ cõtẽnere ut magna præclaraq; facinora nõ min⁹ adire alacriter: ꝙ appetere uæhemẽter. Quæ reliq̃ sunt: tecũ ipse cõsiderabis. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Decẽbres. M. cccc. Lx.

Franciscus Philelfus: Hermolao barbaro episcopo Veronẽsi: salutẽ.

q Vã ꝑ Laçaro scarãpo comẽsi episcopo orationem habui: iccirco in præsẽtia ad te dedi: qđ uererer ne quã librari⁹ tu⁹ tumultuarie scripserat: nõ eẽt admodũ emẽdate scripta. Præterea cũ uellẽ aliqd ad te scribere: nihil noui acciderat post discessũ tuũ: quo uterer argumento. Nec eñ dubito ea tibi omnia cordi esse: quæ a nobis in cõmentariolo acceperas: præsertim id unũ: qđ mihi cũ tuo Antonio becharia uiro diserto & ꝑhumano trãsigẽdũ est. Neq; sane aliud qcꝙ est: cui⁹ morã molestiorẽ ferã. Nã eiusmodi codice diuti⁹ carere nllo pacto possũ. Itaq; rogo te: ut currẽti sis calcar. Fieri eñ possit: ut serius Veronã repetas.

265

At mihi in hmõi codice celeritate plurima opus est. Hac una re mihi grati⁹ hoc tpe facere nihil potes: nec qđ magis Antonij intersit officij: quē ipm scio tibi esse charissimum. Reliqua tu opportune ꝓuidebis. Vale. Ex Mediolano. vij kal. Decēbres. M.cccc.Lx.

Frācíscus Philelfus: Laçaro scarāpo comensi episcopo: salutem.

e Am quā ꝓ te apđ comēses ad. xvj. kal. decembres orōnē habuerā: iccirco ad te misi: ut qđ tecū antea sū locut⁹: eā cures p fratrē reddi Hermolao barbaro episcopo ueronēsi. Reliqua tu puto: memineris. Præterea quæ istinc discessur⁹ tecū sum cōmētat⁹: ne obliuiscaris: te etiā atq; etiā rogo. Hoc uno mihi aliud hac tēpestate grati⁹ præstare officiū nullū potes. Vale. & bonæ ualitudinis ratiōnē habe. Ex Mediolano. vij. kal. Decēbres. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus. Donato actiolo: salutem.

n On possū nō ꝓbare tuā tā longā taciturnitatē: cum existimē te uti uoluisse me magistro: q dū studeo eā ad te dare orationē: quā & ipe habuerā apđ summū pōtificē Piū Mātuæ: & ipe desiderare uidebaris: diuti⁹ sim cūctat⁹: q̄ tu fortasse uelles. At supas ꝓfecto omnē meā hmōi in scribēdo tarditatē: adeo ut iā uerear te eē omnino una cū nr̄o Argyropolo oblitū mei. Et facis tu qdē nequaq̄ ul amice ul recte: q nihil ad ea rn̄deas: quæ tibi ꝓ nr̄a summa beniuolētia cōmēdarā. Sed eo fero moderati⁹ negligētiā tuā: hui: diligētiā uolui dicere: qđ utriq; arūdini & nymphæ & musæ simul studere nō potes. Verū si me amas: surripe aliquid tēporis τῇ ἀφροδίτῃ quod amicitiæ condones. Ego ad te nouā dedi orationē. Vale. Ex Mediolano. iij kal. Decēbres. M.cccc.Lx.

Franciscus Philelfus: Pallāti stroçæ equiti aurato: salu.

i Nstituēti mihi ꝓ uetere nr̄a sūmaq; amicitia scribere ad te aliqd: hic tēpestiue nūcius ē oblatus: q istac iter facturus redit in pelopōnesum. Omnium primum certior fieri cupio q̄ bene ualeas corpore. Quid eñ

interrogē animo:cū uir sapiētissim⁹ nō ignoras ul̃ nullis ho minū cōsilijs τὸ εἱμαρμένον ἥξειν. Itaq; si me amas (sicuti certe facis) cura: ut tuis optatissimis lr̃is intelligā: quāta tibi cū senectute sit qes. Nā de animi trāqllitate nihil ē qd' dubitē: qd' si de me doceri ex me uis: ualeo eqdē pbelle. Nec me climateric⁹ ann⁹: quē chaldæi nominãt: ulla ex parte fecit sua inclinatiōe deteriorē. Nā q nat⁹ sum. viij. kal'. Augu. anno a natali christiano millesimo trecentesimo nonagesimooctauo: ago iā tertiū & sexagesimū ætatis ãnū. Qd' ipm tpis cū ob septenariū numerū: tum ob penultimū cōmunis ætatis hominū flexū pythagorici putant esse periculosum. At ego septenariū numerū in utranq; fortunā uæhemētem existimo. Quare in secundā nobis & malo & opto. Quod me secūdo loco ad scribendū hortat̃: est quorundā librorū desideriū. Agit em̃ istic ap d'uos Andronic⁹ callistus nr̃: uir disertus & doctus. Isti aūt esse audio τὸν τε παλαίφατον περὶ παλαιῶν ἱστοριῶν καὶ τὸν ῥωμαίον χορνουτὸν περὶ ἀλληγοριῶν ἔτι δὲ καὶ τὸν συγχελον γραμματικόν. Peto igit̃ abs te maiorē i modū: ut eos libros aut nobis excribi cures mea impēsa: aut ad nos ire: qui hic excribãt̃ redituri ad dn̄m q̄primū. Vale cū Honofrio meo atq; nr̃is om̄ib⁹. Ex Mediolano Kal'. Ianuarijs anno a natali christiano. M. cccc. Lxj.

Franciscus Philelfus: Xenophonti filio: salutem.

p Ost eas lr̃as qb⁹ mihi & de anulo quē hispano senio ri dederas: & de pecunia quā socrus a theologo Timothæo petierat: significabas: alias nullas iā mensis duos abs te accepi. V trū id uel tua uel aliorū negligentia factum sit: nescio. Qd' hic cupis a me curari: fiet in tēpore diligēter. V elim tn̄ interea ne qd istic patiaris de te desiderari. περὶ δὲ τῆς ἐμῆς πέμψεως nullā impēsam uolo suscipias. Susceperis em̄ frustra. Nā nōnulli mihi græci renūciarūt illā uerba dare: & qd' uitæ institutū cœpit: id nūq; dimissura. Cura: ut bn̄ ualeas. Nos hic ualemus oēs. Ex Mediolano kal'. Ianuarias. M. cccc. Lxj.

Frãciscus Philelfus: Leonardo sabbatino: sal.

c Olella auersan⁹ dixit mihi uerbis tuis eē tibi nōnullos codices & latinos & græcos: quos uēdere instituteris. Quare si uellē aliquos ex ijs emere licere mihi ꝑ te: Habeo tibi Leonarde mi grās nō uulgaris: qđ earū mihi rerū optionē dederis: quarū me amātissimū nosti. At uellē ꝓfecto tibi cū tuo maximo & honore & emolumēto sublata facultas esset alienādæ supellectilis tā præclare tam preciosæ. Id qđ ꝑ uitā illi⁹ mei amicissimi Aurispæ: uiri optimi & grauissimi facile factū eēt: si eū apud nos deus ꝙ apđ se agere maluisset. Sed qm̄ ea lege nati oēs sumus: ut naturæ tandē sit concedendū: æquo animo necessitatē feramus: oportet. Te aūt hortari nō desinā: ut cuius uiri gener simul & hæres relictus es: eius quoq; uirtutē singularēq; doctrinam hæreditario quodā & assiduo studio imiteris. Qđ ei⁹ rei qm̄ nō ambigo strenue te diligēterq; curaturum: nō ero in præsentia tecū longior. De libris autē qđ significas: paucis respōdeo. Opus est: ut librorū titulos mittas & qualitatem & preciū. Id ꝗ̄ū didicero: si libri placuerint: aut ipse ueniam: aut preciū mittā. Vale cū sponsa & patre. Ex Mediolano. iiij. Nonas Ianuarias. M.cccc: Lxj.

Franciscus Philelfus Nicodemo
tranchedino: salutem.

g Audeo equidē uæhemēter ita res tibi secundas eē: ut ne amicissimi quidem hominis recorderis: ꝙꝙ nō parua est fœlicitatis pars uir amic⁹. Amicitia em̄ siue in animi: quod philosophis placet: siue in extrarijs bonis ponēda sit: nō minimū tenet in humana fœlicitate locū. Quare ut te aliquādo colligas: uolo. Meminerisq; in omni fortunæ statu: uł cōmodo uel iucunditati amicū esse posse. Id si feceris: dabis ad me qn̄q; litteras quo me saltē tuæ lætitiæ ꝑticipē facias. Tu uero ne me cōtra existimes tui oblitum: accipies unā a me orationē: quā nuꝑ habui ad Comēses de dignitate episcopali: & de illorum episcopo Laçaro scarāpo. Et ꝓ rei argumēto: & ꝓ homībus habēda fuit oratio. Tu mihi feceris rem gratissimā: siquid noui significaris quod uel gratū sit: uel nostra intersit audire. Vale. Ex Mediolano pridie idus Ianuarias. M.cccc. Lxj.

Franciſcus Philelfus:Pallanti ſtroçæ
equiti aurato:ſalutem.

n Ihil mihi potuiſſet hoc tempore iucundius contin/
gere tuis litteris:quib⁹ priſtinã illã tuã ſermonisac
moꝝ ſuauitatẽ: qua mecũ ſæpe dũ Florẽtiæ agere/
mus:familiariſſime utebaris: non ſecus inſpicere uiſus ſum
atq; ea:quæ corã uideri oclis ſolẽt. Qui eĩ me tua oĩa nõ
delectẽt:quẽ certo ſciã:nõ modo abſolutæ cuiuſdã ac totius
uirtutis ſpeculũ:ſed etiã de me ſemp ꝙoptime meritũ? Ita
rogo te:ut ſiqd põt accedere ad cõſeruãdæ bonæ ualitudi/
nis diligẽtiã:uel meiĵpſius gr͂a:quẽ noui tibi eẽ chariſſimũ:
aliquid addas.Nã quis adeo alien⁹ ſit ab omni humanitate:
qui optare nõ debeat:te immortalẽ fore:cui⁹ uita eſt omni
humanitate humanior:& cũ toti⁹ honeſtatis plena:tũ nulli/
us elegãtiæ:nulli⁹ doctrinæ inops? Qđ aũt ita ꝓ tua mirabi
li ſapiẽtia te cõpoſueris:ut nullis medicorũ remedijs utare:
nõ poſſum equidẽ nõ ꝓbare. Quid eĩ cõtinẽtiſſimo uiro
eidẽq; prudẽtiſſimo ꝓdeſſe medic⁹ queat:ullis curatiõibus
ſuis:qui ſibiĵpſi nõ didicit? Nã quotus quiſq; eſt medic⁹qui
abditã penituſq; recõditã ægrotationẽ recte iudicet? Duo
imprimis ſũt:ex quib⁹ hui⁹ tẽpeſtatis medici aduerſæ uali/
tudinis uim cauſãq; cõiectãt:urina & uenarũ mot⁹:Sed uri/
na quorũ nobis aliorũ locorũ argumẽtũ præſtet in corpore:
ꝙ iecoris:renũ:ac ueſicæ? Omitto eĩ quot poſſint quãtaq;
accidere:quib⁹ urina deprauata iudiciũ fallat.De uenarum
aũt motu quid certe afferre qs audeat: ea cõueniẽtia igno/
rata: quam muſici harmoniam uocãt? At quot medicos li/
cet inuenire:qui aut muſicã aut ullã diſciplinã mathemati/
cam teneãt? cũ non phyſica mõ:ſed quicqd uel ad numerũ:
uel ad mẽſurã:uł ad muſicã rationẽ:uel ad aſtronomiã per/
tinet:ſi medicus ignorarit:neq; iudicare qcꝙ ueri nec me/
deri ſalubriter queat.Itaq; facis tu quidẽ(ut ſoles )omnia ſa/
piẽter:qui tibi:tũ ꝑ tẽperamẽti corpis tui & ætatis conditi/
õnẽ:tũ ꝑ uitæ ac uictus cõtinẽtiã medearis.Id qđ itidem in
meipſo quãtũ licet obſeruo. Qua ex re factũ puto: ut nulla
ſit mihi cũ medicis cõſuetudo aut cõſeruãde ſcilicet aut re/
cuperãdæ ualitudinis gr͂a.Et qm̃ te de pauca ſum locut⁹:ea/

dem breuitate de me utar:necesse est. Sum equidē mi Pallas tua laudatiōe plurimū delectatus: nō qđ ita de meipso sentiā:ut tu prædicas:sed qm̄ istiusmodi de me testimoniū sit in mētibus hominū pmagnū pōdus habituꝝ. Nec enim uereor apud te fateri ingeniū meū fortasse leuiusculū:Malo sane de me optime sentiēdo uiri oēs optimi ijdemq; doctissimi fallant̄:q̄ si secus senserint:soluti mēdacio iudicentur. Siquid boni in me est:illud certe esse intelligo nihil seruari apud animū meū diligētius gratitudine & officio:quo fit:ut tibi semp optē secūda oīa:nec tui splēdidissimi nominis memoria apud me sit quicq̄ antiquius. Nā qđ ad doctrinā & eruditionē attinet:si scire me dicerē nihil scire:impudētiæ possem argui:qđ mihi sciētiæ laudem uēdicarem. Itaq; solū illud ausim affirmare:me sciēdi cupiditate præter ipm te unū alij cuiq̄ cedere nemini. Et hac de re satis. Nicolao monacho religiosissimo grauissimi eqtis aurati Rainaldi albiçij illiꝰ nepoti ex Hormano filio dicito uerbis meis:qđ ei de fratre suo Bartholomæo responderā: uerissimū fuisse. Nā neq; ab Angelo actiolo ornatissimo eqte aurato neq; ab alio ꝓrsus ullo aduersus Bartholomæū apud humanissimū principē hūc meū sermo quispiā habitus est. Quin potiꝰ princeps meꝰ eā rē molestissime tulit:subdiditq; licere æque omnibꝰ florētinis agere nō minus audacter in suis qubuiscunq; urbibus: q̄ possunt proprij legitimiq; ciues. Crede mihi mi Pallas: hunc esse principem plane optimū ac uni tibi ita esse affectum:q̄ cui maxime. De libris quid responderit Andronicus callistꝰ:ex tuis litteris didici. Velim ex eo certior fias:apud quem eiusmodi libri hospitentur. ερτω χάμοαχι apud laurumne quirinum:an apud alium quendam. Ad hæc audio Andronico isti esse Apolloni um grammaticū περίσύμταξεωσ ρημάτωμ. Quoad eius fieri licet:rem mihi gratissimam nauabis: si dederis operā: ut codex ille excribendus eat Mediolanum euestigio redi turus ad uos. Quod si id minus: saltem uelim eam curam suscipias:ut istic apud uos excribatur. Nam quod impenderis:dabo ad te q̄primū. Vale. Ex Mediolano. v. kalen. Februarias. M.cccc.Lxj.

Franciſcus Philelfus:Pio ſecundo ſummo pontifici:ſalu.

q Vamq̄ oḿe bn̄ficiū ꝑgratū eſſe debet pater beatiſſime:illud tn̄ multo gratius lōgeq̄ iucundius uideri ſolet:quod quis nullis ſuaſionibꝰ:nullis precibus: nullis deniq̄ officijs ꝓuocatꝰ:in aliū cōtulerit. Nā ſiqua præceſſerint merita:nō relata minꝰ q̄ inita gr̄a ducit̄ Quæ mea ſemꝑ ab ineūte uſq̄ iuuēta beniuolētia erga te: quæ obſeruantia fuerit: Vnde magis: q̄ a tua ſanctitate teſtimoniū ē petēdū: Sed ubi te ꝓ incredibili tua & eruditiōe & eloq̄ntia ſummaq̄ uirtute ad pulcherrimos deinceps dignitatis gradꝰ:cū epiſcopatꝰ & tergeſtini & ſenēſis: tū etiā cardinalatus oḿipotēs deꝰ extulit:nunq̄ deſtitiſti uel corā ſermone honoratiſſimo: ulꝰ ꝑ hūaniſſimas lr̄as abſens oſtendere: quāti me faceres:& q̄ ea tibi fides accepta eēt & chara imprimis. Voluit tandē ſanctiſſimorū operū retributor deus: ut in ſupremo chriſtianæ religiōis ſolio ſacerdos maximus cōſtitutꝰ uicē chriſti in terris gereres. Quæ certe una re diu a me antea non minꝰ:ut ſcis: prædicta ſæpe q̄ expectata:nihil unq̄ audiui in uniuerſa uita neq̄ optatius nec iucūdiuſ. Idq̄ nō minꝰ erudītorū oīm & diſertorū hominū cā: q̄ ulla præcipua ſpe meorū cōmodorū. Quos ſane cogitatꝰ meos nō obſcuro quodā infirmoq̄ documēto q̄ primū cōfirmaſti. Nā nō mō me nō petēte:ſed ne cogitāte quidē ſingulos ducētos aureos in ſinglos ānos mihi ꝑ oēm uitā dono datū iri ex ꝓprijs pecunijs:ſimul atq̄ creatꝰ es ſūmꝰ pōtifex:continuo decreuiſti. Quid hac tua animi benignitate: q̄d hac munificētia:q̄d hoc locupletiſſimo paternæ erga me charitatis teſtimonio aut honorabiliꝰ mihi aut precioſius duci debet: Q̄d aūt uerbo decreuiſti: id etiā re ꝓpediē effectū reddidiſti. Itaq̄ ſim plane obnoxiꝰ īgratitudini:ſi te tāta māſuetudine:tāta hūanitate:tāta bn̄ficētia patrē minus indies magis magiſq̄ inſtar numinis obſeruabo: colā: uenerabor: id quod neq̄ deſtiti antehac facere neq̄ deſiſtam unq̄:modo intellexero:qua tibi re magis ſim gratificaturus. Nam quod meopte ingenio ipſe aſſequor: id neq̄ occulte: neq̄ diſſimulanter præ me fero. Quare tuæ beatitudinis munꝰ

erit:ut quod gratius tibi gratitudinis genus fuerit:mihi im peres. Tuũ em̃ om̃e imperiũ ĩmortalis beneficij loco ducã. Ego aũt quod ad rem meã attinet:nihil est alid':quod a tua sanctitate petã:q̃ quod ipse tu spõte iussisti: quo tempore Mantuæ nup̱ publico christianæ cõsultatiõis aduersus Turcos officio te cõtinebas:dedit mihi tuo nomine ex cõstituta pecunia grauissim⁹ iurecõsult⁹ Gregorius Lollius aureos ducentos. Subdiditq; futurũ ut reliqui centũ aurei mihi soluerent̃ ad anni illi⁹ exitũ. Id aũt actũ ẽ anno a natali christiano millesimo quadringentesimo quinquagesimonono circiter nonas octobres. Præterijt annus ille:& itẽ alter:agimusq; iã tertiũ. Interea uero tẽporis iccirco nihil petij: qđ importunior iudicari nollẽ: &si mihi semp̱ pecunia opus est. Nullũ em̃ apud me locũ habet auaricia. Aut liberalitatẽ amplector studiosius:aut siquando fortasse fuerit a medio declinãdũ (difficillimũ em̃ est circuli punctũ assequi) in ꝓdigalitatẽ labor;quæ eo est q̃ auaricia dignior uenia: quo minus distat a laude. Itaq; altitudinis animi tui fuerit iubere:ut ea mihi pecunia:hoc ẽ ducati trecẽti in præsentia numerent̃:qđ ut facias te etiã atq; rogo: oro:obsecro. Nã his est mihi uæhemẽter opus. Vale pater beatissime. Ex Mediolano. kal'. Februarias. M.cccc.Lxj.

Franciscus Philelfus:Isidoro cardinali Rhuteno:salutẽ.

r Edditæ mihi sunt pater clæmẽtissime tuæ amplitudinis litteræ:quas mea sũma cũ uoluptate lectitaui. Erãt em̃ ꝑhũanæ ac plane indices tuæ erga me charitatis. Ac facis tu quidẽ ꝑbenigne:ut eũ plurimũ diligas:q dignationẽ tuã mirifice uenerat̃. Quod aũt ad rem tuã attinet:quas summi pontificis breues litteras ad me dederas: una cum tuis:reddidi accurate ꝓ iussu tuo Iacobo turrino mutinẽsi episcopo:q̃s ille ut primũ legit:miti uultu & hilari facie respondit se tibi pensionẽ quã petis: nunq̃ destitisse soluere:cũ debebat. Nunc aũt præter amorem & obseruantiam aliud tibi debere nihil. Nam ex quo tempore corcyriensi archiepiscopatu donatus es a põtifice Pio:se omnino liberatum esse omni pẽsionis honere: quam tibi antea de-

buiſſet. Collatum enim eſſe per contributionem archiepi/ ſcopatus illius plus duplo: q̃ ex ea penſiõe acciperes: & ita ſe Mantuæ nuper pontifici maximo reſpondiſſe. Addidit q; ſe quoniam ita uis paratum eſſe de iure tibi reſpondere: ob eamq; rem daturum q̃ primũ litteras ad ſanctiſſimũ do/ minũ noſtrum: curaturumq; ut Antonius beltrandus iure/ conſultus qui pro duce Borſio oratorẽ gerit in Romana cu ria: hãc omnẽ cauſam procuratorio nomine pro ſe agat. Et hac de re ſatis. Eſt mihi pater humaniſſime tua opera uæhe menter opus. Nam cum eſſem ex urbe Mantua anno iam ſecundo rediturus Mediolanũ: uir grauiſſimus Gregorius Lollius ſecretari⁹ & affinis ſummi pontificiſ: dedit mihi ei⁹ beatitudinis nomime aureos ducentos: ſubdiditq; futurũ: ut reliqui centum qui deerant ad plenam ſolutionem anni unius ac dimidij: mihi numerarẽtur ad anni illius exitum. (Summus enim pontifex cum primũ in eo ſolio conſtitut⁹ eſt: continuo mihi: non modo nõ petenti: ſed ne cogitanti quidem conſtituit annuatim aureos ducẽtos) Itaq; & abijt ille annus & item alter uniuerſus: iamq; agitur tertius: cum interea temporis nihil eſt a me petitum. Sũt igitur una cũ hac ad te epiſtola alteræ item meæ hac de re litteræ ad. S. D. N. quibus peto eos trecentos aureos pro ſolutione uni⁹ ac dimidij anni. Quare tuæ humanitatis fuerit ita operam dare: ne ulla ex parte deſideraturus uidear ſtudium tuum. Eſt enim mihi puella nubiliſ. Cuius rei gratia factum eſt: ut ante hanc diem nihil pecuniarum petierim: perinde atq; tutius res omnis mea pecuniaria ſeruaretur in ærario pon/ tificis pientiſſimi Pij: q̃ apud ipſum me: qui nũmis parcere nunq̃ didici. Nunc uero ijs utendum eſt non abutendum. Vale. Ex Mediolano pridie idus februarias. M. cccc. Lxj.

Franciſcus Philelfuſ: Ciccho calabro
ducali ſecretario: ſalutem.

ſ Tultorum infinitum eſſe numerũ: in ſacris litteris ſcriptum legimus. Quæ quidem ſententia & ſi mi/ hi nunq̃ dubitanda eſt uiſa: quippe quæ ex ore ſa/ pientiſſimi uiri: ſiue iheſus Syrachi filius: ſiue is ali⁹ fuerit: emanaſſe perhibetur: eam tamen unius petri candidi hui⁹

noſtri decembris litteræ plurimũ confirmarunt:qui mode/ ſtiſſime a me perbenigneq̧ admonitus: ut ea corrigeret: quæ in eulogio quod pro inclyta ſanctiſſimaq̧ fœmina Lu/ cia magnanimi principis noſtri matre tãto labore elucubra rat:incautius fortaſſis erraſſet ſe talem eſſe intrinſecus oſtẽ dit:qualis apparet extrinſecus.Itaq̧ nõ abſurde ĩj ſẽſiſſe iu/ dicandi ſunt:qui dixerũt: Monſtrum in corpore: monſtrũ in animo.Quis humani ingenĩj paulo peritior:cum oculos Petri candidi faciemq̧ inſpexerit:non iſtiuſmodi hominẽ expreſſum quoddam ac perſpicuum inuidentiæ ſimulacrũ exiſtimabit? Et apte profecto & erudite poeta ille deſcri/ pſit inuidiam:cum ita cecinit. Pallor in ore ſedet:macies in copore toto. Nuſq̃ recta acies:liuent rubigine dentes. Pe/ ctora felle uirent:lingua eſt ſuffuſa ueneno. Riſus abeſt ui/ ſi quem uiſi fecere doloreſ.Nec fruitur ſomno uigilantibuſ excita curis. Sed uidet ingratos: intabeſcitq̧ uidẽdo Suc/ ceſſus hominũ:carpitq̧ & carpit̃ una. Videſne mi Cicche: q̃ pulchre Ouidius naſo cãdidum decembrem effinxerit? Idq̧ tandiu antea q̃ ſcire poſſet futurum aliquando Petrũ candidum:neſcio quem. Et nos increduli non ſatis mirari poſſumus ſolere poetas bonos diuinitus afflari uenturaq̧ prædicere.Conuerte obſecro:in leucũ ipſum corporis ocu los:atq̧ mentis lumina.Intuere colorem muſtælinũ: intue/ re macilentiam.Quæ quidem duo non ab optimarum arti um ſtudio:a quo uæhementer eum abhorrere ipſarum re/ rum docet inſcitia:ſed ab immani quadam animi ægritudi/ ne manare neceſſe eſt.Nam dirus & efferatus oculorũ in/ tutuſ:prodigioſiſſimi monſtri cuiuſpiam eſt ſimillimus. Et ne omnia ſingillatim pſequar:quid ei⁹ lingua uenenoſius? quid fœtulentius? quid abominabilius? Itaq̧ recte dũ uiros honeſtos atq̧ doctos carpit maledicendo: ipſe interius car pit̃ liuoris aculeis: fitq̧ plane tabidus. Nã ut eleganter mo/ net Ariſtoteles ὁ φθόμοσ εσι χάρισομ ἔχεΔε Τι χάλόμ ἐμάὺ Τώ ΤΗχει γάρ φθόμερωμ ὄμμα Τα χάι χραΔιημ. Inuidentia inquit eſt quid peſſimum: ſed habet quiddam in ſe bonum. Nam oculos corq̧ inuidorum facit intabeſce/ re. Verum quid miremur eum hominem inuidentiæ uer/

beribus cruciari: qui sit unus omniũ superbissimus? Quod flagitij genus siquis fortassis ignorat: suspitia hominis ceruicem erectam semper ac rigidã & obstipã cameli instar. Nam ipsa uis lexq; naturæ ex huiusmodi etiam habitu ceruicis superbum nobis ostentat. Quare cum Augustus Cæsar Clau. Tiberium: qui innatam diramq; superbiam ceruice huiusmodi significaret: excusandum uellet: dicere solit⁹ traditur: Id illi natura esse non more: quasi quæ natura insũt uitia: æquius censeri oporteat: q̃ quæ fuerint moribus comparata. Et Eusebius Hieronymus uir doctissimus idemq; sanctissimus de se loquens in epistola ad hispanum Abigaum: ita scribit. Nihil ita a pueritia uitare conatus sum q̃ tumentem animum & erectam ceruicem: dei contra se odia prouocantem. Norat enim uir sapientissimus dixisse humani generis redemptorem cum adhuc esset in uiuis. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. At elatio candidana arrogantissimaq; superbia cum ad naturæ uitium morum quoq; flagitium addidisset: nulla ne minima quidem iniuria lacessitus: ita in me inuehitur: ut in eos omnes consueuit semper: quos sui dissimillimos norit. Existimat eñ homo stultissimus se hac uia apud indoctam multitudinẽ nominis quippiam uenaturum: quod cum uiris præstantibus quasi cum paribus de laude certamẽ ineat: tanq̃ nominis claritudo uel in eorum sita sit testimonio: quibus omnia fere cum pecudibus sunt cõmunia: uel maledicẽdo potius q̃ per bonas actiones comparet. Quãobrẽ ne cui sit obscurum: quod tibi est luce clarius: rem ipsam ut habet: paucis exponã. Cum multi adolescentes & alij nõnulli e iuuẽtutis numero epigrammata scripsissent in laudes clarissimæ uirginis Luciæ Sphortianæ: libuit etiã candido seni huic nr̃o: cui candidi nihil est præter caniciem: descendere cum eiusmodi ætatæ in aciem: scripsitq; eulogiũ uersibus quattuordecim: & cũ eo unã ad te epistolã: qua grauissimus quidam Cato reliquos qui ante se scripserant: reprehendens: solum se dignum insinuabat: cuius uersus haberentur in precio. Fuerunt qui mihi carmen illud legerent: nõ legendum traderent: ut alia quoq; cæterorũ omnia. Ego autẽ & audiui:

& longe magis ꝙ par esset: more meo carmen laudaui. Addidiq; pro iusti uiri officio: & id quidem modestissimis uerbis: tria tamen esse emendanda: unum ex eorum praeceptione: qui grammatici dicuntur: alterum geographorum historicorumue: tertium uero philosophorum. Nam neq; mœrorem & fletum in fortem & ingenti animo uirum cadere. Neq; principem nostrum Franciscum Sphortiam: qui Mediolanensium sit: ducem ligurum recte appellari. Nam urbem Mediolanum non in liguribus: sed in insubribus sitam esse ab insubribus heduis. Nec abstine. cum sit secundae: non tertiae coniugationis: habere ultimã syllabam breuem: nec ulla propria ratione corripi posse huiusmodi syllabam: siue ea uerba secundae coniugationis duarum sint syllabarum siue etiam plurium. Natura enim id fieri ac ui propria non numero syllabarum. Sic enim incipit candidanum epigramma: Nate patris quondã lux unica: gloria matris. Te precor a lachrymis abstine nate pijs. Quae quidem tria errata cum eẽnt a me notata: id quod in caeteris quoq; epigrammatis: ubi opus fuerat: antea fecerã: subdidit quispiam e circumstantibus tuis scribis: at Petrus candidus carmen hoc aedidit: tunc ego: bene res habet: inq;: Admonendus est candidus: haec ut corrigat. Nam in reliquis id mihi satis probatur. Res ita gesta est mi Cicche: ut audis: id qđ ex omnibus tuis ducalibus scribis potes intelligere. At nõ tulit candidus: ut est insolenti arrogantia: honestam admonitionem: sed continuo epistolam ad te dedit: quae ita diceret: Domin⁹ Philelfus cum meos uersus legisset: deinde ad suos uertisset oculum ranarum in morem coaxãtes: statim turbatus est. Audis atticam eloquentiam Cicche disertissime: ꝙ eleganti initio rem aggreditur. Respõdeatur igitur candido: & si erat Philelfo honestius nihil omnino respondere ineptissimo nebuloni: habereq; dignitatis suae potius grauitatisq; rationem: ꝙ cuiuspiam conuitiosae iniuriae: praesertim cum non sit nescius magni esse animi: huiusmodi iniurias obliuisci ac pro nihilo ducere. Sed gerẽdus mos fuit Cicche: ut scis: amicorum quorundam uoluntati magis ꝙ ulli meo instituto. Appellat me ꝓ Philelfo pygostolus can

didus philelcum: hoc ē hulceris studiosum: & sui quidem hulceris studiosum appellat: nec illius sane corporalis hulceris: cuius tumore ac putrescenti scatescentia non minus torquetur assiduæ q̃ stranguriæ quam græci nominant decoriatæq; uesicæ pedumq; ac laterum acerbissimis doloribus: sed animalis inquam hulceris: quo præ superbiæ inuidētiæq; uulneribus & dies cruciatur & noctis. Sum inquā studiosus stulticiæ tuæ & immanitatis cādide mi Pygostole: & ea ratione studiosus istiusmodi hulcerum tuorum: ut uix aliud quicq̃ magis cupiam hoc tempore: q̃ te aliquando resipiscere ad sanitatemq; redire. Sed quid male de te meriti sunt ducales scribæ modesti sane & egregij adolescētes: quod eos ranas coaxantes appellas? Nam præter scribas alius aderat nemo. Dicis autem me turbatum. Et recte id quidem: si commiserationem dicas turbationem. Non enim ita eram ab humanitatis officio alien⁹: ut nō cōmiserem tui: qui dum uelles haberi doctissimus: omni indocto homine te inferiorem ostenderes. At q̃sapte defendis erratum tuum. Argumentaris idē licere tibi in abstine: quod Propertio & alijs licuit in caue & uide: quæ cū sint: ut ipse affirmat: secundæ coniugationis correpta tamen in ultima syllaba reperiuntur. Quod si Donatū: si Seruium: si Priscianum: si alios latinæ linguæ probatissimos auctores discere uoluisses: intelligeres eiusmodi uerba non esse secundæ cōiugationis: sed tertiæ: cum habent e. ultimam syllabam correptam in modo imperatiuo. Verum tu gl'iari soles: quod nullo sis unq̃ doctore usus. Quod certe unum: cum cætera mentiaris: uerissimum esse puto. Nam quod ais Propertium esse lōge Philelso doctiorem: id aliorum eruditissimorum hominum non tuo qui nihil sani sapis: iudicio relinquatur. Vnum Philelfus audet affirmare uel insaniēte candido neminem esse hac tempestate nec fuisse unq̃ apud latinos: quātum constet ex omni hominum memoria: qui præter se unum idem unus tenuerit exercueritq; & græcā pariter & latinam orationē in omni dicendi genere & prosa & uersu. Tu si quem habes alterum: memora. Quid ta-

ces homo miserrime? Subdis deinde licuisse tibi uti amphimacro: ut Virgilio: cum ait: Ferreiq; eumenidum thalami. Quod licebat in ferrei: non licere in abstine necessitatis lex iubet: nam simplex est tene: quod sine uitio in uersu pentametro poni potest: modo ponatur ante. Poterat praeterea diuidi abstine: ut in praerapidum & inuicem & hactenus & in aliis compositis obseruatū a poetis uidemus. Sed alia est ratio: quam ipse ignoras Leuce. Ferrei spondeus est non amphimacer. Nam dictio est bissyllaba per synaeresin. e. &. i. duarum syllabarum in syllabam unam: ut & furias Aiacis oilei. Et talibus ilionei dictis. Rursusq; in eodem libro. Fit strepitus tectis: uocesq; per ampla uolutant Atria: dependent lychni laquearibus aureis. Moerorem & fletum quos ipsos inuictissimo splēdidissimoq; principi nostro insanus homo tribuerat: non cadere in uirum fortem satis cōcedit Candidus: ut est docticulus: cū nihil respondet. Ignoret enim philosophos homo philosomatus. Nec mihi quispiam rerum grauiorum ignarus ea obiecerit: quae a Virgilio in sexto aeneidos scripta sunt. Nox ruit Aenea: nos flendo ducimus horas. Scimus enim eo loco Aeneam aliud nihil significare ꝙ sensitiuum appetitum: qui nobis est cum pecudibus communis: ob idq; illum a Sibylla: quae ratio est tempestiue castigatum. Nā quod ad naturae & pietatis affectum attinet: id gemitu ac lachrymis non moerore & eiulatu prosequendum sapientes uolunt. De duce ligurum & insubrium addit se scripturum ad te postea: ostensurum ꝙ Mediolanum: quod & ab insubribus heduis: ut modo dicebam: condidum sit: & Italiae insubribus: situm esse in liguria: & id quidem auctoritate Plutarchi: Solini & Liuii: subiicitq; duo ad postremum: me nōdum luisse coenam de epicopo Hectore: & erratum a me esse in Sphortiade quantitate syllabae: cum cecini. Sed ne ita Franciscus adhuc. Nā primam secundi pedis syllabam quae naturaliter sit breuis: esse a me productam. O lepidum caput. Nescit enim cādidus eadem ratione licuisse mihi producere syllabam ultimam in ita: sequente muta cū liquida: qua licuit & Virgilio

& Homero. Legat tertium uersum iliados ad principium. πολλάσ Διφθιμούσ ψυχάσ άιδι προίαψεμ ηαώωμ. Legat apud eundē poetam cum paulo post tam uæhementius illius iræ tanq͙ perniciosæ quā ꝓposuerat: causam narraturus aggreditur. ἔξου δή τά πρώ τα διασητημ ἐρίσαμ τεάτρειδησέ αμαξαμ Δρώμχαί Δίοσ αχιλλεύσ τισ ταρ σφώεθεωμ ἔριδι ξυμεηχε μάχεθαι. At græca qui norit leucus: qui latina non tenet? Legatur etiā Virgilius in Bucolicis: Aspice connexum nutantem pōdere mundū. Terrasq͙ tractusq͙ maris cælumq͙ profundum. Et idem in Georgicis: Subit ardua sylua lappæq͙ tribuliq͙ interq͙ uirētia culta: Infœlix lolium. Quam uero cœnam somniet candidus: non intelligo. Scribit enim pygostolus in calce litterarum: Nōdum luit cœnam Philelfus de episcopo Hectore. Illud autem scio & dixisse me interdum & scripsisse: Idem persæpe significare episcopum apud græcos: quod regem apd' latinos: & hectora apud Homerum appellari episcopum. Præterea quod Cādidus negat poni episcopum pro angelo: & angelum eundem esse apud christianos quem gentiles uocabant. Sed nunc paucis raspondeamus epistolæ ultimæ: quam de Ligurum duce noster Leucus ad te tādem scribit. Reiectis Liuio: Plutarcho & Solino: quos habet aduersos & tanq͙ præuaricatores: tris adducit ignorātiæ suæ testes: Franciscum Petrarcham: Antonium Luscum: & Colucium salutatum: quos cum iunioris debuisset: nouioris appellat: uerbum sane & inusitatum & ineptum. Vtinam uoluisset candidus ita illorum illustrium uirorum bene dicta ut errata imitari. Nō satis erat se argui inscitiæ: nisi optimos illos uiros secū traxisset in culpam. At uideat qui nos uocat indoctos: Strabonem geographum candidus. Videat uir doctissimus Claudium Ptolemæum cosmographum. Videat Plinium nostrum libro tertio naturalis historiæ. Videat Polium: qui libro secundo suarum historiarum docet gallos hetruscis expulsis: eam regionem quæ est circa padum: occupauisse: atq͙ gallorum omnium primos Lauos & lebecios ea loca tenuisse: quæ iacent ad padi ortus. Post hos autem Insubres: quæ gens erat maxima inter

gallos:secutos esse. Et insubrib⁹ urbē omniū primā eē Me/
diolanū ab illis cōditā. At post insubres secutos cœnoma/
nos. Ex altera aūt pte padi cāpos qui sūt circa apœninū ana
nes incoluisse. Et post ananes consedisse boios. Et post hos
deinde ad hadriā ligones. Vltimos uero senones eos cāpos
habitasse: qui mari adiacēt. Et hæc mi Cicche de arrogātis/
simi candidi nři peruicaci ignorātia satis nunc supq;. Quid
eñ memorē: quot quātaq; errauerit hō barbarus in grāma/
tica: Qđ eo magis miror: qđ decebat hoiem librariū uł ex
ipsa excribēdi cōsuetudine sine ullis doctorib⁹ peritiā asse/
cutū præcepta litterarū atq; latinitatis pulcherrime callere.
Sed cū discit maledicere: dediscit bene scribere. Vale Me/
diolani ex ædibus nřis. v. kał. Martias. M. cccc. Lxj.

Franciscus Philelfus: Thomæ thebaldo
equiti aurato: salutē.

u T tibi gratulor uæhemēter: qđ secūdis usus fortu/
næ flatib⁹: te in portū quietū istū trāqllūq; recepisti:
ita mihi nō possū nō dolere plurimū: qđ p abitionē
amicissimi hominis ea sum priuat⁹ cōsuetudine: qua dulci⁹
ducere nihil poterā. Quis eñ te uno prudētior? quis huma
nior? quis amicitiæ obseruātior? Quare nō possum nō mo/
leste ferre: quod tua careo præsentia: cui⁹ cōsiliū graue est:
pbitas singularis: eloquētia admirāda. Vt hāc tñ ægritudi/
nē meā ferā modice: ea uincor rōne: qđ amicus amādus est
ppter seipsum nullis etiā nřis cōmodis: præsertim qđ ami
corū etiā cōmoda nobis cū illis cūmunia sunt ducēda. Qua/
re nō tibi modo: sed mihi quoq; gratulor ipsi: qđ apud eum
principē uitā tibi agendā delegeris: cuius summæ diuinæq;
uirtutes tot tantæq; sūt: ut uniuersam: nō mō Italiā: sed etiā
europā in admiratione sui cōuerterint. Quē eñ inuenias
in omni pbitatis & excellētiæ genere: quem præstātissimo
duci Borsio anteponas? Reliquū est: ut quā mutuā nō ani/
morū sed corporū præsētiā locorū aufert interuallū: eā cre/
britas inter nos litterarū assidue repræsentet. Hoc aūt cum
facillimū est futurū: tū utriq; nostrū iucundissimū. Vale. Ex
Mediolano. iij. kał. Martias. M. cccc. Lxj.

Frāciscus Philelfus: Thomæ senecæ: sal.

c Vm iuuenis quispiã tuas mihi lras unas reddidisset: essetq; pollicitus se apd me cœnaturũ: nã eũ tua causa inuitarã: nõ modo apd me nõ cœnauit: sed ne abiẽs quidẽ quicq; mihi locutus est. Imitatus is certe ipsum te: qui cũ maxime adesse debes: nusq; appares: sed euanescis repente ex amicorũ oculis. Itaq; nihil potui ad ea tibi respõdere quæ scripseras. Significabas eñ byrrhiã tuũ: nescio quẽ: dimisisse apd me tuos codices duos: Solinũ & innominatũ alterũ. Qui id tibi psuasit: aut somniabat: aut te somniantẽ captauit. Nã neq; ipse apud me unq; fuit sine te neq; libros reliquit ullos. Quare si posthac saniore consilio usus fueris: utilius cõsules tuis rebus. Scripseras etiã de tua re uxoria: id quod antea & audierã: & nõ admodũ sum miratus: quod egregius quidã ab ineunte adolescẽtia mulier℞ amator iam uir septuagenarius aut aliquãto grãdior tandẽ uxorius factus esses: & ita uir uxorius: ut ppediẽ pater futur⁹ dicereris. Te aũt nõ intelligo: quod scribas te inde ab initio pœnituisse rei tam iucũdæ: tam sanctæ: tã laudabilis. Nescio: quid tua sibi uelit oratio: nisi fortasse dubitaris te ex alieno labore futurũ patrẽ: quasi nõ tibi charius esse debeat bonũ alieno labore partũ q̃ nec tuo nec alieno. Eac igitur: te intelligã. Nã tua illa oratio monstri aliquid alere uidetur. Quid eñ aliud opiner: cũ te tam subito ab uxore abdicaueris? Et hac de re satis. Venit ad te Bertholla noster: ex quo intelliges: qua mihi in re tua opera opus est. Tu fac omnia mea causa: ut cõsuesti semp & amice & diligent. Tu diu hic multũq; expectatus es frustra. Fecisti aũt more tuo: ut semp tibi deterius pspicias. Vale. Ex Mediolano. iiij. idus Martias. M.cccc.Lxj.

Franciscus Philefus: Hieronymo castello philosopho ac medico: salu. plu. di.

q Vi tibi reddidit meas litteras: qua mihi in re tua sit opus opera: corã uerbis meis exponet. Scio quanti me facis: & q̃ tibi charus sum. Itaq; non esse opus intelligo: ut te aut rogem hominem amicissimum: aut horter uirum diligentissimum & optimum. Quod si dederis operam ne frustra in te spem præcipuã collocarim: immor-

tali me afficies beneficio. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias.M.cccc.Lxj.

Franciſcus Philelfus:Lodouico caſellæ:ſalutem.

SIngularem tuam erga me beniuolentiam multis tuis permagniſqꝫ officijs ſum expertus. Meus autem in te animus qualis ſit: qualiſqꝫ ſemp̱ fuerit: ea tibi eſſe debet certiſſima coniectura:quod es de me ſæpe meritus ꝙ optime. Quo fit:ut omnibus meis in rebus non ſecus te utendum exiſtimem: ꝙ & amiciſſimo & optimo uiro. Itaqꝫ tuum eſt:ut beneficium beneficio cumuleſ:tibiqꝫ perſuadeas eum mihi animum eſſe:ut ſi minus referre:habere tamen gratiam non minus poſſim ꝙ uelim: nec minorem agam:ꝙ debeam. Vale. Ex Mediolano.iiij. idus Martias. M.cccc.Lxj.

ΤΈΛΟΣ

[illegible]

# Superscriptio cuilibet epistole ad quendam studentem

honesto
erudito
probo
modesto
perito
honorato
industrio
disciplinato
moderato
morigerato
ingenuo
ingenioso
[illegible]erato
virtute predito

[illegible]

Sebrero gratias [illegible]

Bonarum
optimarum
laudabiliorum
Humaniorum

artium: Auditori, Perscrutatori, Indagatori, Amatori, Alumno

## Synonima ad epistolam

Conferenda in [illegible] ut quilibet in [illegible] infra patebit.

Adulescenti Conrado augustano: Fautori, amico, Sodali, [illegible], Comiti, Condiscipulo, familiari, Contubernali

[illegible]

[illegible]



